INDE

RARIORVM LIBI

INDEX RARIORVM LIBRORVM BIBLIOTHECAE VNIVERSITATIS REGIAE BVDENSIS.

PARS I.

A. — I.

BVDAE,

TYPIS REGIAE VNIVERSITATIS.

ANNO MDCCLXXX.

MARIAE THERESIAE

AVGVSTAE,

APOSTOLICAE REGINAE

HVNGARIAE. &c. &c.

VITAM ET FELICITATEM!

*Q*VOD *diem coronationis TVAE anniversarium, quo quadraginta abbinc annis Hungariæ hæreditario quidem jure Domina, animo autem TVO Mater plurium regnorum facta es, inaugurationi nostræ sacrum esse, itaque quo-*

ta, five prægrandem æris fummam, quæ litterarum dumtaxat commodo perpetuum foeneraret, five fundos ampliffimos, ex quibus larga ftipendia docentibus, difcentibus admenfa eorum diligentiæ præmia femper fuppeterent, confideremus, tot, ac tanta adminicula, ut id gratiffimo animo regeramus, Academia noftra a TVA munificentia accepit, ut hæc in ipfo fui exordio cum exteris, quas vetuftas & ufus jam corroboravit, merito in contentionem venire poffit, fimulque prifcum illud verbum : rerum omnium tenuia effe initia : *celfitate animi TVI, amoris in TVOS magnitudine, & largitionibus oftenderis, ad vulgum, non item Principes, pertinere.*

Tum, ne ipfe fons, ex quo in omne difciplinarum genus vis manat, & ex-

)(4

cellentia, nobis deesset, Bibliothecam, qua ab obitu Mathiæ Corvini Regis Hungaria caruit, in usum, commodumque publicum prostare jubes, atque sic malo illi; quo res litteraria hactenus premebatur, quod pene convicii instar ab exteris crebro nobis ingestum est, tribusque, & quod supra est, seculis ita apud nos inveteratum erat, ut, qui scientias in precio habent, id tolli, aut levari posse desperarent, nobis nec opinantibus, fortunamque nostram mirantibus TVO jussu consultum pergis: quo uno, si cetera etiam egregie ac feliciter a TE patrata deessent, superasti omnes, pace illorum id dictum sit, Majores TVOS, qui rerum in Hungaria ante potiti, nominis fama inclaruerant.

Quæ res sicut memoriam TVI apud posteros perpetuam reddet, ita nobis

..aximo incitamento est, ut in ..ribus omnibus, in primisque elaboremus, ne sapientissimæ destinationi TVAE, ex qua fructum ad omnes; quibus per Hungariam præes, propagatum cupis, quantum in nobis est, desimus. Quod hactenus quidem, ut hæc opella, aliæque, quas veluti primitias muneris TVI vere regii TVO Nomini hac inaugurationis celebritate dicari clementissime pateris, indicio esse possunt, pro virili nostra utcunque conati sumus; & deinceps etiam nos ita conaturos pollicemur, ut, quos fidei nostræ, ac ducatui credideras, religionis, in quam omnes TVAE cogitationes, curæque in primis feruntur, castimonia, integritate morum, cultuque litterarum quam optime imbutos, Reipublicæ, in cujus emolumentum, decusque illos præcipue eductos cupis, reddamus.

Felix, si, quod unice exoptat
sponsione data etiam pollicetur,
AVGVSTA DOMINA *prob*
telligat.

MAIESTATI

Sci

EORGIVS PRAY
LECTORI.

DUM in bibliotheca, cui AVGVSTAE ssu praefectus sum, coordinanda occupa- er, vidi bonam librorum partem nobis esse, qui pluribus titulis inter raros referri jure possent. Itaque venit mihi illius in mentem, ut per otium lustratos, exemplo exterarum Nationum, quae studium bibliographiae dudum naviter, & cum fructu percolunt, recenserem. Feci id subcisivis horis cum mei oblectandi causa, tum ut nostris, quorum sane permulti ex sacro, & politico ordine egregie instructas bibliothecas possident, incitamento essem, ut aut ipsi per se se suos thesauros litterarios promere velint, aut mecum communicare ne graventur.

Ac sunt quidem viri dignitate non minus, quam erud·· ıe illustres, qui, cum de meo conatu ·rerunt, librariam suam

...m putarem, secerno. Gradus raritati[s]
distingvo ex aliorum bibliographorum fide,
& autoritate. Si isti me destituant, sequo[r]
axiomata Cl. Vogtii, & D. Clement, quo-
rum fere nullum est, quo in Hungaria scri-
bens non potuerim uti; in qua nullus, quod
sciam, librorum catalogus hujus quidem ar-
gumenti ad hoc tempus vulgatus fuit. Eo-
rum quoque, qui præfantur, opusque suum
dicant aliis, horumque nomina, cùm res
poscere videbatur, memoro, quod exper-
tus sim, minutulam hanc curam historiæ
litterariæ non mediocriter aliquando com-
modare. Si quid vero in dedicatione, ali-
bive reperi, quod ad Hungariam attinebat,
noto diligenter. Si prolixius, quam aliqu[i]
forte vellent, peto, ut mihi id vitio ne dent;
usus sum foro meo. Scio, quosdam etiam
desideraturos, uti in iis explicandis, qua[e]
ad typi genus, varietatem, modulumque
item chartæ nitorem, & discrimina, tum

...a
...um
præ-.
sunt,
...s fuero,
...is probari

...ibris eam ser-
...n plerique ante
servata ad amus-
...ros titulos, raro fit;
...a resecem, quod his

graphiæ propria critiria ſpectant, paulum largior fuerim. Feci id, at non ubique. Nec enim catalogum hiſtorico-criticum, ſed indicem, eumque ſubciſivis horis, meæque volupiæ cauſa conſcripſi. Erunt deinceps, qui commodius ocium nacti hæc magis explicata reddant. Mihi ſatis fuit, viam indicaſſe.

Ad hæc, quoniam AVGVSTAE Noſtræ clementia catalogi bibliothecarum, quæ olim Religioſorum Societatis Jeſu in Hungaria erant, nobiſcum communicati ſunt; ut ſelectos ex iis libros in regiam hanc inferremus, quosdam ex his, veluti jam noſtros, ſed perpaucos, Indici huic quoque inſerui. Adjeci etiam, nec enim talium mercium otioſus ſpectator fui, adjeci, inquam, meos etiam, quos, ne cum bibliothecæ libris permiſcerentur, littera M. adjecta ubique diſcrimino.

Cogitabam itidem ſymbola bibliopolarum, & typographorum, quæ Theſauro *Friderici Rothſcholtzii* deſunt, aut is paulo aliter expreſſa promit, tabulis æneis inciſa ad calcem Partis II. adjicere, niſi ſpes plurium

...mct, hæc autem opusculo commodum ...vari posse.

Erunt autem, ut provideo, qui miraturi sint, cur libros eorum, qui religione a nobis dissentiunt, quin illorum etiam, qui eam penitus, & a fundo convellere nituntur, inter raros retulerim. Verum ego, hos omittendo, facturus non eram, ut ne rari sint: tum, si illi nostrorum libros eo loco habent, cur nos non illorum quoque, cum in hoc argumento non *religionis*, sed *raritatis* caussa attendi debeat? præterea lege a Clemente Papa VIII. qui *Universitatibus* conservandæ fidei Catholicæ curam inprimis commendat, sedulo cautum sit, ne promiscue omnibus legendi præbeantur, præsertim illis, qui *Philosophorum* nomen hac ætate usurpare amant, hoc solo fere magni, quod ab se, & ratione ut plurimum dissentiunt, sæpeque id, quod videri volunt, ne quidem esse possunt.

Ad extremum id aliquorum ...

e ... quæ ... Aun- ... sunt; ... ac infer- ... nostros; ... que inserui. ... nercium otio- ... m, meos etiam, ... oris permiscerent- ... que discrimino.

... ymbola bibliopolarum, ... quæ Thesauro Fride- ... desunt, aut is paulo ali- ... ait, tabulis æneis incisa ad

lo rarior quoque, prorsusve inutilis: v
magnopere illi, mea quidem opinio
deantur errare, qui ex copia rarion
rum de necessaria, utilique biblio
supellectile litteraria, præstantia
se judicium ferunt. Dabam Bu
theca regia pridie calendas Ju
LXXX.

INDEX

RARIORVM LIBRORVM

A

ABANO (Petri de) seu Aponensis, Liber
ciliator differentiarum philosophorum, precipu
medicorum appellatus, noviter castigatissime
pressus, collatusque cum exemplari, quod fu
manu propria castigatum senis illius nostra ter
state celeberrimi *Joannis Aquilani*, ita, ut ir
quibus locis due, vel tres integre linee sint
dite, & plures aliquando, que in exemplai
prius ubique impressis deerant, que semicircul
margine positis sunt signate. Venetiis sumptibu
arte heredum Octaviani Scoti, civis Modoetie
sociorumque, anno a Christi ortu. 1521. in fo

D. Clement. in opere suo, cui titulus: *Bibli
que curieuse, historique & critique, ou Catal
raisonné de livres difficiles à trouver.* Tom. I.
editiones censet, quæ nostram præcesserant, Ma
nam anni 1472. & Venetam anni 1520. expensis
ceantonii de Giunta, utramque in fol. Nostra ta

X A

si titulo fides habenda sit, utrique præferenda est, quod & auctior, & castigatior prodierit. Ex silentio apparet editionem hanc D. Clement ignotam fuisse.

ABBATII (Baldi Angeli,) Medici physici Eugubini, de admirabili viperæ natura, & de mirificis ejusdem facultatibus Liber, ad Serenissimum Franciscum Mariam II. Urbini Ducem VI. De superiorum licentia. Urbini, apud Bartholomæum Ragusium. 1589. in 4. cum figg.

Editio prima, & *rarissima*: altera ibidem anno 1591. prodiit. Recte monet Clement in dictionarium de Moreri errorem irrepsisse cum pro *Angeli* perperam *Anglus* substitutum est. Dedicatio præfert datum Pisauri Calend. Januarii 1589. Huic præmittunt carmina in operis laudem Matthæus Vannus, Guido Guidarellus, Terentius Oeconomicus, Franc. Bonifacius Sentinas, & Marcellus Abbatius. Sentinatis proxime viperam æmulatur.

Si viperæ scis esse vim, quæ quælibet
Venena pellat, enecetque protinus;
Miror, quod illam quæritas lacessere,
Parum saluti consulens!

Verum dictum, quod multorum animis insidere cuperem.

ABBES (Sim. Gabema,) epistolarum ab illustribus, & claris viris scriptarum Centuriæ III. Harlingæ Frisiorum. 1663. in 8.

Liber apud nos *minus frequens*, neque plurimis cognitus.

ABDIÆ Babiloniæ Episcopi historia c
nis Apostolici: item vita Apostoli Mathiæ,
torum martyrum Clementis, Cypriani, A
ris, & Martini Turonensis Episcopi. Edent
gango Lazio. Basileæ 1552. in 8.

——— Certaminis Apostolici Libri X. u
Joach. Perionio de rebus gestis Apostoloru
loniæ apud Math. Cholinum. 1576. in 16.

Hanc editionem Bauer *raris* adnumerat:
contra, quæ huic præstat, Catalogus Rectorui
nensium a Georgio Edero Viennæ an. 1559 ec
censet.

ABOALI Abiusceni liber canonis pri
medicina, a magistro Gerardo Cremonensi
leto ab Arabico in latinum translatus. Ven
Simonem Papiensem dictum Bevilacquam.
in 4.

Maittaire Tom. I. P. II. meminit illius sub
Avicennæ, alii sub *Aben Sina*. Possidet alii
que exemplum Biblioth. nostra eodem titulo
Sed sine loci & anni nota: typi vetustissimi,
initio librorum auratis, capitum vero picturai
sessor libri olim erat *Zacharias Mosoczy*, v
cis, & latinis litteris instructissimus, qui ad
doctrinæ quartæ, quæ de humore, & ejus d
bus agit, hæc in margine sua manu notavit:
accidit sæpe ex causa opilationis, quæ in f
fit, & ita laboravi ego Zacharias Protono
Vicarius Nitriensis in principio, Septembr
1571. *& parum abfuit, qui ultimum va*
merim.

am
orum
one,
plena
s., au-
Batavo-

alatiensis)
rum, com-
ndo condito
entalium accu-
, & latine versa
braicæ in Acade-
nec non in eadem
s Christi Præbenda-
iall impensis Richardi

Dynastiarum; in quo hi-
a Gregorii Abul-Faragii
empora compendiose dedu-
ocokio Lingg. Hebraicæ, &
ia Oxoniensi Professore, &
dario. Oxoniæ excudebat Hen-
iæ Typographus, impensis Ri-
53. in 4.

nam interpretationem cum supplemento continet. emplar nostrum *Gottfridus Joan. Olearius* Lon anno 1694. emit, ut is sua manu adnotavit.

ABYDENI S. Coralli Germani oratio ad rolum Max. Augustum, & Germaniæ Princi pro *Ulricho Hutteno* Equite Germano, & *M tino Luthero*, patriæ, & christianæ libertatis sertoribus. in 4. M.

Sine loci, & anni nota. Bauer in supplem. dem authoris Dialogos VII. inter *rarissimos* lo ego orationem hanc ob argumenti paritatem adnun *rarioribus*.

ABYMERON Abynzobar, liber Theizir d modana vahaltadabir: cujus est interpretatio, ctificatio medicationis, & regiminis: editu Arabico a perfecto viro Abymeron Abynzo Incipit liber de medicina Averroys, qui dic colligit: & totalis liber iste continet libros partiales. — Explicit, colliget Averroys cc ctus, atque emendatus per excellentem artiur medicine Doctorem magistrum Hieronymum rianum, filium magistri Jacobi Suriani de Arin physici omnium hac erat (ætate fors) precl simi. Impensis nobilis viri Domini Octaviani S civis Modoetiensis. Arte autem Boneti Loca Bergomensis. Venetiis ducante felicissimo Prin Augustino barbadico. 1496. ultimo Maji. in fo

Liber rarissimus, ut notat Clement ex Christ

per
. de-
rincipe

Ex utro-
re duos fa-
priore con-
distinctione,

rerum a So-
annum 1568.
atinitate donatus.
tolarum. Libb. IV.
sermone converfi.
8.

oth. exquifitiffima Hagæ
Lufitanica, in Hifpani-
uez de Lequerica, ex hac
Petr. Maffejus. Liber ali-
iæ 1574. & Parifiis 1572.
n. De Antverpiana editione.
rito dubitat, cum illius nul-
us fecerit, qui poft Ribadenei-
Catalogum Scriptorum Soc. Jefu

reta Concilii Triburnienfis, ex
enfi in vetuftiffimo codice nuper
liter exfcripta. Hoc Concilium

a XXII. Germanorum Epifcopis ante annos
eft Triburiæ prope Moguntiacum celebratum.
lectis majora, & antiquiora propediem æd
pie Lector exfpecta. Impreffum Moguntiæ in
bus Joannis Schoeffer. 1525. in 4. M.

Editio prima ut titulus præfert. Si rite anni
confignati funt, celebrata Synodus eft anno 99
quem, aut 997. eam locat collectio Labbei, &
duini. Ceterum ex actis illius non pauca illu
poffunt, quæ in Decretis S. S. Stephani, & La
Regum Hungariæ continentur.

ACTA Ecclefiæ Mediolanenfis, tribus par
diftincta: quibus Concilia provincialia, conci
Synodales, Synodi Diœcefanæ, Inftructiones
teræ Paftorales, Edicta, regulæ Confratriar
formulæ, & alia denique continentur, quæ
rolus (Boromæus) S. R. E. Cardinalis tit. S.
xedis Archiepifcopus egit. Mediolani apud P
cum Pontium. 1582. in fol. *Editio nitida, &*
nus frequens.

—— Sacri Oecumenici Concilii Flore
ab Horatio Juftiniano Bibliot. Vaticanæ Cu
primario collecta, difpofita, illuftrata. Romæ
Sacr. Congreg. de fide propaganda. 1638. i
græc. & lat. *Opus in noftris terris rarum.*

—— Sanctorum, quotquot toto orbe c
tur, vel a Catholicis Scriptoribus celebrantur,
ex Latinis & Græcis, aliarumque gentium
quis monumentis collegit, digeffit, Notis

ſtravit Joannes Bollandus Societatis Jeſu Theologus, ſervata primigenia Scriptorum phraſi. Operam, & ſtudium contulit Godefredus Henſchenius ejusdem Societ. Theologus. Tom. I. Januarii. Antverpiæ apud Joannem Meurſium. 1643. — Tom. L. ibid. apud Joan. Nicol. Vander Beken 1770. in fol.

Tomus poſtremus eſt menſis Octobris III. Opus apud privatos ſumtuum cauſa *rariſſimum*, & ab ipſis Proteſtantibus, qui religionem, & litteras in pretio habent, laudatum, plurium virorum ætatem & operam exhauſit, quos vulgus nomine *Bollandiſtarum* inſignire ſolet, a primo authore ad poſteros derivato; in quod quidam Rintelienſium inficete, & ſcurriliter jocatus eſt. An nunc adhæreat opus, aut an illius perficiendi ſpes ſit aliqua, incertum eſt. Cœpere id Veneti recudere, at fonte apud Belgas obturato, iſtorum quoque rivi exareſcent.

ACTA Colloquii Aldeburgici bona fide, absque omni adjectione ex originali deſcripta. Lipſiæ typis Vœgelianis. 1570. in fol. Germanice.

——— Conventus Thorunenſis, celebrati anno 1645. Menſe Sept. Octob. Novembr. pro ineunda ratione componendorum diſſidiorum in religione per Regnum Poloniæ. Varſaviæ in officina Petri Elert. 1646. in 4.

——— Oder Handlung gehaltener Diſputation zu Bern in Üchtland. Getruckt zu Zürich bey Chriſtoffel Froſchower, am XXIII. Tag Aprelen. 1528. in 8.

:su Theolo-
phrasi. Ope-
s Henschenius
. Januarii. Ant-
1643. — Tom.
ier Beken 1770.

Octobris III. Opus
arissimum, & ab ipsis
, & litteras in pretio
irorum ætatem & ope-
nomine *Bollandistarum*
authore ad posteros deri-
Rinteliensium inficete, &
a nunc adhæreat opus, aut
s fit aliqua, incertum est.
iere, at fonte apud Belgas ob-
e rivi exarescent.

Aldeburgici bona fide, abs-
ne ex originali descripta. Lipsiæ
1570. in fol. Germanice.

nventus Thorunensis, celebrati anno
Sept. Octob. Novembr. pro ineunda
ponendorum dissidiorum in religione
n Poloniæ. Varsaviæ in officina Petri
6. in 4.

— Oder Handlung gehaltener Disputation
n in Üchtland. Getruckt zu Zürich bey

ACTA. Huberianorum Pars I. c
Theil des Berichts, was in der ne
Prædestination betreffend, zwisc
Hubert, und den *Würtenbergisch*
von etlichen Jaren her fürgeloffe
bey Georgen Gruppenbach. 1597

——— Pars posterior, hoc
rum, quæ Theologi Tubingenses c
bero Bernate, de electione, & a
ctarunt postea, quam anno 1595.
ex Saxonia Tubingam rediisset. i
1597. in 4.

——— Des Colloquii zwische
bergischen Theologen, und D. J
Baden gehalten. Tubingæ apud
bach. 1590. in 4.

Omnia hæc scripta *rara* sunt, v
ad illustrandas controversias, quæ
& Reformatos per intervalla excita

——— Et gestorum Sveo-P
strale: das ist, halbjährige Erzehl
aller in jüngsten von Ihr. Kön. Ma
den &c. in das königreich Polen
Feldzug vom Herbst des 1655.
fürgenommener, und verrichte
gewechselter Schrifften, und and
ten &c. anno 1656. in 4. sine lo

fambfter Augustus Herzog zu Sachsen. Scriptum, ut ego quidem reor, apud nos *perrarum.*

ADRICHOMII Christiani, Theatrum terræ sanctæ, & Biblicarum Historiarum cum tabulis Geographicis ære expressis. Colon Agrippinæ in offic. Birckmanniana. 1593. in fol.

Bauer editionem anni 1612. laudat: nostra vetustior videtur illi ignota fuisse. Clement, tres nostra priores numerat: nempe annorum 1584. quæ omnium prima sit: 1588. & 1592. omnes in 8. addit quartam ex *P. le Long.* anni 1597. itidem in 8. Sed nostra, quæ est anni 1593. merito Longianam ad quintum ordinem retrudit. Pene suspicor, neutri hanc fuisse cognitam. Duplex exemplar undequaque splendidum possidemus; hoc unum interest, quod alterum tabulas æri incisas colore tinctas exhibet, alterum sine colore.

AEGIDII Carmina de urinarum judiciis, & liber de pulsibus metrice compositus, cum expositione, & commento Magistri *Gentilis de Fulgineo.* Basil. in ædibus Thomæ Wolffii. 1529. in 8.

Maittaire hujus meminit ex Bibliotheca Gesneri, ex hoc id præterea habemus, Aegidium fuisse Benedictinum græcum, primamque libelli editionem esse Lugdunensem anni 1505. nostra proinde secunda videtur esse, &, quia a paucis recensetur, *admodum rara.*

AEGINETÆ Pauli, Præcepta salubria *Gulielmo Copo* interprete. Argentorati ex ædibus Mathiæ Schurerii. 1511. *Conrado Duntzenhemio* II. Dictatore Argentorat. regnante Imp. Cæs. Maxi-

miliano. in 4. *a Maittairio omissus, nec Clement ejus meminit.*

AEGINETÆ Pauli Opus divinum, quo vir ille vastissimum totius artis Oceanum Laconica brevitate, sensibus argutis, merisque aphorismis in epitomen redegit, *Albano Torino* Vitodurensi interprete. Basileæ 1532. in fol. Idem prodiit Coloniæ impensa Joan. Soteris, *Joanne Gvintero* Andernaco interprete 1534. in fol. Rursus Basileæ per Joannes Hervagios *Jano Cornario* interprete. 1556. in fol.

Utraque in nostra Bibl. exstat. D. Clement interpretationem latinam primum Parisiis apud Simonem Cholineum anno 1532. prodiisse affirmat, de nostra Basileensi ejusdem anni nihil memorans, & alteram anni 1556. itidem omittit.

AELIANI variæ historiæ Libri XIV. Item Rerumpublicarum descriptiones ex *Heraclide.* Cum Latina interpretatione *Justi Vultei* Wetterani, utrique e regione accommodata, & ad Græcum exemplar multo, quam antehac, emendatius, nunc denuo quam diligentissime recusa. Lugduni apud Joan. Tornæsium, Typographum Regium. 1587. in 12. M.

Typographus Lectorem monet, se in Græco Tigurinam editionem *Gesneri*, quod reliquis emendatior fuerit, sequutum esse: in Heraclidis autem descriptionibus maluisse se *Perusci* Romanam sequi. *Non passim obvius.*

ir ille
a brevi
s in epi-
rensi inter-
diit. Coloniæ
intero Ander-
ius Basileæ per
interprete. 1556.

. D. Clement interpre-
iis apud Simonem Cho-
affirmat, de nostra Basi-
emorans, & alteram anni

storiæ Libri XIV. Item Re-
ptiones ex *Heraclide*. Cum
ne *Justi Vultei* Wetterani,
accommodata, & ad Græcum
quam antehac, emendatius, nunc
igentissime recusa. Lugduni apud
m, Typographum Regium. 1587.

phus Lectorem monet, se in Græco Tigu-
onem *Gesneri*, quod reliquis emendatior
quutum esse: in Heraclidis autem descriptio-
aluisse se *Perusci* Romanam sequi. *Non passim*

AEMILIANI (Joan.) Ferrariensis, de ruminantibus historia, vario doctri referta. Venet. apud Franc. Zilettum. 1

Complectitur VIII. Syntagmata. Dicatur Philippo Boncompagno S. R. E. Card. qu Bovii D. Theologi Tetrastichon claudit i torem.

> Pulchra Theonino hæc fugias syntagmata
> Carpere, qui morsu rodere cuncta cup
> Sæpe manet linguam non segnis pœna l
> Si non vis aliis parcere, parce tibi.

Raritatem libri inde licet arguere, quo mentionem Biblioth. vetus & nova König pene oblivioni tradendus fuerit, ut Clemen

AEMILII Pauli Veronensis, de re Francorum Libri X. Parisiis apud Va 1555. in 8.

Raris adnumerant præter alios, Catalogi nianus, & Gosseanus.

AENEÆ Sylvii Piccolominei, post Pont. Max. Epistolæ. — Impensis Anton ger Nuremberge impresse XVI. Kal. Octo salutis christiane 1481. in fol.

——— Familiares Epistole ad di quadruplici vite ejus statu transmisse. — Anthonii Koberger Nuremberge impress XVI. Kal. Augusti. 1486. in 4. maj.

De *raritate* utriusque editionis, nil opu nere.

AENEÆ Sylvii De Bohemorum origine, & gestis historia, variarum rerum narrationem complectens. Coloniæ apud Heronem Alopecium. 1524. in 8. M. *Maittairio non visus.*

——— De Concilio Basileæ celebrato Libri II. olim quidem scripti, nunc vero primum impressi. In quibus sic illam Synodum depingit, sic, quidquid illic actum est, bona fide refert, ut, qui legerit, interesse, & insulatos illos Heroas disputantes, concionantesque coram videre se putet. Nec solum jucunda est historia, verum etiam utilis. Vixque aliud Concilium extat pari fide, & diligentia scriptum. Lege felix. Cum multis aliis nunquam antehac impressis, quorum cognoscendorum gratia ne te pigeat sequentem indicem, aut epistolam percurrere. in fol. sine an. & loco.

Reliqua, quæ nondum edita dicuntur, sunt. *Juliani* Cardinalis S. Angeli epistolæ II. ad Eugenium Papam IV. Vita & gesta Hildebrandi, postea Gregorii VII. Pont. authore *Benone* Cardinale. Vita & gesta *Henrici IV.* Cæs. ab Anonymo scripta: & aliquot ejusdem epistololæ ad Pont. Rom. aliosque Principes viros. *Fratrum Valdensium* professio fidei ad *Wladislaum* Hungariæ Regem missa. Eorundem excusatio ad eundem contra duas epistolas Doctoris *Augustini.* Excusationis datum est: *Sexta feria Epiphaniæ* 1508. Impugnatio *Wilhelmi Wideforti* thesium Joannis *Vichlephi* Angli. *Leonardi Aretini* libellus adversum hypocritas. Synodus *Aribonis* Archiepiscopi Moguntini anno 1023. in Saligunstat celebrata. Vocatio *Bohemorum* ad sacrum Basileense Concilium. Examen Magistrale *Joannis de Wesalia.*

&
.om-
1524.

:ato Libri
ximum im-
depingit, sic,
ue refert, ut,
los illos Heroas
ram videre se pu-
toria, verum etiam
a extat pari fide, &
elix. Cum multis aliis
is, quorum cognoscen-
geat sequentem indicem,
e. in fol. sine an. & loco.

ium edita dicuntur, sunt. Ju-
ngeli epistolæ II. ad Eugenium
gesta Hildebrandi, postea Grego-
ore Benone Cardinale. Vita & gesta
f. ab Anonymo scripta: & aliquot
olæ ad Pont. Rom. aliosque Principes
m *Valdensium* professio fidei ad *Wla-*
gariæ Regem missa. Eorundem excusa-
iem contra duas epistolas Doctoris *Augu-*
usationis datum est: *Sexta feria Epi-*
1508. Impugnatio *Wilhelmi Wideforti* the-
annis Vichlephi Angli. Leonardi *Aretini* li-
adversum hypocritas. Synodus *Aribonis* Archi-
opi Moguntini anno 1023. in Saligunstat cele-

Doctor *Augustinus*, ad cujus binas epistol
Valdenses responderant, non videtur alius fui
gustino Olomucensi, qui Wladislao Regi
epistolis fuit, de quo infra dicemus.

Rarum esse librum, dubitari non potest
tem materiæ ab titulo operis fere abhorre
gestæ sint, facile est divinare. Illud tamen
ut cordatos decet, addendum erat: Aenean
ea, quæ juvenili calore actus effuderat, du
retractasse. Plusne juveni, quam seni rerun
prudentia subacto fidendum?

AEPINI Ministri Hamburgensis Ec
ber de Purgatorio, satisfactionibus &c. i
loco & anno.

Author præfatur ad *Eduardum* Anglia
Datum epistolæ est; *Hamburgi anno a na*
1548. Forte idem locus, & annus edition
ber apud nos non facile obvius.

AESCHYLI Tragœdiæ VI. Græce.
officina Adriani Turnebii Typographi reg
regiis. 1552. in 8.

Editio nitida, & correctior, quam sit A
1518. Ipse etiam exemplum hujus editioni
nebii Typographia possideo. *Raritatis* nota
buit Bibliot. vetus & nova P. Gosse.

AESOPI Phrygii vita, & fabulæ, ed
chimo Camerario Tubingæ 1542. in 8.
rem, raris accenseo has fabulas.

AETII Amydeni Librorum Medicin
mus I. primi scilicet Libri VIII. nunc p
lucem editi. Græce. Venetiis in ædibus

Cina
/ Uni
com-
Medi-
duni ex
fratrum-

eodem anno
ol. Utrumque

de causis anti-
uralium. Venet.
n 4. Editio haud

der Stat *Africa*,
pleut, auch anderer
tigen Personen: auch
nd verwundten bayder
e handlung nacheinander
: resolution, was das Key-
, beschehen im September
zu Nurnberg durch Valen-

A G G R E G A T O R; Paduanus, de medic *simplicibus*. in fol. sine loci & anni nota.

Typus tamen indubie ad aliquem annum dec VII. Seculi XV. pertinet, proinde inter *rariores* rito referendus. Nomen in fine proœmii autho hæc verba indicat: *Opus quidem hoc longis r temporibus inchoatum, completum est per me arti & medicine doctorem, magistrum Jacobum Pa num anno Domini M. CCC. octuagesimo qui* Cur autem nomen *Aggregatoris* sumserit, ratio affert: *quia opus hoc ex pluribus authoribus ag gatur, liber aggregationis nomen aquirat.* Auth hos censet: *sunt autem authores aggregationis jus Serapion principaliter, eo, quod plures add authores, maxime tamen Dyoscoridem, & Gale quare non posui simpliciter Dyoscoridem, & Galenum. Plinius, qui post Dyoscoridem fuit tiquior Galeno. Razis in Almanzore & divisioni Ysaac in dictis. Haly Abbas Avicenne collegit. sue de appropriatis præparator: Albu Kazis, K mides, Sextus Placidus Papiensis, Anthonius M Tesolus in secretis de XII. herbis per signa celi de VII. secundum planetas, Apulejus, Plato, i tus quidam &c.* Manus Mossoczii adnotavit Au rem dici *Dondis*: vereor, ut id recte scriptum probabilius rescribi debet: *Jacobi de Donis*: ut lerus in Biblioth. Gesneriana pag. 373. notat.

A G O S T I N I Antonii, Discorsi sopra le daglie, & altre antigaglie divisi in XII. Dialo tradotto della lingua Spagnuola nell' Italiana l' aggiunta di molti ritratti di belle & rare M

Liber rarissimus, ut Nic. Haym in Notizi
libri rari nella lingua Italiana &c. notavit,
Clement Tom. II. Recensetur ab aliis sub nomin
gustini, ego tititulum Italicum sequi malui.

AGRICOLAE Danielis: Passio Domin
Jesu Christi secundum seriem quatuor Ev
rum per Fratrem *Danielem Agricolam*
norum de observantia, accuratissima
votissimaque expositione illustrata, m
virorum sententiis compte adornata.
concordantia quatuor Evangelistaru
Domini nostri Jesu Christi. Inter
cile secedet secunda, a Fratre
Observantino Ord. Minor. conc
raque Adæ Petri de Langendo
plano, lucidoque distincte no
ctuatim, pridie Calend. De
pressa, regnante Domino
anno 1516. in 4. folior.

Hujus Maittaire non me
liot. illum reperio, satin
rioribus addendi?

G
terraneorum Libri
fluunt ex terra Lib
X. De veteribus,
manus, sive de
Germanica voc
Frol

AGRICOLÆ Geor. De mensuris, & ponderibus Romanorum, atque Græcorum Libb. V. De externis mensuris, & ponderibus Libb. II. Ad ea, quæ *Andreas Alciatus* denuo disputavit de mensuris, & ponderibus, brevis defensio Lib. I. De mensuris, quibus intervalla metimur Lib. I. De restituendis ponderibus, atque mensuris Lib. I. De precio metallorum, & Monetis Libb. III. Basil. per eosdem. 1550. in fol.

Utrumque opus inter *rara* plerique bibliographi collocant.

——— Joannis, Medicinæ herbariæ Libri II. quorum primus habet herbas hujus seculi Medicis communes cum veteribus, Dioscoride videlicet, Galeno, Oribasio, Paulo, Aetio, Plinio, & horum similibus. Secundus fere a recentibus medicis inventas continet herbas, atque alias quasdam præclaras medicinas, ut, quæ post Galenum vel investigatæ sunt, vel in usum medicum pervenerunt. Basil. ex offic. Barptholomæi Westhemeri. 1539. in 8.

Sitne hic idem cum Joan. Agricola Islebio, aut cum aliis homonymis, quos Jöcherus censet, compertum non habeo.

AGRIPPAE Cornel. ab Nettersheym opera in duos Tomos concinne divisa &c. quibus præter omnes Tabulas noviter accessit ars Notoria, quam suo loco interpositam reperies. Lugduni per Beringios fratres. 1600. in 8.

Opus perrarum, an perinde autem utile, non eadem omnibus ſententia eſt.

ACVILONII Franc. e Soc. Jeſu, Opticorum Libri VI. Antverpiæ ex offic. Plantiniana apud viduam, & filios Jo. Moreti. 1613. in fol. *Editio nitida*, & *rara*.

AINSIDEL: Underricht aus Gottlichen und gayſtlichen Rechten, auch aus den flayſchlichen Bepſtiſchen unrechten, ob ein Prieſter ein Eewaib oder Concubin, das iſt, ain beyſchlaff haben möge? von ainem *Ainſidel* lange Zeit in Polnl. ſcher Heyd gewonet, nun aber eelig worden, an etlich troſtlos Ordenslewt, und Pfaffen geſchriben. 1526. in 4. ſine loci indicio.

Opuſculum 9. plagularum, & ſine dubio a Sacerdote Apoſtata conſcriptum. An inter *rara* referri debeat, aliorum judicium eſto.

ALANUS Metricus, in parabolis cum optima expoſitione. — Doctrinale altum parabolarum *Alani* cum gloſſa finit feliciter. Impreſſum Colonie impenſis Henrici Quentell. Anno 1500. Scilicet jubileo. in 4.

Una cum titulo foliorum 23. Parabolæ carmine exaratæ ſunt, addito ubique brevi commentariolo. Miror, illi locum inter *raros* a Bauero non tribui.

——— Guilielmi apologia pro Sacerdotibus Soc. Jeſu, & Seminariorum alumnis contra edicta regia. Auguſtæ Trevirorum, apud Edmund. Hatotum. 1583. in 8.

Utrumque edictum regium fuit Elisabethæ Regi Angliæ, datum primo die Aprilis, anno regni XXI Scriptum *rarum*, nec facile obvium.

ALBATEGNIUS *Machometus Tinen Fili Acbarrani*, de scientia stellarum: cum *Alfraga* rudimentis Astronomicis. Norimbergæ apud Joh Petreium. 1537. in 4.

Præfatur *Philip. Melanthon* ad Remp. Norimberg sem: sequitur *Joan. Regiomontani* oratio de scien Mathematicæ utilitatibus: ejusdem præfatio in Eu dis elementa. Marpurgensem anni 1536. & Bononi sem anni 1645. editiones in Widekindi, Salther & Henningii Catal. inter *rarissimas* referri lego: n nostra illis inferior est.

ALBEN-GNEFIT. Vide *Tacuini*.

ALBERI Erasmi, wider die verfluchte Le der Carlstader, und alle fürnembste Heubter Sacramentirer, Rottengeister, Widertauffer, cramentlesterer, Ehenschender, Musicaverachte Bildstürmer, Feiertagfeinde, und verwüster al guten Ordnung. Gedruckt zu Newen-Brand burg. in 8. sine anno.

Idem, quantum conjicio author, qui *Alcoran Franciscanum* edidit, hinc facilis conjectura est argumentum opusculi.

ALBERTI Magni, Ratisponensis Episcopi O Fratrum Predicatorum postillatio in apocalypsi — Finis hujus aureæ postillationis *Alberti* ma in apocalypsim per magistrum Jacobum de Pforzi

Iocorum. — Excusum Viennæ Austriæ. Mens. Ma 1514. opera Hieron. Vietoris, & Joan. Singre sociorum, diligentium impressorum. Impensis ve Leonhardi, & Lucæ Alantse fratrum, civium V ennensium. Imperante Divo Maximiliano Caesa Augusto P. F. PP. in 4. *Nec hic Maittairio noti*

Editum est opusculum curante *Georgio Tannst ter Collimitio*, qui id dedicat R. Patri Domino *H ronymo Balbo*, Juris utriusque Doctori, Præposi Vaciensi, & Hungariæ Regi a secretis. Bauer altera quoque editionem Viennensem anni 1554. inter *r ras* locat: nostra prima est, illique anteponenda.

ALBERTI M. Naturalia, ac supernaturalia ope per *Marcum Ant. Zimaram* nuper castigata, er ribusque purgata. De physico auditu Libb. VI Venetiis impensa heredum quondam domini Oct viani Scoti Modoetiensis, ac sociorum. 19. Fel 1517. in fol.

——— De cælo & mundo Libb. IV. I generatione, & corruptione Libb. II. De M theavris (Meteoris) Libb. IV. De mineralibus Lil IV. ibid. 29. Maji. 1517. in fol.

——— De anima Libb. III. De intelle & intelligibili Libb. II. De Metaphysica Libb. XI ibid. 15. Januarii 1518. in fol.

Tria hæc opera uno Vol. continentur, & in Hu garia *admodum rara* sunt.

——— Leandri, Descrittione di tutta I lia nella quale si contiene il sito di essa, l'

gine, & le signorie delle città, & de i cast
co i nomi antichi, & moderni, i costumi de
poli, & le conditioni de i Paesi &c. In Vineg
Giovan Maria Bonelli. 1553. in 4.

Editio *rara* plurium consensu: Clement add
primam esse, cui descriptio insularum Italiæ
fuerit, eamque in Biblioth. Oxoniensi
asservari. Nostrum exemplum adjunctam
sularum descriptionem habet, sed anno 1
apud Ludovicum *de gli Avanzi*. Nec vid
opinio conciliari possit cum Authoris e
anno 1553. præmittitur. *Nel principio*
questa mia descrittione d' Italia, pron
descrittione dell' Isole attenenti ad ess
di mano in mano considerando tant
volume - - - deliberai di concludere d
la descrittione della trionfante Città
Et cosi feci &c. Alterum vero exe
quod itidem apud nos exstat, a
diserte hæc adjicit: *Aggiuntavi*
scrittione di tutte l' Isole perti
Satis hæc ostendunt, descripti
prodiisse anno 1553. Nec ed
Clement cognitam habuerit,
1553. est, gradum faciat ad

ALBICII Ant. Floren
stianorum Stemmata, cu
notationibus: adjecto
Augustæ Vindel. 1608.

Opus nuncupavit Ru
Custos, calcographus A
nus. Nostrum exe-

hanc
runcta
gentem
em in-
editam
qui hæc
go, qui
aquit, *di*
altresi *la*
Vero è, che
accrescere *il*
volume con
Vinegia -
ar anni 1561.
iorem titulum
vamente la de-
ad essa Italia.
insularum vix
em anni 1561.
ab eâ, quæ anni
ionem anni 1568.

Principum Chri-
vibus ejusdem an-
inate Othomanico.
l. max.

o II. Imp. *Dominicus*
nus, patria Antverpia-
nte habet *Albicii*: alii

legunt *Albizii*. Biblioth. Rinckiana nostram pro
ma editione habet: alii eam, quæ anno 1610. rui
alii illam quæ 1606. prodiit: hæc dubia est, no
autem certa.

ALBINI Diaconi Anglici commentariorum
evangelium S. Joannis Libri VII. Argentor
1527. in fol. *Opus perrarum.*

ALBORNOTUS, vel, ut alii malunt, ALBORN
Vide *Sepulveda.* Re enim vera, quæ huic tribuer
erant, illi non recte tribui, in loco monebo.

ALBUBETTIARAZ, filii *Zacharie* Liber
cipit, qui ab eo *Almansor* vocatus est, eo qu
regis *Mansoris Ysaac* filii precepto editus est.
Explicit hoc opus mandato & expensis nobilis
ri, domini Octaviani Scoti civis Modoetiensis,
Bonetum Locatellum Bergomensem. 1497. in
a Maittairio omissus.

Breviarium totius operis est hujusmodi. *Libri R*
ad Almansorem: afforismi Rabbi Moysi: affori
Damasceni: Liber Secretorum: Liber pronostica
nis secundum Lunam in signis, & aspectu plan
rum: Liber, qui dicitur capsula eburnea: Liber
elementis, sive de humana natura Hypocratis: L
de aere, & aqua, & regionibus: Liber de farmac
Liber de somniis: Libellus Zoar de cura lapidis.

ALBUMAZAR: De magnis conjunctionib
annorum revolutionibus: ac eorum profectionib
octo continens tractatus. — Opus *Albumaza*
de magnis conjunctionibus explicit feliciter:
gistri *Joannis Angeli* viri pertissimi diligenti

rectione: Erhardique Ratdolt viri solertis exim
industria, & mira imprimendi arte, qua nuper V
netiis, nunc Auguste Vindelicorum excellit,
minatissimus, pridie Kal. Aprilis. 1489. in 4.
figg.

Adjunctum est aliud opusculum hoc titulo: I
ductorium in Astronomiam Albumasaris Abe
octo continens libros partiales. Ibid. per eu
eodem anno, sed VII. *Idus Februarii.* Ceteru
nuinum authori nomen *Japhar* fuit, ut patet
quæ titulum confestim sequuntur: *Hic est libe*
viduorum &c. editus a IAPHAR astrolog
dictus est Albumazar ad laudem Dei gloriosi
dubia, quæ Clement Tom. I. pag. 137. obm
nostro exemplari nullo negotio solvi posse.

ALBUMAZAR De magnis conjunctio
Exaratum per industriosum impressorem (
Schenck in insigni, ac libera civitate N
1502. in 4. *Maittairio præteritus, ne*
ment, ut videtur, cognitus.

ALCHABITII, summi in astro
Principis opus ad scrutanda stellarum
isagogicum, pristino candori restitutu
lentiss. Doctore *Antonio* de *Fantis* Ta
castigatissimo *Joannis* de *Saxonia*
Impressum Venetiis per Melchior
Petrum de Ravanis Socios. 1521.

Huius meminit Gesnerus in Biblio
ticulum.

- ALCIATI Andreæ, Libellus de ponderibus & mensuris. Item *Budæi* quædam de eadem r adhuc non visa. Item *Philip. Melanthonis* de ii dem ad Germanorum usum sententia. Alciati quo que & Phil. Melanthonis in laudem juris civili orationes duæ. Hagenoæ apud Johan. Secerun 1530. in 8.

——— Emblemata. Francofurti. 1583. in 8 *Utrumque opusculum minus obvium est.*

ALCORANI, seu legis Sarracenorum confutatio ex Græco nuper in Latinum traducta. in 4. sin loc. & an.

Author operis est Richardus, alias quoque *Ricol dus* dictus, ut liquet ex titulo, qui dedicationi sub jectus est : *Richardi ex ordine fratrum, qui apu Latinos predicatores appellantur, confutatio legi late Sarrhacenis a maledicto machometo: translat ex romana lingua in grecam per Demetrium Cydo nium: deinde per Bartolomeum Picenum de Mon tearduo rursus e greco in latinum conversa.* Postre mus hic opus nuncupaverat Ferdinando regi Arrago niæ, & utriusque Siciliæ. *Libellus rarus teste Clemen* apud nos autem merito *rarissimus.*

——— Machumetis Saracenorum principis ejusque successorum vitæ ac doctrinæ, ipseque *Alcoran*, quo velut authentico legum divinarum codice Agareni, & Turcæ, aliique Christo ad versantes populi reguntur, quæ ante annos cccc vir multis nominibus, Divi quoque *Bernardi* te stimonio clarissimus *D. Petrus Abbas Cluniacen*.

sis per viros eruditos ad fidei Christianæ, ac san
ctæ matris Ecclesiæ propugnationem ex Arabic
lingva in Latinam transferri curavit. His adjunct
sunt confutationes multorum, & quidem prob
tissimorum authorum, Arabum, Græcorum,
Latinorum, una cum excellentiss. Theologi *Mar
tini Lutheri* præmonitione: quibus velut instr
ctissima fidei Catholicæ propugnatorum acie, pe
versa dogmata, & tota superstitio Machumeti
profligantur. Adjunctæ sunt etiam Turcarum, q
non tam sectatores Machumeticæ væsaniæ, qua
vindices, & propugnatores, nominisque Christi
ni acerrimos hostes, aliquot jam sæculis præstit
runt, res gestæ maxime memorabiles a DCCC
annis ad nostra usque tempora. Hæc omnia
unum volumen redacta sunt opera & studio *Th
dori Bibliandri* Ecclesiæ Tigurinæ ministri,
collatis etiam exemplaribus Latinis, & Arab.
corani textum emendavit, & marginib. appos
annotationes, quibus doctrinæ Machumeticæ
surditas, contradictiones, origines errorum, di
næque scripturæ depravationes, atque alia id
nus indicantur &c. in fol. sine anno & loco.

„ *Exemplar nostrum tres Tomos uno volum
„ complectitur: Tomo primo continentur*: Mar
„ Lutheri ad Alcorani lectorem præmonitio: apo
„ gia pro editione Alcorani ad reverendissimos
„ tres, ac dominos episcopos, ac doctores Eccle
„ rum Christi Theodoro Bibliandro authore. Epis

„ D. Petri Abbatis Cluniacensis ad Divum Bernhar-
„ dum, Claraevallis Abbatem de translatione Alcora-
„ ni, sive Saracenorum legis ex Arabico in Latinum.
„ Summula quaedam brevis contra haereses & sectam
„ diabolicae fraudis Saracenorum, sive Ismahelitarum.
„ Praefatio Roberti Retenensis Angli ad D. Petrum Ab-
„ batem Cluniacensem de Alcorani versione. Codex
„ authenticus doctrinae Machumeticae ex Arabico ver-
„ sus per eundem Robertum Retenensem, & Her-
„ mannum Dalmatam. Doctrina Machumetis summa-
„ tim comprehensa, quae apud Saracenos magnae
„ authoritatis est, ab eodem Hermanno ex Arabico
„ translata. De generatione Mahumet, & nutritura
„ ejus, eodem Hermanno Dalmata interprete. Chro-
„ nica mendosa, & ridiculosa Saracenorum de vita
„ Mahumetis, & successorum ejus eodem interprete.
„ Annotationes eruditi cujusdam, & recentioris scri-
„ ptoris, quae in Alcorani manu scripti marginibus
„ adjectae fuerant, una cum aliquot capitum argumen-
„ tis, & censuris, item varia diversorum exempla-
„ rium lectione. *Tomo II. autem*: Ludovici Vivis
„ Valentini de Mahomete & Alcorano ipsius censura
„ e libris ejus de veritate fidei Christianae decerpta.
„ De Mahometo, ejusque legibus, & Saracenorum
„ rebus ex Volaterrano. Mahumetanorum sectam omni
„ ratione carere, commentatiuncula lectu dignissima
„ Hieronymo Savonarola authore. Disputatio Chri-
„ stiani eruditissimi, qui diu versatus est apud Princi-
„ pem Saracenorum cum magna dignatione, & Sara-
„ ceni sodalis ipsius adversus doctrinam, & flagitia
„ Mahumetis. Cribrationum Alcorani Libb. III. reve-
„ rendiss. atque doctiss. D. Nicolao de Cusa Cardinali
„ autore. Richardi fratris Ord. Praedicatorum, viri
„ doctissimi confutatio legis a Mahumete Saracenis
„ latae per Demetrium Cydonium in lingvam Graecam
„ translata. Eadem Richardi Confutatio e Graeco rur-

„ sus Latinitate donata., Bartholomæo Piceno inte
„ prete. Christianæ fidei Exomologesis, sive confessi
„ Saracenis facta, cumprimis quidem pia, & spiritu
„ plane Apostolicum redolens, Græce, & Latine i
„ certo autore. *Tomo III.* De moribus, religione
„ conditionibus, & nequitia Turcorum Septemc
„ strensi quodam autore incerto. Epistola Pii Papæ I
„ ad Morbisanum Turcarum Principem, qua oste
„ sis Mahumetanæ Sectæ erroribus ipsum admonet
„ ut, relicta illa, veram solidamque legis Evangeli
„ eruditionem amplexetur. Morbisani Turcarum Pri
„ cipis ad Pium Papam responsio. Ordinatio politi
„ Turcarum domi, & foris incerto autore. Tur
„ carum rerum commentarius Pauli Jovii episco
„ Nucerini ad Carolum V. Imp. Aug. Ordo, ac d
„ sciplina Turcicæ militiæ, eodem Paulo Jovio auth
„ re. Joan. Ludov. Vivis de conditione vitæ Christ
„ norum sub Turca libellus. Quibus itineribus Tu
„ sint aggrediendi, Felicis Petancii Cancellarii Segn
„ ad Wladislaum Hung. & Boh. regem liber. J
„ Sadoleti episcopi Carpentoractis de regno Hun
„ riæ ab hostibus Turcis oppresso, & capto homili

' Clement duas editiones, utramque *raram*, cens
unam Basileæ anni 1543. typis Nicolai Brylinge
alteram anni 1550. sine loci indicio in fol. Cr
ria, quibus utramque secernere possimus, hæc ass
præcipua: Ad primam præfatur Mart. Luther
ad alteram Philip. Melanchthon: Prima Richardi c
futationem legis Saracenæ continet græce & lati
altera solum latine: illa confessionem fidei Christi
pag. 166. græco-latinam exhibet, ista latinam du
taxat. Hactenus nostrum exemplum congruit ad an
sim: Brylingeri quoque epistola ad lectorem re
annum 1543. & titulus privilegium memorat ad qu
quennium: Secundi autem & tertii Tomi ad sep
nium. Cetera vero, quæ Clement Tom. I. pag. 1

adfert, a nostro exemplari dissentiunt; nec secunda pars in nostro græcis litteris exhibet, librum Basileæ apud Nicol. Brylingerum sumtibus Joannis Oporini editum esse, quod tamen Clement affirmat: *a la fin de la Seconde partie on a mis en Grec, que ce livre été imprimé à Basle chez Nicolas Brylinger aux dépens de Iean Oporin*: cujus, ut dixi, in nostro exemplari nec vola, nec vestigium est. Itaque hæreo sane, cui anno editionem nostram tribuere debeam.

ALCORANI textus universus. Ex correctioribus Arabum exemplaribus summa fide, atque pulcherrimis characteribus descriptus, eademque fide, ac pari diligentia ex Arabico idiomate in latinum translatus: appositis unicuique capiti notis, atque refutatione: his omnibus præmissus est Prodromus, totum priorem Tomum implens, in quo contenta indicantur pagina sequenti. Auctore *Ludovico Marraccio* e congregatione *Clericorum regularium Matris Dei*, Innocentii XI. gloriosissimæ memoriæ olim Confessario. Patavii ex typographia Seminarii. 1698. in fol. Tom. II.

Splendida editio, quam, teste Clement, Biblioth. Harlejanæ catalogus merito inter *raras* censet. Prodromum, qui Tom. I. efficit, jam author prius Romæ anno 1691. in 8. edidit, de quo agam in articulo *Marraccius*.

ALCUINI homilie doctorum Ecclesiasticorum in Evangelia Dominicalia, ac temporanea, una cum Sermonibus ornatissimis in unum redacta co-

dicem jussu divi Karoli magni Imp. semper Augu
sti, opera & ingenio venerab. Christi Confessor
Alchuini: cujus ejusdem inseruntur tres libri d
serti atque acuti de sacrosancta Trinitate ad eun
dem Carolum: omnia tersissime impressa, doct
recognita, sententiis, ac sacre scripture testim
niis marginatim illustrata. —— Explicit opus in
gne homiliarum, atque sermonum, quibus Chr
stianus ritus per cyclum anni utitur pro sacra co
cione. Congestum quidem piis votis Caroli mag
Imp. semper Aug. ardenti studio Alchuini doct
ris, ac secretarii Imperialis: nunc vero vigili ope
recognitum, & illustratum. Impressum Lugduni p
honoratum virum Joannem Clein Alemannum
Librarium prime note, atque Calcographum. 15
IX. Kal. Julii. in fol.

Editio hæc *Maittairium* fugit: Libri III. de Tri
tate, quos titulus memorat, nostro exemplari desi
alioquin primam hujus opusculi editionem possid
mus post eam, quæ anno 1509. in monasterio *U*
purrha prodiit. Bauer in Suppl. Parisinam editior
homiliarum in fol. Sine anno *rarissimis* accen
Lugdunensem contra ignoravit.

———— De fide Sanctæ, & individuæ
nitatis Libri III. Bruxellis. 1554. in 8. *Liber*
modum rarus.

ALDROVANDI Ulyssis, Philosophi ac Me
Bononiensis, Historiam naturalem in gymn
Bononiensi profitentis, Ornithologiæ, hoc est
avibu

avibus Historiæ Libri XII. Ad Clementem VIII. Pont. Opt. Max. cum indice septendecim lingvarum copiosissimo. Bononiæ apud Franciscum de Franciscis Senensem. 1559. Superiorum permissu. in fol. cum figg.

ALDROVANDI Ulys. Ornithologiæ Tomus III. ac postremus. Ad illustriss. Principem Alexandrum Perettum, S. R. E. Card. Montaltium, vicecancellarium, & Bononiæ Legatum. Cum indice copiosissimo variarum lingvar. Bonon. apud Jo. Bapt. Bellagambam. 1603. in fol. cum figg.

——— Tom. IV. De Quadrupedibus solidipedibus volumen integrum. *Joan. Cornelius Uterverius* in gymnasio Bononiensi simplicium medicamentorum professor collegit, & recensuit. *Hieronym. Tamburinus* in lucem edidit. Ad Illustriss. & Reverendiss. D. D. Carolum Madruccium S. R. E. Card. amplissimum, Tridentique Episcopum, & Principem. Cum indice copiosissimo. Bonon. apud Victorium Benatium. 1616. in fol. cum figg.

——— Tom. V. Quadrupedum omnium bisulcorum Historia. *Joan. Cornelius Uterverius* Belga colligere incœpit: *Thomas Dempsterus* Baro à Muresk Scotus J. C. perfecte absolvit: *Hieron. Tamburinus* in lucem edidit. Ad illustriss. & Reverendiss. D. Paridem Lodronium Comitem, archiepiscopum, & Principem Sallsburgensem, sedis Apostolicæ Legatum natum. Cum indice copiosiss.

ſcum Vitellium, archiepiſc. Theſſaloni. apud Sereniſſ. Venetor. Remp. Sedis Apoſtolicæ Nuncium. Bonon. apud Nicolaum Thebaldinum. 1638. in fol. cum figg.

ALDROVANDI Ulyſ. Tom. IX. De animalibus Inſectis Libri VII. cum ſingulorum iconibus ad vivum expreſſis. Autore Ulyſſe Aldrovando in almo gymnaſio Bonon. rerum naturalium profeſſore ordinario. Ad Sereniſſ. Franc. Mariam Secundum, Urbini Ducem ſextum. Illuſtriſſ. Bonon. Senatu curante. Denuo impreſſ. Bonon. apud Clementem Ferronium. 1638. in fol. Adjecta ſunt paralipomena de nido βομβυκιῶν.

——— Tom. X. De reliquis animalibus exanguibus Libb. IV. poſt mortem ejus editi. Nempe de mollibus, cruſtaceis, Teſtaceis, & Zoophytis. Ad illuſtriſſ. Senatum Bononienſem. Bonon. apud Jo. Bapt. Bellagambam. 1606. in fol. cum figg.

——— Tom. XI. Monſtrorum hiſtoria, cum paralipomenis hiſtoriæ omnium animalium. *Bartbol. Ambroſinus* &c. labore & ſtudio volumen compoſuit. *Marc.* Ant. Bernia in lucem edidit propriis ſumptibus. Ad Sereniſſ. & invictum Ferdinandum II. Magnum Hetruriæ Ducem. Bonon. typis Nicol. Tebaldini. 1642. in fol. cum figg.

Opus *perquam rarum*, tametſi illius non omnia primæ editionis habeamus. Tomum. II. qui ornitho-

logiæ Libros XIII. XIV. XV. XVI. XVII. & XVIII. complectitur, non recensui in ordine, quod Bononiensi editione careamus: Supplevimus tamen hanc lacunam editione Francofurtensi anni 1610. quæ Bononiensi annis X. recentior est. Desunt nobis ad integritatem operis, Musæi Metallici Libri IV. & Dendrologiæ naturalis Libri II. nam *delle Antichità di Roma* non puto ad institutum operis pertinere. Ceterum tituli, quos integros exscripsi, aperte docent, non omnia hæc Aldrovandi esse, quæ tamen illius nomine, quod primus esset, & totius operis oeconomiam designarit, in lucem vulgata sunt.

ALEMAN Math. Primera Parte de la vida del Picaro Guzman de Alfarache. Compuesta por *Matheo Aleman*, criado del Rey Don Felipe III. nuestro sennor, y natural vezino de Sevilla &c. En casa del Licenciado Varez de Castro. En Madrid. 1599. Legendo, simulque peragrando in 4.

Editio prima & rarissima, tametsi Pars II. quæ anno 1600. prodierat, nobis desit. Pars I. ut Clement ex Gottofr. Sibero notat, prodiit etiam Saragossæ in 12. anno eodem 1599. & II. Barcinone 1603. in 8.

ALEXANDRINI Julii, antargenterica pro Galeno. Venet. 1552. in 4.

———————— Serenissimi Romanorum Regis Physici, de medicina, & medico Dialogus Libris V. distinctus. Tiguri per Andream Gesnerum 1557. in 4.

———————— Galeni Enantiomaton aliquot Liber. Ejusdem, Galeni encomium. Venet. apud Juntas. 1548. in 8.

Postremum opusculum Bibliot. Jo. Christoph. Henningii *raris* adnumerat: nihilo minoris raritatis sunt priora duo.

ALFONSI Regis Romanorum, & Castelle, Tabule astronomice nuper quam diligentissime cum additionibus emendate. Ex officina Petr. Liechtenstein. 1518. Venetiis in 4.

Sine dubio non sunt comparandæ cum iis, quæ Venetiis 1492. prodiere; apud nos tamen *insignis raritatis* sunt.

D. ALGERI Monachi Corbeiensis de veritate corporis & sanguinis Dominici in Eucharistia, cum refutatione diversarum circa hoc hæreseon, opus pium juxta, ac doctum. Pragæ ex offic. Georg. Nigrini. 1584. in 8.

Laudantur editiones; Friburgensis ann. 1526. & 1531. tum Coloniensis 1535. & Lovaniensis 1561. Nostræ ideo hic locum tribui, quod eam *Faustus Verantius* Regis Hungariæ Secretarius, postea Episcopus Csanadiensis factus, *Georgio Drascovicsio* Archiep. Colocensi nuncupaverit.

ALLATII Leonis, animadversiones in antiquitatum Hetruscarum fragmenta ab *Inghiramo* edita. Parisiis apud Sebastian. Cramoisy 1640. in 4.

— ΣΥΜΜΙΚΤΑ, seu opusculorum Græcorum, & Latinorum vetustiorum, ac recentiorum Libri II. Edente, non nullis additis, *Bertoldo Nihusio*. Colon. Agrip. apud Jodocum Kalcovium 1653. in 8. M.

in edibus honesti viri Antonii Bianchardi 1528. in 8.

Omissus a Maittairio: nec Bauer illius meminit, qui tamen ex plurimis suum catalogum contexuit. Ex quo facilis conjectura est ad libri raritatem.

ALOFRESANT: Keyserliche practica, und prognostication aus allen alten weissagungen von CCC. jarn her zusamen geschrieben und mit dizer Zeit verglichen, das eben der unüberwindtlichst Rö. K. Carolus V. der sey, so reformiren, und allein das regiment von orient bis in occident erobern soll &c. Auch werden hie in vil wunder geschichten in der welt zukünftig durch den hochgelerten Meister *Alofresant* zu Rhodis practiciert &c. in 4. sine an. & loc. folior. 8. M.

In penultimo hæc leguntur: *und ist die volgent Prophecey zu Rom in der Sapientz gefunden worden.*

Gallorum levitas Germanos justificabit,
Italiæ gravitas Gallo confuso vacabit.
Annis millenis quadringentis, & sexagenis
Et decem trinariis consurget Aquila grandis,
Constantini & equi de marmore facti,
Et lapis erectus, ac plura pallacia cadent:
Papa morietur, Cesar regnabit ubique,
Sub quo tandem vana cessabit gloria cleri,
Dux tamen illustris complebit gaudia vitæ
Tempore quo Venus obumbrabit cornua Martis.

Qui olim vestiti sunt Petrum, tandem eum despoliabunt.

Ex his pronum est conjicere, quo tempore libellus sit editus. Ceterum eosdem versus, mutatis quibusdam, ad octo redactos Lazius in vaticinio Methodii memorat, & Pilsnæ in Bohemia repertos scribit. Quantum vates hi ab se dissentiunt!

ALPHANI Franc. Medicì Academiæ Salernitanæ opus de peste, febre pestilentiali, & febre maligna. Neapoli apud Horatium Salvianum 1577. in 4.

Ipse editionis locus indicio esse potest, scriptum hoc in Hungaria *perrarum* esse.

ALPINI Prosperi, de medicina Aegyptiorum Libb. IV. In quibus multa cum de vario mittendi Sangvinis usu per venas, arterias, cucurbitulas, & Scarificationes nostris inusitatas, deque inustionibus, & aliis chyrurgicis operationibus, tum de quàm plurimis medicamentis apud Aegyptios frequentioribus elucescunt. Quæ cum priscis Medicis doctissimis olim notissima, ac pervulgatissima essent, nunc ingenti artis medicæ iactura a nostris desiderantur. Ad illustriss. & Sapientiss. Senatorem Antonium Maurocenum Supremum Venetæ Reipub. Consiliarium. Venetiis 1591. apud Franciscum de Franciscis Senensem. in 4. maj.

Editio prima: ut adeo necesse sit, in *Hendreichii* pandectas Brandeburgicas mendum irrepsisse, quæ Venetam anni 1541. primam fuisse memorant, alioqui duodecim annis ante nativitatem authoris vulgata fuisset, ut Clement observat. Nec minus rara est altera, quæ anno 1645. additis *Jacobi Bontii* in Indiis

archiatri de medicina Indorum Libris IV. Parisiis apud Nicolaum Redelichuysen via Jacobæa sub signo crucis aureæ prodiit, sed nec typi, nec chartæ elegantia cum priore comparanda. D. Clement quidem Parisinæ ejusdem anni meminit, sed apud viduam Guil. Pelè. An hæc alia ab nostra anni 1645. aut forte in typographo mendum cubat.?

ALTERCATIO Synagogæ & Ecclesiæ, in qua bona omnium fere utriusque Instrumenti librorum pars explicatur. Opus pervetustum, ac insigne, antehac nusquam typis excusum. Interloquutores: *Gamaliel*, & *Paulus*. Coloniæ apud Melchiorem Novesianum. 1537. in fol.

Ipse Novesianus præfatur ad R. illustrem D. D. *Adolphum*, designatum Coloniensem archiepiscopum, ex cujus præfatione ea excerpo, quæ ad scriptoris ætatem, & operis argumentum spectant. *Exemplar ipsum*, inquit, *quod unicum tantum habuimus, miram præseferebat antiquitatem, adeo, ut in quam plurimis locis divinatione opus fuerit, ob detritos, vetustateque obscuratos characteres, potissimum in fronte, ac calce Codicis. Porro istud deprehendimus, floruisse eum, quis quis tandem sit author, ætate Divi Caroli M. Nam inter artium liberalium inventores Ioannis Scoti mentionem faciens, coætaneum hunc suum fuisse testatur:* „ Theologus, inquiens, „ apud Græcos Linus fuit; apud Latinos Varro, & „ nostri temporis Joannes Scotus de decem categoriis „ in Deum. „ *Prædictum vero Joannem Scotum in pretio habitum apud Carolum M. testis est Joan. Trithemius Abbas Spanheimensis in catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum. Suscepti vero ab authore argumenti hanc reor fuisse rationem, quod tunc temporis efferbuerit inter Christianos, atque Judæos*

acrior disputatio. Quæ res vel hinc mihi colligi posse videtur, quod exstet epistola Caroli M. nomen præferens, cujus tale est exordium : „ Causa Scribendi „ hanc epistolam est altercatio Judæorum contra „ Christianos &c. Insertus est in classem *rariorum* a Bauero : de quo Clement in articulo *Synodus* se acturum pollicitus est, sed operi immortuus ultra articulum *Hessus Helius Eobanus :* non pervenit : cujus conatus utinam aliqui persequerentur.

ALTHAMERI And. Brenzii, Scholia in Cornelium Tacitum, Rom. historicum de situ, moribus, populisque Germaniæ, ad Illustriss. Princip. D. Georgium Marchionem Brandenburgensem. — Typis excudebat Norimbergæ Fridericus Peypus, impensis providi viri Leonardi de Aich, Bibliopolæ, ac civis Norimbergensis. 1529. in 4.

Liber *admodum rarus*, quod illum author ipse ob multos errores, qui se absente irrepserant, supprimi desiderarit, ut mox dicetur.

———— Commentaria Germaniæ in P. Corn. Taciti, Equitis Rom. libellum de situ, moribus, & populis Germanorum, ad magnanimos Principes D. Georgium, & D. Albrechtum juniorem, Marchiones Brandenburgenses &c. *Andr. Althameri* diligentia pro suo erga Germaniam amore elucubrata. Norimbergæ apud Johannem Petreium. 1536. in 4. M.

Opus, ut a priore magnam partem distinctum, ac varians, ita majori quoque cura, ac eruditione concinnatum. In epilogo ad Lectorem meminit prius ab

se editi opusculi, & cur illud suppressum esse voluerit, in hæc verba: *Hæc sunt Germane Lector, quæ iterum in hunc Taciti libellum ad Germaniæ illustrationem, atque laudem annotavi; tibique communico: nam sex anni sunt, quando primum Scholia in hunc Cornelii libellum extrusi, quæ adeo corrupte, inemendate, ac mendose imperitus Librarius excusserat, ut nihil æque puduerit, atque emissorum Scholiorum, &, si ulla mea opera potuissem, actu tum perdidissem, ne sub ullius eruditi conspectum venissent. Quæ potissimum causa fuit, cur ad nova, atque prolixiora commentaria manum admoverim, ut priora scholia penitus supprimerem.* Idem jam in priori editione post indicem Leonhardus a Quercu (Aich) Durgæus Lectorem his verbis admonuit: *Hæc in Corn. Tacitum commentaria nostris impensis excudi fecimus, apud Frid. Peypus Norimbergensem Librarium, optantes quam emendatissima in publicum prodire: sed non potuit summa solicitudo nostra cavere, ne typographus inter exscribendum oscitaret, nec Althamerus, cum longius a nobis abesset, emendare potuit. &c.* Ceterum sunt, qui putent, Tacitum hoc libello Vestphalorum dumtaxat mores adumbrasse. *Utraque editio perrara est.*

ALTHANIANA Strena kalendis Januarii anni 1627. ex Cancellaria Communionis Hierachiæ Illustriss. & Excellentiss. D. Comiti Fundatori. Continens *participationes XXXIII.* a totidem diversorum Ordinum Generalibus. concessas. Excudebat in castro *vallis oslowaniensis* typis Communionis supra dictæ Christoph. Haugenhofferus. 1627. in 4. *Libellus valde rarus.*

Editio quamquam ordine quarta, tamen *rara* : titulus non nihil variat ab ea, quam Clement ex Bibl. Vilenbroukiana excitat.

ALVARI Emman. Soc. Jesu præcipua totius artis pars novis curis, & explicationibus aucta, & in lucem edita. Ulyssipone ex officina Deslandesiana. 1712. in 4. *In Hungaria vix obvius.*

AMAMAE Sixtini Antibarbarus Biblicus Libro IV. auctus : quorum primus ostendit VII. fontes omnis barbariei, quæ superioribus seculis sacras litteras fœdavit; reliqui non solum exhibent centurias aliquot crassissimorum errorum, qui circa particularium locorum interpretationem ex istis fontibus emanarunt, sed & compluribus locis scripturæ facem allucent. Accesserunt variæ Dissertationes, & orationes, nec non responsio ad censuras D. Martini Marsenni Theologi Parisien. Accessit & huic editioni ejusdem commentariolus de Decimis Mosaicis. Franequeræ typis Isdardi Alberti. 1656. in 4.

Libri *raritatem* Frid. Reimmannus, Biblioth. Gerh. van Mastricht, Vogt, aliique commendant.

AMATI Lusitani, in Dioscordis Anazarbei de medica materia Libros V. enarrationes eruditissimæ, quibus non solum officinarum seplasiariis, sed bonarum etiam litterarum studiosis utilitas adfertur, quum passim simplicia græce, latine, Ita-

lice, hispanice, germanice, & gallice proponantur. Venet. apud Gvalterum Scotum. 1553 in 4.

Liber apud nos ex *rarioribus*.

S. AMBROSII Episcopi Mediolanensis opera. Tomi. III. — Libri B. Ambrosii Ep. Mediolan. doctoris disertissimi, Catholicæ fidei propugnatoris accerrimi, accuratissima diligentia, ne quid ab integritatis tramite exorbitans admitteretur, adhibita; ad Christianismi cultum, prefati doctoris doctrina interveniente, amplectendum & ampliandum: per Joannem Petri de Langendorff Basilee civem finiunt feliciter. Anno domini 1506. die vero penultimo mensis Maji. in 4.

Tomus III. epistolas alio typo, licet numeri paginarum continuent, quam reliqua, quæ has consequuntur, exhibet. Nec *Maittairius*, nec, quos præ manibus habeo, hujus editionis meminere.

———— Opera, cum per *Des. Erasmum Roterodamum*, tum per alios eruditos viros, accurata diversorum Codicum collatione nunc denuo emendata, in quinque digesta ordines: quorum I. habet mores: II. pugnas adversus hæreticos: III. orationes, epistolas, conciones ad populum: IV. & V. Explanationes voluminum vet. & novi Testamenti, una cum indice rerum copiosissimo. Inspice Lector, & comperies, Ambrosium ita castigatum, ut deinceps meliorem editionem frustra

exſpectes. Baſil. apud Frobenium. 1538. in fol. Tom. III. vol. I.

Poſſeſſor olim fuit *Ioannes Coloſvarius* Abbas Koloſmonoſtorienſis, qui ſua manu hæc adnotavit: *ſervit Frî Joanni Coloſwarino Abbati de Coloſmonoſtra, emptus Vienne taller.* 2. Idem hic Coloſvarius eſt, qui poſtea factus Cſanadienſis epiſcopus nomine Cleri Hungariæ Legatus Concilio Tridentino interfuit.

S. AMBROSII Omnia, quot quot extant, opera, primum per *Des. Eraſmum Roterodamum*; mox per *Sig. Gelenium*, deinde per alios eruditos viros diligenter caſtigata, nunc vero poſtremum per *Joan. Coſterium* ad plurium antiquorum Codd. collationem plus bis mille erroribus ſublatis emendata. Baſileæ. 1555. in fol. Tom. V. vol. II. *Editio non maxime communis.*

——— Sebaſtiani, Declaratio circumſtantiarum gemini colloquii: alterius 5. Dec. anni 1595. alterius 29. Januarii anni 1596. in arce Keſmarcenſi habiti, & aliarum quarundam actionum, e quibus, qua fide charta in titulo argumenta in iisdem colloquiis propoſita promittens, edita ſit, haud obſcure perſpici poteſt. Authore *Sebaſt. Ambroſio* Eccleſiæ Keſmarcenſis Paſtore. Servetæ excudebant hæredes Bonavent. Fabri. 1596. in 4. M.

Opus inſcriptum eſt *Magnifico D. Sebaſtiano Tökely, Domino in Keſmark.* Genuinum authori nomen *Lanius* fuit, ut ad articulum *Grawerus* dicetur. Cetera libellus ex *rarioribus* eſt.

AMELOT de la Houssaye suplement à l' Histoire du Gouernement de Venise. Parisiis 1677 in 12.

Minus obviis apud nos merito aggregandus.

AMESII Gulielmi Bellarminus enervatus. Amstelodami. 1636. in 12.

Notam *raritatis* a Reimmano obtinet.

AMMIANUS Marcellinus, a *Mariangelo Accursio* mendis quinque millibus purgatus, & libris quinque auctus ultimis, nunc primum ab eodem inventis. — Augustæ Vindelicorum in ædibus Silvani Otmar, mense Majo. 1533. in fol.

Aversa tituli facies hæc habet: *Ne cuiquam omnino liceat per totum quinquennium hosce Ammiani Marcell. XVIII. Libros excudere, cautum est Clementis VII. Pont. Max. & Caroli V. Imperatoris Augusti, & inclytæ Venetorum Reip. interdictis.* Editor opus dicat *Antonio Fuggero*, a quo exemplum nostrum *Gundelius* dono accepit, ut ejus manus in hæc verba indicat: *Dono domini Antonii Fuggeri factus sum Philippi Gundelii* 1550. *mense Majo*: qui ad *quinque mendarum millia*, hæc rursum sua manu adjicit: *ut tamen pluſculum mendarum superſit*: quod is perfunctoria lectione ab se observatum fuisse his verbis fatetur: *raptim perlectus intra quatriduum XXIIII. Maji* 1550. *cum interim mendis quibusdam, sed frustra, colluctarer, rem magis, quam verba consectatus, opera non pænitenda.* D. Clement hanc ordine tertiam esse fatetur: id ex parte verum est; sed si quinque libros adjectos spectemus, prima omnino dicenda est; ut ipse titulus aperte habet.

AM-

AMMONII Alexandrini, quatuor Evangeliorum consonantia congesta, ac a Victore Capuano episcopo translata. Colon. ex ædibus Eucharii Cervicorni. 1532. in 8.

Gesnerus editionem Basileensem anni 1550. in fol. memorat: videtur ei de nostra nihil fuisse cognitum.

ANACREONTIS Teji Odæ ab Henrico Stephano luce, & Latinitate primum donatæ. Lutetiæ apud Henricum Stephanum 1554. Ex privilegio Regis. in 4. græce, & latine.

Prima editio: Exempli nostri possessor fuit *Zacharias Mosoczy*, Lector Capituli Nitriensis, & Henrico Stephano synchronus, qui hujus nomini, quoties occurrit, lituram induxit: ipsum etiam Græcum nomen ΕΡΡΙΚΟΣ ΣΤΕΦΑΝΟΣ in præfatione delevit, tum in Latina, quoque ad Lectorem: quod *Placcii* opinionem videtur firmare, qui versionem Latinam *Joanni Duarto* tribuit, arguitque, Stephanum illius nomini suum mala fide supposuisse; quod forte Mosoczius, cui cum viris doctis extra Hungariam frequens litterarum commercium fuit, suis lituris videtur indicare voluisse. Nolim tamen hac mea observatione, viro docto, ac, ut ita dicam, græcissimo, invidiam conflare: poterat enim Mosoczius maligno rumore in errorem induci, quod non est sine exemplo.

——————— Et aliorum Lyricorum aliquot Poetarum Odæ. In easdem Henrici Stephani observationes. Eædem Latinæ Typis regiis Parisiis. 1556. apud Guiliel. Morelium. in Græcis Typographum regium, & Robert. Stephanum in 8. M.

ANDRADAE (Jac. Payva,) orthodoxarum explicationum Libb. X. In quibus omnia fere de religione capita, quæ his temporibus ab hæreticis in controversiam vocantur, aperte, & dilucide explicantur. Præsertim contra *Martini Kemnicii* petulantem audaciam, qui Coloniensem censuram, quam a viris Societatis Jesu compositam esse ait, una cum ejusdem sanctiss. Societatis vitæ ratione, temere calumniandam suscepit. Colon. apud Maternum Cholinum. 1564. in 8.

Dedicatio ad Sebastianum I. Lusitaniæ &c. Regem. Prodiit opus eodem anno Venetiis, cujus exemplaribus cum *Germania exsatiari nequiret*, ut typographus ait, excudendum suscepit. *Liber rarissimus.* Apud Bauer errore typi pro *Payva* irrepsit *Payra.*

———— Defensio Tridentinæ fidei Catholicæ, & integerrimæ quinque libris comprehensa, adversus hæreticorum detestabiles calumnias, & præsertim *Martini Kemnitii* Germani. Nunc primum in Germania, multo, quam antea, emendatius impressa. Ingolstadii apud David. Sartorium. 1580. in 8.

Opus non minus priore rarum, atque utilissimum. Dicat id Gregorio XIII. Pont. Max. Dedicationi præmittit Hieronym. Osorius Episcopus Silvensis & Algarbiorum, epistolam ad universam christianam Remp. qua dolet, Andradam præmatura morte Religioni, & litteris ereptum, addito brevi elogio. Refert illic quoque, Andradam opus hoc in Belgicam misisse, ut typis Plantinis ederetur, sed, cum navis intercepta a piratis fuisset, vereretur que, ne non liber ab

sectariis inquinatus suo nomine prodiret, Olyssipone excudendum curavit, tametsi prius, quam ad finem esset adductus, obierit. Prima igitur nostra hæc in Germania editio est. Ceterum videtur hoc opus apud Jöcherum in duo perperam dirimi, cum refert Andradam non solum *defensionem Tridentinam*, sed aliud quoque opusculum *de autoritate Conciliorum* edidisse; cum postremum argumentum præsentis operis Libro I. pertractet. Re enim vera Libri hi quinque sunt quædam veluti prolegomena ad defensionem Tridentinæ fidei, ut ipse Author in præfat. his indicat: *Quoniam vero candide lector, multo plus, quam existimaveram, hujus voluminis magnitudo crevit altero esse reliqua omnia argumenta explicanda putavi, quibus Martinus Kemnitius tum decreta Tridentina, tum etiam me petulantissime conscindit* Quod tamen vix prodiisse, suadet epistola Osorii paulo ante memorata. Itaque error videtur ex Libri titulo non lecta præfatione, ortus esse.

ANDREÆ Hispani, modus confitendi compositus per reverendum Episcopum Andream Hispanum Sancte Romane Ecclesie penitentiarium. in 8. folior. 10.

Sine loci, & anni nota, videtur tamen ex rudi Typo Gothico ad Seculum XV. pertinere. Est Breviarium majoris operis, ut prologus indicat his verbis: *ego Magister Andreas Hispanus Ro. Cu. penitentiarius: olim Civitatensis, & Alacensis, nunc vero Magarensis vocatus Episcopus, Ord. S. Benedicti, requisitus per mihi confitentes hanc generalem confessionem, quæ quasi omnia peccata continet, e multis Sanctorum Patrum dictis collegi verbis breviorihus quam potui; quia diffusius a me in majori confessione processum est.*

ANDREÆ Joannis summa super quarto Decretalium: que etsi brevis est verbis, utilitate tamen longa satis: quare aliis summis prolixioribus jure venit ista, & commoditate anteponenda. — Explicit summa super quarto libro Decretalium, diligenter correcta, atque impressa per Hieron. Höltzel civem Nurembergensem. 1507. XV. die Maji. in 4.

Liber rarior. An hic Andreas idem sit cum cognomine, qui Baldo dicitur archidoctor decretorum, & Bononiæ 1348. obiit, non ausim decernere.

ANDRELINI Fausti opuscula Poetica & Oratoria. Basileæ. 1537. in 8. *Editio rara.*

ANGLICANUM Sesquiseculum: oder kurtze, iedoch gründliche Erzehlung, was sich in Engeland von regierung Henrici des VIII. bis auff die jüngst vorgenommene Enthauptung Caroli des I. und alsso binnen anderthalbhundert Jahren vor Veränderung so wohl in der Religion als Policey zugetragen &c. Lipsiæ per Timotheum Ritzschenium. 1649. in 4. M. *Liber satis infrequens.*

ANGLICI Bartholo. ord. Fratrum Minorum Tractatus de proprietatibus rerum. — Impressus per industriosum virum Anthonium Koburger inclite Nuremberge civem. Anno salutis gratie. 1483. III. Kal. Junii. in fol.

Possidet Bibliotheca nostra etiam editionem anni 1485. Argentinensem: item anni 1488. sine loci in-

dicio, denique rursus Argentinam anni 1505. singulas in fol. Tertiæ, & ultimæ D. Clement non meminit. Possideo ipse quoque editionem Argentinam anni 1485. Primam Bauer *rarissimis* accenset: aliæ itidem inter *rariores* locum habent.

ANIMA fidelis; sive sequitur opus novum, maximum, & insigne super epistolas totius Quadragesime, quod dicitur, *Anima fidelis.* — Impressum Lugduni per Joan. de Vingle. Anno Domini 1497. die XIX. mensis Januarii. in 8. *Deest in annalibus Maittairii ad hunc annum, & hoc titulo.*

ANSBERTI (Ambros.) Galli presbyteri, viri facundissimi, in S. Johannis Apostoli, & Evangelistæ Apocalypsim Libb. X. ad Sanctissimum in Christo patrem, ac Dominum D. Stephanum divina gratia Papam, post DC. & viginti a prima ipsorum descriptione annos nunc primum typis excusi. Colon. per Eucharium Cervicornum. 1536. moderantibus orbem christianum Paulo III. Carolo V. Ferdinando I. in fol. *Prima, editio, nec facile obvia.*

ANSELMI B. Archiepiscopi Cantuariensis, ordinis S. Benedicti opuscula varia. in 4. sine loco, & anno.

Typus seculum XV. refert. Opusculorum autem hic ordo est. „ Cur Deus homo lib. I. De incarna„ tione verbi lib. I. De conceptu virginali, & pec„ cato originali lib I. Declaratio cujusdam super eo-

„ dem. Monologion lib. I. Prosologion lib. I. De
„ processione Spiritus Sancti epistola I. De casu dia-
„ boli dialogus I. Pro insipiente lib. I. Contra insi-
„ pientem lib. I. De miseria hominis lib. I. De di-
„ versitate Sacramentorum epist I. De fermento, &
„ azymo epist I. De membris, & actibus Deo attri-
„ butis lib. I. De voluntate Dei lib. I. De concordia
„ præscientiæ, & prædestinationis: nec non gratiæ
„ Dei cum libero arbitrio lib. I. De libero arbitrio
„ dialog. I. De veritate dialog. I. De similitudinibus
„ lib. I. De mensuratione crucis lib. I. Meditationum
„ lib. I. De meditatione redemptionis humanæ lib. I.
„ De passione Domini dialog. I. Speculum evange-
„ lici sermonis, sive stimulus amoris. Homelia evan-
„ gelii secundum Lucam: Intravit Jesus &c. De ex-
„ cellentia Virginis Mariæ lib. I. Epistolar. lib. I. De
„ imagine mundi libb. II. „ *Ex his Lib. I. cap. 21. quod de inferno agit, dignum lectu est. Similem editionem Clement citat ex catalogo universali P. Gesse, eamque* rarissimis *accenset.*

ANTICHRISTUS. Newe Zeytung von dem newgebornen Antichrist, welcher in Jar 1578. zu Babylonia auff den grentzen Labea geboren, geschriben aus der Insel Maltha anno 1579. Erstlich gedruckt zu Cölln bey Felix Röschlin. 1579. in 4. M.

Opusculum 3. plagg. fabulæ proximum, &, ut reor, suppositum, ab ipsa vilitate *valde rarum, & paucis cognitum.* Est epistola data Melitæ 7. Martii 1579. subscripti sunt: *Arbogast von Andelaw: Werhner von Liebenstein: Daniel von Brettaw: Hans von der Wandt: Pronamsto Natre Grossmeister zu Maltha.* Natus est antichristus matre *Sanna*, patre incerto: vultu atri coloris, dentatus, oculis igneis,

majorque ceteris infantibus: sexta die ambulare, & loqui sponte novit, ipso natali die prodigia in cælo visa, creditus Messias, & id modi deliramenta.

ANTIDOTUM contra diversas omnium fere seculorum hæreses. Habes humanissime Lector opus novum, nuper nostro beneficio ex altissimis tenebris in lucem prolat m, & non æstimandis laboribus excusum. In quo sane sic nos gessimus, ut nec sacra legens eloquentiam, nec eloquentia acumen desiderare jure possis. Tuum erit conatibus istis nostris favere, & dare operam, ut, dum subinde aliquid, quo seculum nostrum illustretur, proferimus, nostri nos laboris pœnitere minus debeat. Id fiet, si candide ista, benignoque animo & legas, & judices. Basileæ excudebat Henricus Petrus, mense Augusto. 1528. in fol.

Catalogus Authorum, ex quibus opus coaluit, aversa tituli facie hic texitur. „ *Justini* Philosophi, „ & Mart. admonitorius adversus gentes: D. *Athanasii* Ep. Alexandrini Libb. XI. de Trinitate: ejusd. „ epistola ad Epitectum Episcopum Corinthiorum; „ & altera ad Episcopos Africæ: *Marii* Victorini „ Afri V. C. de Trinitate Libb. IV. Ejusd. præ„ terea aliquot hymni, & eruditissimum carmen, „ multis tamen locis depravatum, de Machabæis: „ D. *Hilarii* Ep. Pictavorum de Patris, & Filii „ unitate, & quorundam locorum Sacræ Scri„ pturæ interpretatio: *Ambrosii* Ep. Mediolani

„ de resurrectione liber ἀκέφαλος: *Theophyli* Ep.
„ Alexandrini Libb. Paschales IV. D. Hieronymo
„ interprete: *Idacii* Clari Hispani adversus Vari-
„ madum Arrianum Liber: *Cyrilli* Ep. Alexan-
„ drini adversus Nestorium Liber: Ejusd. ad Evo-
„ ptium XII. Capitulorum interpretatio adversus
„ Theodoretum: cui accessit & Theodoreti Ep.
„ Cyri reprehensio; præterea duæ epistolæ ad Suc-
„ cessum Isauriæ Episcopum, Dionysio exiguo in-
„ terprete: *Timothei* Episcopi ad Ecclesiam Ca-
„ tholicam Libb. IV. *Vincentii* Lirinensis liber
„ elegantissimus contra profanas novationes: *Pro-*
„ *speri* Aquitanici de libero arbitrio contra Col-
„ luctatorem: *Victoris* Episcopi, fidei ratio, Hu-
„ nerico Regi Wandalorum reddita: *Cerealis* Ep.
„ Carthaginen. adversus Maximinum: *Gelasii* Ep.
„ Romani de duabus naturis in Christo adversus
„ Eutychianistas; *Joannis* Ep. Romani de dua-
„ bus naturis in Christo: *Fausti* Ep. fidei ratio,
„ & aliquot locorum inter se collatio: *Antonini*
„ Ep. Constantiniensis ad Arcadium exulem con-
„ solatoria: *Agnelli* Ep. ad Arminium de ratione
„ Fidei: *Rustici* Diaconi adversus acephalos. „
Opus a plerisque inter rara *numeratur.*

S. ANTONINI Archiepiscopi Florentini Histo-
riale ab orbe condito ad sua tempora. in fol.
Vol. II. Typus Gothicus.

Ita inscriptum Catalogo Biblioth. Collegi Tre chiniensis inveni. Satine recte, an contra, non h beo, quod dicam. Certe aliquos Catalogos, qui n bis missi sunt, ut libros ex iis seligere, & selecti Biblioth. nostræ inferre possimus, minore, quam ve lem, diligentia conscriptos reperi.

S. ANTONINI Summula Confessionis util sima: in qua agitur, quomodo se habere debe confessor erga penitentem in confessionibus a diendis, quam edidit reverendissimus vir, ac Christo pater, dominus Frater Antoninus archie Florentinus, ordinis fratrum predicatorum. — sic est finis hujus operis. Explicit utilissima conf sionis summula a reverendiss. in Christo patre f tre Antonino archiep. Florentino edita. Impressu anno domini 1477. in fol. min. sine loco.

Possidemus duplex exemplum hujus editionis *Maittairio ignotum.*

———— Archiep. Florentini ord. pre cator. Repertorium totius summe. Pars I. Prima pars summe Antonini ord. predicator. quam clarissimi archiep. Florentini, solerti cura emendate finis extat per Magistrum Jol Grüninger in inclita civitate Argentina. Anno tivitatis dominice. 1496. pridie vero Nonas ptembrium. in fol.

———— Pars Secunda. —. Pars hec me secunda domini Anthonini archiantistitis rentini preclarissimi in nobili urbe Argentina

Mag. Johan. Grüninger accuratissime, nitidissimeque elaborata, & denuo revisa anno incarnationis dominice 1496. Kalendarum vero Maji octavo finit feliciter. in fol.

ANTONINI (Marci) Imp. Romani, & Philosophi de se ipso, seu vita sua Libri XII. Græce & Latine nunc primum æditi *Guilielmo Xylandro* Augustano interprete: qui etiam annotationes adjecit. *Marini Neapolitani* de *Procli* vita, & foelicitate Liber, Græce, Latineque nunc primum publicatus, innominato quodam interprete, adjectis itidem Scholiis. E Bibliotheca illustrissimi Principis *Othonis Henrici*. Cum privilegio in triennium. Tiguri apud Andream Gesnerum F. 1558. in 8. M.

Editio omnibus *rarior*, sed minus, quam quæ consequutæ sunt, correcta.

——————— Libro aureo de la vida y cartas de *Marco Aurelio* Emperador, y eloquentissimo orador, nuevamente corregido y emendado. Annadiose de nuevo la tabla de todas las sentencias, y buenos dichos, que en el se contienen. En Amberes en casa de Martin Nucio. 1604. in 12.

Liber apud nos perquam rarus.

S. ANTONNII Patavini, vulgo dicti de Padua, sermones Dominicales, sive de tempore. Impressi, & recogniti sunt hi aurei; Divi Antonii de Padua,

longitudine, ac brevitate vitæ, & de divina-
ne per somnum.

APHRODISII (Alex.) Commentaria in XII.
stotelis Libros de prima Philosophia, interprete
n. Genesio Sepulveda Cordubensi, ad Clementem
. Pont. Max. Venetiis apud Hieron. Scotum.
4. in fol.

——— Quæstiones naturales, & morales,
le Fato, Hieronymo Bagolino Veronensi Patre,
oan. Bapt. filio interpretibus: De anima Liber
Hieron. Donato Patritio Veneto interprete:
anima Liber I. una cum Commentario de
ione, Angelo Caninio Anglariensi interprete.
et. Joan. Gryphius excudebat. 1555. in fol.

——— In Libros Aristotelis Meteorolo-
Commentarii Joan. Bapt. Camotio interpre-
d principes, primariosque populi, senatum-
Maceratensem. Venetiis apud Franc. Camo-
1556. in fol.

nia hæc opera Aphrodisii in Hungaria *valde ra-*
it.

APHTONII progymnasmata commentarii,
inati Authoris; item *Syriani Sopatri Mar-*
Commentarii in *Hermogenis* Rhetorica. Græ-
enetiis in ædibus Aldi. 1509. Mense Majo.

r admodum rarus.

APIANI Petri Mathematici Cosmographicus liber studiose collectus. — Excusum Landshutæ Typis, ac formulis D. Joan. Weyssenburgers: impensis Petri Apiani. Anno Christi Salvatoris omnium 1524. Mense Januario, Phebo saturni domicilium possidente. in 4.

Maittairio ignotus. Ad calcem subdit rogatu fratris sui *Georgii* appendiculam 3. fol. qua ostendit: *quo modo horæ noctu ex Lunari radiatione, & stellarum non errantium motu venandæ sint.* Dicat opus *reverendissimo D. & illustriss. Principi, domino Matheo M. (miseratione) divina Sacrosanctae Rho. ecclesiae Tit. S. Angeli pres. cardinali : archiepiscopo Saltzburgensi Ap. se. Legato &c. Petrus Apianus dictus Benewitz ex Leyssnick, mathematicae disciplinae clientulus &c.*

——— Inscriptiones sacrosanctae vetustatis, non illae quidem Romanae, sed totius fere orbis summo studio, ac maximis impensis terra marique conquisitæ feliciter incipiunt. Magnifico viro Domino *Raymundo Fuggero* invictissimorum Caesaris Caroli quinti, ac Ferdinandi Romanorum regis a Consiliis, bonarum literarum Maecenati incomparabili *Petrus Apianus* Mathematicus Ingolstadiensis, & *Bartholomeus Amantius* Poeta Ded. Ingolstadii in aedibus P. Apiani 1534. in fol.M.

Perquam raris adnumeratur in Bibliot. Gruteriana, Bünemanniana, aliisque compluribus. Bibliotheca nostra mancum exemplar habet. Aversam tituli faciem occupat Caroli V. privilegium laudibus

ani plenum: tum *Amantii* in Arma Fuggeri de-
ichon: abhinc utriusque Authoris ad Fuggerum
icatio, prolixa illa quidem, sed lectu dignissima:
ıuntur Philip. Melanthonis ad Amantium epistola,
'oan. *Agricolæ*, & Joach. *Camerarii* Græca car-
a: rursus epistola Guliel. a *Loubemberg* Equitis Sve-
ad Amantium, cum decasticho Joan. *Rosini*, & Jac.
ilii epigramate: finem faciunt *Pflugii* Equitis Misnen-
ıd Amantium litteræ, & elegi Andreæ *Osiandri*.
ndum profecto est, ut consimiles Romanæ vetustatis
rias, quæ pasim in Hungaria intuentium oculis
ingerunt, quas visum exteri magnis impendiis
:ommeant, nosque pedibus fere calcamus, ali-
in unum volumen collectas exhibeat, non mo-
ut reor, ad historiam Romanam accessione. Qua in
t verum fatear, Transsilvani nos jam dudum post se
ierunt; non, quod desint nobis, qui in hoc ar-
nto nervos suos velint, aut sciant contendere,
ıod maxime volentes, & præprimis idoneos ne-
i ad id sumtus destituunt. Erit forte non multo
ıt etiam volentibus occasio ad id perficiendum
ra sit, cum, quid quid id monimentorum est,
; ipsum in informem massam, quod prius erant,
rio convertet.

ANI (Petr.) Astronomici cæsarei Partes II.
ɔricus, divina gerens, sophiæque peritus
ic sua cognoscent, si bona nosse volent.
ıque vetustatis mirator tempora rebus
istribuet, vere dum canet historias.
sacri præses noctes æquare diebus
scet, & hinc serie festa locare sua.
ue naturæ rimator mira Cometæ
rcipiet, nulli dicta, vel acta prius.

Sed caveant, animis adsint livore perustis,
Hæc etenim labes cernere vera nequit.

Locus & annus editionis de industria, credo optici ludibrii causa, inversis majusculis litteris in fine exhibentur.

Factum & actum Ingolstadi in aedibus nostris. Anno a Christo nato sesquimillesimo (quadragesimo quarto (1544.) mense Maio in Fol. max. cum figg. mobilibus.

Dicat opus Carolo V. & Ferdinando ejus Fratri. Dedicationi præmittitur privilegium Caroli V. Imp. Ratisbonæ die III. Julii anno 1532. datum, quo cautum est, ne quis, non consentiente Apiano, opus hoc intra XXX. annos edere ausit. In ipsum opus præludunt carmine *Christoph. Statmion*, & *Sebast. Linckius*, quorum ille, & *Simon Minervius*, tum *Marcus Tatius* ad calcem operis in Aquilam, quam Carolus Apiano Insigne Nobilitatis tribuit, ex re nata acutum carmen adjecere. *Opus splendidum, & paucissimis memoratum.*

Apollodori Atheniensis Bibliotheces, sive de Deorum origine tam Græce, quam Latine, luculentis pariter, ac doctis annotationibus illustrati, & nunc primum in lucem editi Libb. III. *Benedicto Aegio* Spoletino interprete &c. Additus est *Scipionis Tetti* viri apprime docti de *Apollodoris* ad *Othonem Trucsium* Card. amplissimus commentarius. Romæ in ædibus Antonii Bladii, Pont. Max. Excusoris de campo Floræ. 1555. in 8. *Editio rarissima.*

Apollo-

APOLLONII Rhodii, Argonautica antiquis & optimis cum commentariis. Græce Fran-rti ex officina Petri Brubachii. Anno Domini 5. in 8. *Editio rara.*

POLOGIA catholica adversus libellos, de-tiones, monita, & consultationes factas, as, & editas a fœderatis perturbatoribus pa- regno Franciæ, qui insurrexerunt, ex quo ore dominus frater unicus Regis vita functus per E. D. L. J. C. Proverb. cap. 26. Responde juxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse ur. Paris. apud Jac. Petit-Chou. 1586. in 8.

sa est ex Gallica, quæ anno 1585. fine loci n 8 prodiit. *Liber valde rarus.*

——— Soc. Jesu in Gallia ad Christia-m Galliæ, & Navarræ Regem Henricum ripta a religiosis ejusdem Soc. Jesu in Gal- hoc anno 1599. Burdegalæ excusa. Nunc Latine reddita. Ingolstadii ex Typogr. Sartorii. 1599. in 8. *Non facile obvia.*

ΙΑΝΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ ΡΩΜΑΪΚΑ. Alexandrini Rom. Historiarum, Punica, haginensis: Parthica: Jberica: Syriaca: Mi-a: Annibalica: Celticæ, & Illyricæ fra- quædam. Item de bellis civilibus Libri V. Stephani annotationes in quasdam Appiani & in conciones per totum opus sparsas.

Excudebat Henricus Stephanus. 1592. in fol. græce & latine. *Editio rara.*

—————— Historien Grec, des Guerres des Ramains Livres XI. le tout traduit en Françoys par feu M. Claude de Seyssel premierement Evesque de Marseille, & depuis Archevesque de Thurin. A Paris chés Estienne Grosleau. 1552. in 8. *Liber apud nos minus frequens.*

APPONYI Blasii de Nagy-Appony, Domini in Pereszlin & Korlatkö; in Divini, & regii Prophetæ David Triadem quinquagenariam, seu Psalterium Interpretatio Poetica. Viennæ Austriæ Typis Matthæi Formicæ in aula Coloniensi. 1624. in 4.

Liber in ipsa etiam Hungaria rarus. Carminis genus varium est, nec inelegans.

APULEI L. Madaurensis, philosophi Platonici, quæ quidem extare novimus, monimenta. Basil. excudebat Henricus Petrus. 1533. in 8. *Editio non passim obvia.*

S. AQUINATIS Tho. Angelici Doctoris expositiones textuales dubiorum, atque luculentissime explanationes in Libros de celo, & mundo, de generarione, & corruptione, Metherologorum, ac parvorum naturalium Aristotelis. in fol. sine loco, & anno, typus Monasticus.

Aversa primi folii facies exhibet epistolam Episcopi Parisini, quæ de doctrina D. Thomæ, quod eam ali-

qui minus rectam putarent, splendidum testimonium præbet. Forte ab aliquibus inibo gratiam, si integram exscripsero. Ea hujus tenoris est.

„ Universis presentes litteras inspecturis Stephanus „ permissione Divina Parisiensis Episcopus salutem in „ omnium Salvatore. Magistra rerum experientia cer„ tis indiciis evidenter demonstrat, multa quibusdam „ temporibus ordinata consulte, novis emergentibus „ causis succedentibus temporibus in contrarium de„ bere consultius immutari. Dudum siquidem memo„ riæ felicis quidam prædecessores nostri Parisienses „ Episcopi quosdam articulos, ne forsitan eos male „ intelligentes caderent in errorem, tamquam erroneos „ per excommunicationis sententiam damnaverunt, „ & interdixerunt expresse: quorum tamen nonnulli „ doctrinam eximii doctoris Beati Thomæ de Aquino „ de Ord. fratrum Prædicatorum tangere ab aliquibus „ asseruntur, quam articulorum & sententiarum pro„ mulgationem Ven. Viri, Decanus, & Capitulum „ Ecclesiæ Dominæ nostræ, sicut veritatis Zelatores, „ intimius considerantes, nec non doctrinæ, ac famæ „ beati Thomæ prædicti injustam denigrationem, ve„ ritatis occultationem, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ „ aliqualem dehonorationem, per ven. Virum Ani„ baldum Decanum, Atrebatensem Archidiaconum, „ S. Theol. Doctorem, & D. Petrum de Fagello Pa„ risiensem Canonicum, eorum propter hoc nuncios „ ad nos specialiter destinatos, nos requisiverunt, „ nobisque supplicaverunt, quatenus vocatis omnibus „ Sac. Theolog. Doctoribus, ac cum eisdem communi„ cato consilio, & deliberatione habita diligenti, & „ cum aliis etiam, qui de talibus, & in talibus possunt „ veritatis viam aperiremus, per quam in prædictis arti„ culis, in quantum doctrinam B. Thomæ prædicti, „ & Doctoris egregii tangere possunt, & Sanctæ Ro„ manæ Ecclesiæ, ac sancti prædicti, & Doctoris Ven.

„ honorem, & reverentiam servaremus. Nos igitur
„ attendentes cum eis, quod Sacrosancta Romana Ec-
„ clesia mater omnium fidelium, & magistra fidei,
„ & veritatis, in firmissima Petri, Christi Vicarii,
„ confessione fundata, ad quam, velut universalem
„ regulam Catholicæ veritatis pertinet approbatio do-
„ ctrinarum, declaratio dubiorum, determinatio te-
„ nendorum, & confutatio errorum, præfatum Do-
„ ctorem eximium, & venerabilem, cujus doctrina
„ fulget Ecclesia ut Sole & Luna, nuper Sanctorum
„ Confessorum catalogo adscribendum decrevit, dili-
„ genti discussione, & examinatione habita super vita
„ sancta, & doctrina clara ipsius, ipsumque quoad
„ vitam puram, & doctrinam salubrem orbi terræ
„ dignum, & commendabilem prædicavit. Cupientes
„ igitur gloriosum Deum in sanctis suis apud fide-
„ lium devotionem in terris gloriosius exaltari, ac
„ sacratissimæ matris nostræ prædictæ desiderantes ve-
„ stigia sancta imitari, dictumque Confessorem, &
„ Doctorem gloriosum feliciter in cælis regnantem,
„ apud terrigenas devotius, & celebrius honorari, præ-
„ sertim cum fuerit universalis Ecclesiæ lumen praeful-
„ gidum, gemma radians Clericorum, fons Docto-
„ rum, Universitatis nostræ Parisiensis speculum cla-
„ rissimum, & candelabrum insigne, ac lucens, per
„ quod omnes, qui vias vitæ, & scholas sanæ do-
„ ctrinæ ingrediuntur, lumen vident claritate vitæ,
„ famæ claræ, & scientiæ lucidæ, velut stella splen-
„ dida, & matutina refulgens, per ven. ac dilectos
„ Consiliarios nostros fideles, magistrum Hugonem de
„ Bisontio Cantorem Parisiensem, magistrum Stepha-
„ num de Novavilla, & D. Odonem de Senonis Cano-
„ nicum Parisiensem, inquisitione facta super dictis
„ articulis apud Doctores Theologicæ veritatis, in
„ eorum congregatione generali regentium, & non
„ regentium secularium, & regularium ad hæc spe-
„ cialiter convocata, comperto per Dei gratiam, di-

„ ctum Confessorem beatum, & Doctorem egregium
„ nihil sensisse, docuisse, seu scripsisse, quod sanæ
„ fidei, vel bonis moribus adversetur, de consilio
„ ven. Virorum, Decani, & Capituli Parisiensis, &
„ ven. Patris Domini Guilielmi Dei gratia Viennensis
„ Archiepiscopi, sacræ Theologiæ Professoris, &
„ aliorum XXIII. magistrorum in Theologia, una
„ cum reverendo Patre supra dicto in litteris cum
„ earum sigillis per præfatos Commissarios nobis mis-
„ sos, nec non & XXX. Bachalariorum in Theologia
„ super hæc per litteras eorum proprias, subscriptio-
„ nibus, & sigillis munitas, super consulentium, &
„ rogantium humiliter, & devote & aliorum discreto-
„ rum solenni ac maturo consilio super hoc habito.
„ supra dictam articulorum condemnationem, & ex-
„ communicationis sententiam, quantum tangunt,
„ vel tangere asseruntur sanam doctrinam S. Thomæ
„ prædicti, & Doctoris eximii, ex certa scientia, te-
„ nore præsentium totaliter annullamus. In cujus con-
„ firmationis testimonium sigillum nostrum præsenti-
„ bus est appensum. Datum apud Bertiliacum anno
„ Domini M. CCC. XXV. die Jovis ante sacros ci-
„ neres. „

AQUINATIS Thomæ summa Theologie. Basilee.. Anno 1485. in 4.

———— Commentarii in primum sententiarum. Basil. 1489. in fol. *a Maittairio non memorati.*

———— Commentarii in IV. Libros sententiarum, ad Hanibaldum Episcopum. Basilee excudebat Nicolaus Kezler. 1492. in fol. *Editio rarissima.*

ARETINI (Leonardi) in moralem disciplinam introductio : familiari *Joan.* de *Stobnicza* commentario explanata. Viennæ 1515. in 4.

Commentator dicat opusculum *Adamo de Bochyn* Regis Poloniæ Physico, & Rectori universitatis Cracoviensis. *Hic quoque annalibus Maittairii deest.*

ARETII (Bened. Bernensis,) commentarii in quatuor Evangelistas, facili, & perspicua methodo conscripti. Excud. Joan. le Preux 1587. in fol.

——— Commentarii in sacram Actuum Apostolicorum historiam. Morgiis apud Joan. le Preux. 1584. in fol.

——— In omnes epistolas D. Pauli, & canonicas, itemque in Apocalypsim D. Joannis, ibid. 1589. in fol.

——— Problematum Theologicorum, quibus præcipui veræ religionis loci perspicua methodo tractantur. Partes II. Lausanæ apud Franc. le Preux. 1578. in 8.

Omnia hæc Aretii opera raro exstant in Catholicorum bibliothecis.

De ARGELATE (Petr. Bononiensis,) Chirurgie Libri VI. Adjuncta etiam chirurgia doctissimi *Albucasis* cum cauteriis, & instrumentis suis figuraliter appositis. Venetiis mandato, & expensis

tione, responsioneque alternatis perusi sunt, in se se complectens. In preclara Erffordensi achademia opere pervigili anno LXXXIII. (1483) impressus finit foeliciter. in 4. folior. 31.

Simile exemplar in Bibliot. Bunemanniana exstitit. Interpretes folio 7. ex singulis Tribubus ita censentur. *Hii sunt viri, qui ex cunctis tribubus profecti sunt,*

I. *Josephus. Execias. Zacharias, Johannes. Execias. Heliseus.*

II. *Judas. Simon. Somoclus. Adeus. Mathatias, Eschlemyas.*

III, *Neenas. Josephus, Theodosius. Baseas. Ornyas. Dacis.*

IV. *Jonatas. Anxeus. Helisteus. Ananyas. Chabrias.*

V. *Isacus. Jacobus. Jhesus, Cabatteus. Simon. Levis.*

VI. *Judas. Josephus. Simon. Zacharias. Somoclus. Selemyas.*

VII. *Sabbatenus. Jason. Jhesus. Theodotus. Johannes. Jonathas.*

VIII. *Theodosius. Jason. Jhesus. Theodotus. Johannes. Jonatas.*

IX. *Theophilus. Abrahamus. Jason. Sidemias. Danielus.*

X. *Jeremias. Eleazarus. Sacharias. Baneos. Helizeus. Datheus.*

XI. *Samuel. Josephus. Judas. Joatas. Chabel. Dositheus,*

XII. *Isaclus. Johannes. Theodosius. Arsamezius. Abyetas. Ezecelus. Omnes septuaginta duo. Et hec quidem ad regis epistolam responsa sunt.*

ad *Albertum Pium* Principem Carpensem : tum gemina præfatio græca *Alexandri Agathemeri*, & *Scipionis Carteromachi* ; denique *Porphyrii* Isagoge. In fine: „ In hoc volumine continentur. Porphyrii „ introductio, sive universalia. Lib. I. Aristotelis prædicamenta. Lib. I. Perihermenias, id est, de interpretatione. Lib. I. sive sectiones sex. Priora resolutoria. Libb. II. Posteriora resolutoria. Libb. II. Topica. Libb. VIII. Elenchi. Libb. II. Impressum Venetiis dexteritate Aldi Manucii Romani Cal. Novembris. 1495. &c. *Tomi II. titulus est græcus, exhibeo latinum.* „ Eorum, quæ hoc volumine continentur, nomina, & ordo. Aristotelis historiæ animalium Libb. IX. Ejusd. de partibus animalium Libb. „ IV. De incessu animalium Lib. I. De anima Libb. „ III. De vi sentiendi, & sensibili Lib. I. De memoria, & reminiscentia Lib. I. De somno & vigilia „ Lib. I. De somniis Lib. I. De divinatione per somnum Lib. I. De motu animalium Lib. I. De generatione animalium. Libb. V. De longitudine, & brevitate vitæ Lib. I. De juventute & senectute, respiratione, vita, & morte Libb. III. De spiritu Lib. I. De coloribus Lib. I. Physiognomicorum Lib. I. De admirandis auditionibus : de Xenophanis, zenonis, „ & Gorgiæ dogmatibus Lib. I. De lineis insecabilibus. Lib. I. Theophrasti de piscibus lib. I. Ejusd. „ de vertigine lib. I. Ejusd. de Lassitudinibus lib. I. „ Ej. De odoribus lib. I. Ej. De sudoribus lib. I. „ *sequitur rursus Aldi epistola ad Albertum Pium. In fine :* „ Venetiis in domo Aldi Mense Januario. M. „ III. D. „ (1497.) *Tomi III. titulus est græco-latinus.* „ Eorum, quæ in hoc libro continentur, nomina, & ordo. Theophrasti de historia plantarum „ libb. X. Ejusd. de causis plantarum libb. VI. Aristotelis problematum sectiones duo de quadraginta. „ Alexandri Aphrodisiensis problematum libb. II. Ari-

„ ſtotelis mechanicorum lib. I. Ejusd. metaphyſico-
„ rum libb. XIV. Theophraſti metaphyſicorum lib.
„ I. „ *Abhinc iterum epiſtola Aldi ad Albertum Pium*
In fine: „ Excriptum Venetiis in domo Aldi Manu-
„ cii calendis Junii 1497. „ *Pars prior hujus Tomi*
pertinet ad pag. 226. altera ad finem. Cum collectio
integra vix in Hungaria exſtet, viſum eſt, Partis po-
ſterioris Tomi I. & Tomi IV. titulos hic adſcribere.
Illius ſic habet. „ Eorum, quæ hoc volumine con-
„ tinentur, nomina, & ordo. Ariſtotelis vita ex Laer-
„ tio. Ejusd. vita per Joann Philoponum. Theophra-
„ ſti vita ex Laertio. Galeni de philoſopho hiſtoria.
„ Ariſtotelis de phyſico auditu libb. VIII. De cælo
„ libb. IV. De generatione, & corruptione II. Me-
„ teorologicorum IV. De mundo ad Alexandrum unus.
„ Philonis Judæi de mundo I. Theophraſti de igne I.
„ Ejusd. de ventis I. De ſignis aquarum, & vento-
„ rum incerti auctoris. Theophraſti de lapidibus lib. I.
Hæc quoque pars exhibet epiſtolam Aldi ad Albertum
Pium. In fine: „ Excriptum Venetiis manu ſtannea
„ in domo Aldi Manucii Romani, & græcorum ſtu-
„ dioſi. Menſe Februario. 1497. „ *Tomi IV. hic ti-*
tulus eſt. „ Hæc Ariſtotelis volumina in hoc libro
„ impreſſa continentur. Ethicorum ad Nicomachum
„ libb. X. Politicorum libb. VIII. Oeconomicorum
„ libb. II. Magnorum moralium libb. II. Moralium
„ ad Eudemum libb. VIII. „ *Epiſtola Aldi ad eun-*
dem Albertum Pium. In fine: „ Venetiis 1498. Menſe
„ Junio. Apud Aldum &c. „ *Editio rariſſima.*

Aristotelis Peripateticorum Principis de ce-
lo, & mundo Libri IV. — ſummi Philoſophi Ari-
ſto. ſtragyrite (ſic) peripateticorum principis de
celo, & mundo: cum *Averrois* Cordubenſis ex-
poſitionibus: aureum opus feliciter explicit. Im-
preſſum Venetiis ſtudio, & impenſa egregii viri

Octaviani Scoti ex tenebris in lucem redactum anno domini 1495. die vero XXVIII. Novemb. in fol.

ARISTOTELIS De generatione & corruptione Libri II. — Aristo. ſtragyrite de Gene. & Corru. opus cum *Averrois* Corduben. expoſiti. feliciter finit. arte & expenſis famoſiſſimi Octaviani Scoti anno ſalutifere incarnationis domini. 1495. die vero quinto decembr. in fol.

———— De anima Libri III. De ſenſu & ſenſato : de memoria & reminiſcentia : de ſomno & vigilia : de cauſa longitudinis, & brevitatis vite : cum Averrois Libro de ſubſtantia orbis. Methereorum Libri IV. — Impenſa ac diligentia Octaviani Scoti Venetiis impreſſum anno domini 1496. in fol.

———— Libri X. Ethicorum. Politicorum VIII. Economicorum Liber, & phyſionomia cum prefationibus, & commento Leornardi Aretini. ibid. apud eund. 1496. in fol.

Hæc Ariſtotelis opera Maittairius præteriit.

———— Et Theophraſti Metaphyſica. Græce. Francofurt ; apud hæredes Andr. Wecheli 1585. in 4.

———— Organon. Baſileæ. 1566. in 8.

———— ad Nicomachum filium de moribus, quæ Ethica nominatur, Libri X. Joach.

ARISTOTELIS Ethica Joanne Argyropylo interprete. — Impressum Venetiis per Jacob. Pencium de Leuco. 1503. die VI. Januarii regnante inclyto Principe Leonardo Lauretano Duce Venetiarum. in 8. *Maittairio omissus.*

——— Ethicorum, sive Nicomachiorum Libri X. una cum Eustratii, Aspasii, Michaelis Ephesii, nonnullorumque aliorum Græcorum explanationibus a Joan. Bernardo Feliciano Latinitate donati. in fol. sine anni nota.

——— De natura animalium Libb. IX. De partibus animalium Libb. IV. De generatione animalium Libb. V. Interprete Theodoro Gaza. — Impressum Venetiis per Magistrum Otinum Papiensem de Luna. Anno 1497. decimo kal. Januarias regnante inclito Principe Augustino Barbadico. in fol. *Non recensus a Maittairio.*

——— De natura animalium Libri IX. Ejusd. de partibus animalium Libb. IV. Ejusd. de generatione animalium Libb. V. omnia Theodoro Gaza interprete. Venetiis in domo Aldi, mense Majo, 1503. in fol.

Prodiit eodem titulo apud eundem, & Andream Asulanum Socerum 1513. in fol. quod exemplum itidem possidemus, *neutrum a Maittairio memoratum.*

——— Meteorologia, eleganti Jacobi Fabri Stapulensis paraphrasi explanata, commentario-

que Joan. Coclæi Norici declarata ad foelices in philosophiæ studiis successus calcographiæ jam primum demandata. — Explicit meteorologia Aristotelis, quam Stapulensis paraphrasi extricavit, Coclæus commentario declaravit. Impressa Norimbergæ. In officina Friderici Peypusz. 1512. tertio Idus Novembris.

Argumentum operis in carmen elegum Coclæus in principio redegit, tum præfatur ad Antonium Kress. Laurentianæ Ecclesiæ apud Norimbergenses Præpositum. Adnectit in fine corollarium morale contra opes pro sapientia, quod conclusio saphica ad juventutem finit: dehinc materiarum tabula prolixa sequitur, quam idem decasticho in Aristotelem concludit. Adjunctum est, ex ratione argumenti minime illo pertinens, epicedion in obitum Antonii Cressi a Coclæo scriptum, cum epistola ad Georgium Peham defuncti Cressi in Ecclesia Laurentiana successorem anno 1513. XIV. kal. Januarias data.

——— Acroases Physicæ, interprete Joan. Argyropulo, Augustæ Vindelicorum. 1520. in fol. *Maittairio ignotus.*

ARISTOTELIS, Acroases Physicæ Libb. VIII. Joan. Argyropulo interprete, adjectis *Joan. Eckii* adnotationibus, & commentariis. Ad Illustriss. D. Ernestum Comitem Palatinum Rheni, ac Boiorum Ducem. In Augusta Vindelica, in Sigismundi Grim Medici, & Marci Wirsung officina, mense Junio, anno gratiæ. 1518. Leone X. Pont. Max. & Maximiliano Imp. Augusto, orbi christiano præsidentibus in fol.

Libri

——— Libri de cælo III. Argyropilo: de generatione II. Nypho: Meteororum IV. Boetio interpretibus. Adjectis Eckii commentariis. ibid. apud eosd. anno Virginei partus 1519. quinto Kal. Junii. in fol. R. R. D. Georgio Episcopo Bambergensi D.

ARISTOTELIS, De anima Libb. III. de sensu, & sensato Lib. I. de memoria, & reminiscentia Lib. I. de somno, & vigilia Lib. I. de longitudine, & brevitate vitæ Lib. I. per Argyropilum ex antiqua traductione. Adjectis Eckii commentariis. ibid. 1520. in fol. R. R. D. Christophoro Episcopo Brixiensi D. D. *Hæc quoque tria opera Aristotelis, Maittaire non vidit.*

——— Problematum sectiones duæ de quadraginta: item *Alexandri Aphrodisei* problematum Libb. II. *Theodoro Gaza* interprete. Venetiis in ædibus Aldi. 1504. in fol. *omissus a Maittairio.*

——— Libri VIII. Physicæ auscultationis cum *Simplicii* Commentariis in eosdem. Græce. Venetiis in ædibus Aldi, & Andreæ Asulani Soceri. Mensæ (sic) Octobri 1526. in fol. *Perinde, ut prior, Maittairio non cognitus.*

——— Totius naturalis Philosophiæ paraphrases per *Jac. Fabrum Stapulensem* recognitæ, & ab infinitis, quibus scatebant, mendis repurgatæ; & Scholiis doctiss. Viri *Judoci Clich-*

F

tovei illustratæ. Friburgii Brisgoiæ excudebat Joan. Faber Emmeus Juliacensis. 1540. in fol.

ARISTOTELIS Dialectica Boethio Severino interprete. Lugduni apud Sebast. Gryphium, 1551. in 8.

——————— De mundo libellus *Gulielmo Budæo* interprete. *Philonis* Judæi itidem libellus ab eodem traductus. Quibus adjecti sunt iidem Græci ab eodem integritati suæ restituti, ut cum Latinis conferri possint. Parisiis in ædibus Ascensianis. 1526. in 8. M.

Pleraque Aristotelis, quæ recensui, apud exteros, apud nos vero omnia *raritatis* notam habent.

ARMANDI de Bellovisu, ord. Predicatorum, de declaratione difficilium terminorum tam Teologie, quam Philosophie, ac Logice. — Impensis Michaelis Wensler in urbe Basileorum diligentissime elaboratum. Anno christianissimi partus 1491. Kalendis Aprilibus. in 8.

De *raritate* libri hinc conjecturam capio, quod Maittaire non alibi se hanc editionem legisse fateatur, quam in Bibliot. Cantabrigiensis catalogo MS. quem illi Conyers Middleton legendum præbuit.

ARNOBII Afri, adversus gentes Libri VII. cum recensione viri celeberrimi, & integris omnium commentariis. Lugd. Batav. ex officina Joan. Maire. 1651. in 4. *Editio omnium accuratissima, & rara.*

ARNOBII Af. Vetusti pariter, ac laudatissimi Scriptoris in omneis Psalmos commentarii, juxta pii, atque eruditi. D. Erasmi Roterodami in autorem præfatio ad Adrianum VI. Pont. Max. Apud sanctam Ubiorum Coloniam. 1532. in 8.

Editio non frequentissima apud nos. Eadem præfatio illi præfigitur, quæ editioni Coloniensi anni 1522, quo Adrianus, cujus in Theologicis disciplinis Erasmus auditor erat, Cardinalium consensu Pontifex lectus est. Omnia quidem movet Erasmus in hac præfatione, ut commentarios hos Arnobio vindicet: Ant. Possevinus contra pervetusto autori Afro, & Augustino suppari tribuit, uter rectius, alii decernant.

ARNOLDI Nicolai, Joannes Macovius redivivus. Franeckeræ. 1647. in 4. *Liber rarus.*

ARNOLDUS Abbas Lubecensis. vide *Helmoldus.*

ARRIANI Nicomediensis de Epicteti Philosophi, Præceptoris sui, dissertationibus Libri IV. nunc primum in lucem editi *Jac. Scheggio* Medico Physico Tubingensi interprete. Accessit Epicteti enchiridion *Angelo Politiano* interprete. Græca etiam Latinis adjunximus, ut commodius ab utriusque Linguæ studiosis conferri possint. Basileæ per Joan. Oporinum. 1554. in 4. *Editio rara.*

ARROWSMITH Joan. Tactica sacra, sive de milite spirituali pugnante, vincente, & triumphante, Dissertatio tribus Libris comprehensa, cum orationum appendice. Editio altera, singulari

cura recensita, & a plurimis mendis repurgata. Amstelædami apud Engelbert. Solmans op de cingel, op de hoek van de Toorn-Steeg. 1700. in 4.

Prima editio Cantabrigiæ ex officina Joannis Field anno 1657. itidem in 4. prodiit.

ARTEMIDORI Daldiani, Philosophi excellentissimi de somniorum interpretatione Libri V. a *Jano Cornario* Medico Francofordiensi Latina lingua conscripti. Basileæ apud Hierony. Froben. 1544. in 8.

Editio græca prodiit Venet. apud Aldum 1518. Versio Basil. annis 1539. 1544. cujus nostra est, & Lugduni 1546. Omnes a Widekindo, & Henningio inter *raras* locantur.

ARTHUS Gotardi Dantiscani Historia Chronologica Pannoniæ, res per Hungariam & Transilvaniam jam inde a constitutione Regnorum illorum usque invictiss. Rom. Imp. Rodolphum II. & serenifs. Sigismundum Bathorium Transsilvaniæ Ducem, maxime vero hoc diuturno bello gestas: Icones item, vitasque, & victorias Regum, Ducum, & Procerum, tam Christianorum, quam Turcicorum a Joan. Jac. Boissardo Vesuntino delineatas continens. Francof. 1608. in 4. M.

———— Historia Indiæ orientalis, ex variis Auctoribus collecta, & juxta seriem Topographicam, provinciarum, & insularum, per Africæ, Asiæque litora ad extremos usque Japonios dedu-

cta. &c. Coloniæ apud Wilhelm. Lutzenkirch. 1608. in 8. M. *Utrumque opusculum, præsertim primum, raro apud nos occurrit.*

ARTICULI Juris *Tavernicalis* post tristem amissæ Budæ, omniumque antiquorum Juris Tavernicalis in Hungaria amissorum monumentorum cladem. Bartphæ in fol. sine anno. *Liber etiam in Hungaria perrarus.*

ASTROLOGICA: continentur hoc libello circulus solaris: de judiciis, sive significationibus XII. locorum orbis signiferi: Decreta Planetarum in singulis locis Zodiaci; iisque adjectus est libellus de natura Planetarum; Medicationes accommodatæ ad Astrologicam rationem, *Joach. Camerario* interprete. Græce & Latine. Norimbergæ apud Joan. Petreium. 1532. in 4.

Librum hunc Camerarius inter MSS. Joan. Regiomontani se reperisse affirmat in epistola ad Andr. Perlachium ex Norico data. Græco textui præmittit idem Camerarius epistolam græcam ad Jacobum Milichium: & H. Eobanus Hessus decastichon latinum in laudem Camerarii. *Liber in Hungaria non frequentissimus.*

S. ATHANASII Liber de variis Quæstionibus, nuper e Græco in Latinum traductus, *Johanne Reuchlin* interprete. Adhuc item Annotationes *Capnioniæ.* — Hagenoæ ex offic. Thomæ Anshelmi Badensis. 1519. in 4.

Sub *Capnionis* nomine ipse Reuchlinus latet, ut perspicuum est ex titulo præfationis ad Albertum Mo-

guntinum Archiepiscopum: *Joannes Capnion, Teutonica lingua Reuchlin Phorcensis, Legum Imperialium Doctor, præsentem librum S. Athanasii de variis Quæstionibus e Græco in Latinum nuper a se traductum offert, cum hac, quæ sequitur, præfatione. Editio a Maittairio prætermissa*, &, ut Blaufus testatur, *insignis raritatis.*

S. ATHANASII Episcopi Alexandrini opera studiosius, quam antea fuerint, a situ vindicata. Interpretibus *Christoph. Persona, Ambrosio Monacho, Angelo Politiano, & Joanne Capnione.* Accessit præterea operi Erasmi Roterodami Paraclesis, ipsiusque Athanasii vita. — Argentinæ apud Joan. Knoblauchum. 1522. in fol.

Hæc quoque editio digna est, *ut rarioribus* adnumeretur.

——————— archiepiscopi Alexandriæ opera, quæ reperiuntur, omnia, in Tomos II. distributa. Græco-Latina. Parisiis apud Mich. Sonnium, Morellum, & Cramoisy. 1627. in fol.

Editio infrequens.

ATHENÆI Deipnosophistarum Libri XV. *Isaacus Casaubonus* recensuit, & ex antiquis Membranis supplevit, auxitque. Adjecti sunt ejusdem Casauboni in eundem scriptorem Animadversionum Libri XV. Addita est & *Jacobi Dalechampii* Cadomensis Latina interpretatio. Apud Hieron. Commelinum 1597. in fol.

Prodiit idem opus eodem titulo anno insequente, quod itidem possidemus. Mirum est, utramque hanc editionem a D. Clement præteritam esse.

AVENTINI Joan. Annalium Boicorum Libri VII. Excusum Ingolstadii per Alexandrum, & Samuelem Weissenhornios. 1554. Mense Decembri. in fol.

Thecæ interiori hæc inscripta reperio.

Kratzer Aventinum, Münsterum Wingler habebat,
Ambrosio Caspar Francus utrumque dedit.
Possidet hos igitur pleno cum jure Sebastus,
Suntque ratum solidæ pignus amicitiæ.
Caspar Franck Sac. Cæs. & Regiæ Mttis &c. in Camera Scepusiensi rationum Latinarum Moderator. Calend. Febr. A. 94.

Idem hic prorsus Sebastianus, aut, ut hic se vocat, Sebastus Ambrosius Pastor Ecclesiæ Kesmarciensis erat, de quo supra ad hunc articulum egi. Ceterum aliud quoque exemplum hujus editionis habemus; cujus olim possessor his verbis nomen suum prodit: *Valerianus Edmundus Archidiaconus Nogradiensis, & Metropolitanæ Ecclesiæ strigoniensis Canonicus: in castro Bitschensi* 10. *die Octobris anno* 1629. Utrumque exemplar apud nos inter *minus obvia* censeri potest.

AUGSPURG: Abtrucke der verwarungs Schrifft, der Chur, und Fürsten, auch Graffen, Herrn, stette, und stende der *Augspurgischen* Confession Eynungsverwandten Irer yetzigen hochgenottrangten, und verursachten Kriegsrüstung

halben, an Keyserliche Mayestat ausgangen, und beschehen. 1546. in 4. sine loco, fol. 8.

Scriptum *valde rarum* : idque ob multas causas, quas hic referre non vacat.

S. AUGUSTINI Aurelii Episcopi de Doctrina Christiana Libri IV. in fol. sine anno, & loco.

Typus vetustissimus: nulla paginarum numeratio, nullus custos, litteræ initiales picturatæ, sententiæ uno semper puncto discretæ, littera i constanter cauda notata &c. Exemplar ab iis; quæ hodie edita sunt, variat. Ne longus sim, initium Libri I, & finem IV, hic ex nostro adscribam: illud sic habet; „ Hoc opus „ nostrum quod inscribitur de doctrina Christiana, in „ duo quedam fueram prima distribucione partitus. „ Nam post prohemium quo respondi eis qui hoc „ fuerant reprehensuri. due sunt res inquam quibus „ nititur omnis tractacio scripturarum. modus inveni „ endi que intelligenda sunt. et modus proferendi „ que intellecta sunt. De inveniendo prius de pro „ ferendo postea disseremus. quia ergo de invenien- „ do multa jam diximus. & tria de hac una parte „ volumina absolvimus, adjuvante domino de pro- „ ferendo pauca dicemus. ut si fieri potuerit uno „ libro cuncta clamamus. (*claudamus*) totumque „ hoc opus quatuor voluminibus terminetur. *Finis*: „ Longius evasit liber hic quam volebam. quamque „ putaveram - - - Ego tamen domino nostro ihesu „ christo gratias ago. quod in his quatuor libris, „ non qualis ego essem cui multa desunt. sed qua- „ lis esse debeat qui in doctrina sana. non solum sibi „ sed & aliis eciam laborare studet. quantulacunque „ potui facultatn disserui. Explicit quartus de doctri- „ na Christiana beati Augustini episcopi. „ Conjuncti sunt commentarii in Matthæum, sed in fine mu-

tili, eodem typo. Illud habeo, quod addam, litteras videri magis ad ligneas, quam ex ære fusas, accedere.

S. AUGUSTINI De civitate Dei Libri XXII.
— Aurelii Augustini de civitate Dei Liber XXII. & ultimus feliciter finit. Impressumque est opus hoc a diligenti Magistro Gabriele Petri de Tarvisio. M. CCCC. LXXV. existente Petro Mocenico Duce Venetiarum. Venetiis: in fol. min.

Id in hac editione mirum, quod Typographus in Libri I. fronte suum nomen collocarit hoc modo: LIBER. Gabriel Petri. PRIMUS. Clement hanc editionem minoris facit, quam quæ eodem anno illic per Nicolaum Jenson prodiit: apud nos tamen inter *rarissimas* referri meretur.

——— Opus de civitate Dei feliciter explicit: confectum Venetiis per Bonetum Locatellum, impendio & sumptibus Octaviani Scoti Modoetiensis. 1486. quinto Idus Februarii, in 4.

a Maittairio præteritum; accensetur *rarissimis* editionibus.

——— De Civitate Dei opus absolutissimum. Basil. 1522. in fol. min.

Editio infrequens.

——— Opuscula Ascetica minora. Venetiis cura: & impensis Octaviani Scoti civis Modoetiensis. 1483. in 4.

Liber hic nondum illatus est in Biblioth. nostram : ex quo forte dubium , quod D. Clement Tom. II. pag. 276. obmovet, illustrari posset.

S. AUGUSTINI In Psalmos Quinquagene tres. — Post exactam, diligentemque emendationem, auctore Deo, persectum est insigne , atque preclarum hoc opus explanationis Psalmorum divi, ac magni doctoris Augustini. Opus revèra majori commendatione se dignum exhibens legentibus, quam quibusvis verbis explicari possit, ut ex prefatione, & prologo ipsius evidenter colligi potest. Quanto vero studio, & accuratione castigatum , & ordinatum sit, hi judicent, qui illud aliis similibus sibi sive manu scriptis, sive ere impressis litteris contulerint. Consummatum Basilee per Magistrum Joannem de Amerbach 1497. in fol.

Opus, quod non ubivis in Bibliothecis reperias.

——————— preclarissima sermonum opera : summa nuper diligentia revisa, atque recognita, tum plerisque locis emendata. — Impressum est preclarum hoc opus in officina industrii Henrici Gran : civis imperialis oppidi Hagenaw : sumptibus, & expensis probi viri Joannis Rynman de Oringaw archibibliopole, mense Octobri anno a nato Christo 1521. in fol.

Non recensetur a Maittairio.

——————— Opera omnia per Des. Erasmum Roterodamum summa diligentia a mendis innume-

ris repurgata. Tomi X. Basileæ apud Froben. 1529. in fol. *Collectio non passim obvia.*

AUGUSTINI Cælii Curionis, Historiæ Sarracenicæ Libri III. in quibus Sarracenorum, Turcarum, aliarumque gentium origines, & res per annos DCC. gestæ continentur. Basil. apud Oporinum. 1568. in 8. *Liber rarus.*

——— Olomucensis Moravi Dialogus in defensionem Poetices. — Impressione completum anno solutis 1493. Calen. IX. april. in ora divi Pantaleonis Venetiis. Laus honor & gloria deo christo altitonanti. in 4. M.

Interlocutores sunt: *Laelius*, *Augustinus*, & *Bassareus*. Nuncupat opus *Joanni* Episcopo Vratislaviensi: in fine conatum suum *Andreæ Stiborio* Canonico Olomucensi avunculo suo commendat. Ubi author Patavio, illic studiorum causa morabatur, rediit, Wladislao II. Hungariæ regi ab secretis epistolis, erat. *Ceterum opusculi sane utilis, & elegantis editio Maittairium latuit.*

De AUGUSTIS Quiricii de Terthona libellus intitulatus: *Lumen apothecariorum.* — Impressum Venetiis mandato, & sumptibus heredum nobilis viri domini Octaviani Scoti civis Modoetiensis, per Bonetum Locatellum presbyterum. Anno Virginei partus saluberrimi sexto supra millesimum quinquiesque die mensis centesimum decimo septimo Februari. (1506.) in fol.

Maittairio ignotus. Sine dubio rescribendum est: *quinquiesque centesimum, die decimo septimo mensis Februarii.*

AVICENNE, Translatio Canticorum cum commento *Averrois*, ab Arabico in Latinum a magistro *Armegando Blasii* de Montepesulano. — Finis translationis canticorum Avicenne. Impressa Venetiis per Magistrum Andream Parmensem: nel M. CCCC. LXXXIIII. Adi XXV. Septembris. Regnante lo inclito Principe di Venetia Joanne Mocenigo. in fol. max.

Apparet Typographum non optime Latinam calluisse, alioquin non illi has lacinias Italicas insuisset. Meminit hujus editionis Maittaire ex Bibl. Gesneri, Bauer contra silet: ex quo reor nostram hanc *valde raris* adnumerandam esse.

AVILA Ludovici de: Bancket der Hofe, und Edelleut, des gesundenn Lebens regiment &c. auffm Reichstag zu Augspurg, der Ritterschafft, Adel, Hoffleuten, und jederman zu undertheni-gen, und freundtlichem gefallen gestellet. Gedruckt zu Franckfurt am Meyn, bei Christian Egenolff, 1551. in 4. cum figg.

Opusculum rarum; ab authore primum Hispano & latino sermone conscriptum, ab anonymo Medico deinde in Germanicum utilitatis causa traductum est.

AURAICUS: Exemplum interceptarum litterarum *Auraici* ad *Alenconium*, cum quibusdam commentariis ad easdem: quibus subditorum oculi

ad id, quod res est, verius cognoscendum illustrentur. Nullum scelus adeo occultum, quod non aliquando pro immensa Dei in miseros, & afflictos benignitate reveletur. Excusum anno 1581. in 4. sine loco. M. una cum præfatione fol. 9.

AURAICUS: Apologia contra calumnias, quas Princeps *Auraicus*, ejusque asseclæ in regem Catholicum dixerunt, data a quodam vero Zelatore pacis publicæ ad ordines, ceterosque Prælatos, Nobiles, civitates, & Communitates Belgii. Cicero Philipp. 13. *Quem discordiæ, quem cædes civium, quem bellum civile delectat, eum ex numero hominum ejiciendum, & finibus humanæ societatis censeo exterminandum.* Anno Domini 1581. in 4. folior. 28. M.

Utrumque scriptum perrarum est.

AURELIANI Coelii Siccensis tardarum passionum Libb. V. *Oribasii Sardi* Juliani Cæsaris archiatri Euporist. Libb. III. Medicinæ compend. Lib. I. Curationum Lib. I. Trochiscorum confect. Lib. I. Excudebat Henricus Petrus Basil. 1529. in fol.

Liber *admodum rarus*, & primæ editionis, qui deinde conjunctus cum ejusdem authoris Libb. III. de morbis acutis, & libb. V. de morbis diurnis sæpius prodiit, ut hæc late persequitur Clement Tom. II pag. 293.

AURPACHII, Johannis Altani, Poematum Libri II. In urbe Padua Gratiosus Perchacinus excudebat. 1557. in 8.

Libellus merito inter *rariores* locandus. Primum dedicat Johan. Georgio *ab Leonrot* Equiti Franco: alterum Roberto a Stozingen nobili Suevo. An hic idem sit cum *Joan. Aurbach*, cujus Jöcherus meminit, & cui Anacreontica, tum Libb. 2. singularium allegationum tribuit, ignoro. Si sit, tum hujus opusculi meminisse oblitus est; nec enim puto, illum *Anacreonticorum* nomine, duos hos poematum libros intellexisse, in quibus etsi sint hujus generis quædam, tamen pleraque alio, varioque carmine, eoque eleganti conscripta.

AZONIS, Jurisconsultorum principis aurea summa nuperrime castigata: collatione facta: cum aliis vetustissimis codicibus manu scriptis: una cum summariis, & apostillis. Superadditis quibusdam additionibus nunquam impressis: per clarissimum V. J. Doc. dominum Hieronymum Gigantem Forosempronienfem locis suis insertis. Cum repertorio noviter summa diligentia elaborato. 1533. Ex typis Jacobi Wyt. Calchographi solertissimi. in 4.

Opus raro obvium: prodiit jam antea Spiræ anno 1482. & Venetiis 1499. in fol. ut Bauer ex Henningii Biblioth. refert; nunc autem correctius, & auctario locupletatum.

B.

Von den BABSTENTHUM, das ist, von der höchsten Oberkeyt Christlichs glauben, wyder doctor *Martinum Luther.* — Datum in der löblichen Stat Strafsburg in dem jar nach der geburt Christi unsers Herren. 1520. uff Sant Lucien, und Otilien tag, von Johanne Grieninger gedruckt mit Keyserlicher magestet privilegien, das dis büchlin by pen des originals niemand nach sol trucken in einem jar. in 4.

Editio valde rara; nec memini, a quoquam memoratam esse. Liber enim: *das Papstum mit seinen glidern:* cum figg. quem Bauer ex biblioth. Schwarziana citat, videtur contrarii prorsus argumenti esse. Argumentum materiæ confestim post præfationem in hæc verba subditur: *Doctor Luther gipt sechs Ursachen, das Babstenthüm durch Gottes verhencknifs uns zu einer straffen gegeben sey*: quæ sex capita author singillatim convellit. Qua mente autem ad scribendum accesserit, in præfatione his verbis indicat. „ Darumb mein ernstlicher radt ist, die sachen „ unsers glaubens von Doctor Martinus Luthers handel zu sünderen, das er sein eigene ansprach vertrette, und wir, wo es not were, unseren glauben, under welchen das die höchst und hauptsach ist des glaubens, ob das Babstenthum von Christo sei uffgestifftet, oder nit; will aber durch das Babstenthüm nüt dan di höchste Oberkeit unsers glaubens verstanden haben: fint es sich dan, das solch Babstenthum von Christo ist, sol als dan Doctor Luther billich seine Straffen darumb erwarten sein, das er in eignen Spennen uns, und unseren glauben unriewig understanden hat zu machen, will vor-

„ gonds mit zierlicher protestation mich bezeüget
„ haben, das ich vom römschen Stûl nit weiters re-
„ den will, dan so vill sich die höchste Oberkeit un-
„ sers glaubens durch Sant Peter, und seine nach-
„ fahren zu letst gen Rom nidergelassen haben, und
„ durch Rom nit weiter verston will, dan das ort
„ und end, da des glaubens höchste Oberkeit resi-
„ dieret: und wonet, als es in einem gemeinen
„ Sprichwort ist, wo der Bapt, da sey Rom: wer
„ wolt auch so unsinnig seyn, der da sagen wolt,
„ Rom mechte ein Bapst, als ob wir nit wissen, das
„ der Bapst Rom machte, dan keint Ort, noch Statt
„ heiliget ein Oberkeit, sunder die Oberkeit heili-
„ get die Statt &c. *Quis author operis nostri sit,*
„ *fateor, mihi non constare: si licet tamen suspi-*
„ *cari, forte unus ex Triumviris illius ævi, qui*
„ *Lutherum præcipue impugnarunt, fuerit*, Emse-
„ rus, Eckius, Cochlæus. „

BACCANELII Joan. Medici Regiensis, de consensu Medicorum in curandis morbis Libb. IV. Venet. 1556. in 8.

Editio anni 1553. *rarior* est: nec nostra *facile obvia.*

BACCII Andreæ, de Monocerote, seu unicornu, ejusque admirandis virtutibus & usu Tractatus, Italice conscriptus, & ab Andr. Gabelchover latine redditus Stutgardiæ per Marcum Fürsterum. 1598. in 8.

———— De magna Bestia, a nonnullis Alce, Germanis *Ellend* appellata, ejusque occultis proprietatibus, Epilepsiæ resistentibus &c. eodem interprete. ibid. 1598. in 8.

Prius

Prius opusculum prodiit Florentiæ anno 1573. habeturque inter *rarissima* Utriusque autem versio, apud nos *valde rara est*.

BACONI (Franc.) Baronis de Verulamio, Vice-Comitis S. Albani, summi Angliæ Cancellarii opera omnia, quæ extant: Philosophica, Moralia, Politica, Historica &c. Francof. Typis Mathæi Kempferi. 1665. in fol.

Adnumeratur *raris* a Bauero. *Part. I.*

BADII Jodoci Ascensii stultifere navicule, seu Scaphe fatuarum mulierum: circa sensus quinque exteriores fraude navigantium.

Stultifere naves, sensus, animosque trahentes
Mortis in exitium

Impressit honestus Johannes Pruss civis Argentinensis. Anno salutis 1502. in 4. cum figg. folior. una cum titulo 24.

Author exemplo *Sebast. Brant*, qui naves stultorum, ut postea dicetur, ediderat, simile argumentum de stultis fœminis contexuit, quod ad Brantii naves stultiferas additamentum quoddam esset. Plures in opusculum præfantur: primum *Jac. Wimphelingus* ad Wolfg. Hoccemanum Nemetensem, & Franc. Paulum Argentinum: deinde *Badius* ad Angelbertum de Marnef, ad quem peroratio ita claudit: *Hec sunt, que ad navim stultiferam accedere posse putavi; queque subito calore ex variis collegi, ne forte quis furti accuset, si aliorum fragmenta hic compererit. Nullum enim est dictum, quod non dictum prius. Preterea hec ea intentione conscripsi, ut in vernaculam Gallis linguam verterentur, si tamen sub hac*

quoque forma imprimenda putabis, non damnavero sententiam tuam Angelberte optime: verum optavero, ut ad limam nostram remittantur, ut castigatiora emitti possent: verum, quia tibi deditum hoc quidquid est muneris, utcunque foeceris, subscripsero. Vale. Ex Lugduno anno 1498. *quarto idus Septembris.* Hæc conferri possunt cum iis, quæ Clement Tom. V. pag. 198. de versione Gallica in medium affert. Opusculi hæc œconomia est. Author, quid mulieres fatuæ dolis meretriciis in quinque sensus hominis agere possint, totidem navibus, icone expressis, ostendit, præmisso ubique argumento, tum adjecto celeusmate, seu hortamento, multiplici genere carminis conscripto. Occasio scriptionis sumta est, ex Evang. Matthæi de quinque fatuis virginibus. Orditur autem ab Eva proto-parente, quæ inter alia sic de se:

Prima etenim dubiæ damnosa pericula navis
Stultorum ingredior, stultitiæque parens.

BADII Jod. In hoc codice contenta. Ascensii de epistolis componendis compendium. Sulpicii de epistolis & orationibus elegans opusculum. Index in Augustino Datto annotandorum omnium. Augustini Datti elegantiocule (sic) cum duplici commentario. Regule constructionis: ordinis: venustatis: & diversitatis, suis locis inserte. Regule elegantiarum Francisci Nigri cum explanatione. Magistratuum rhomanorum diligens declaratio. De orthographia Ascensiane regule. De eadem exactum Georgii Valle compendium. Item apex Ascensianus ex Tortellio depromptus. — Badii Ascensii, nec non Sulpitii de componendis epistolis,

ceteraque opuſcula impenſis, & ſumptibus providi viri Johannis Rynman per induſtrium Hieronymum Höltzel Imperiali oppido Nuremberg inibi inçolam accuratiſſime, ac bene reviſa impreſſa finiunt feliciter anno ſalutis. 1504. XVI. Septemb. in 4.

Præfatur Badius ad ſtudioſam juventutem *ex officina literaria in Parrhiſiorum lutecia ad octavum Kal. Martias anno juxta romanorum calculos.* 1502. Collectio *raro admodum obvia.*

BALASFI (Thomæ,) electi Epiſcopi Boſnenſis, Præpoſiti Poſonienſis, de fidelitate ſubditorum erga Principes. Viennæ Auſtriæ, Typis Matthæi Formicæ, in Collegio Roſæ. Anno 1620. in 8.

Dicat opus Ferdinando II. Imp. & Regi Hungariæ. Argumentum ſumtum eſt ex occaſione temporis, quo magna Hungariæ pars Gabrielem Bethlenium Principem Tranſſilvaniæ reſpiciebat. Pleraque Balasfii opuſcula etiam in Hungaria inter *rariora* cenſentur.

——— Apologia pro Clero, & aliis catholicis Hungariæ, ſive refutatio Libelli, cui titulus eſt: *Querela Hungariæ*: qui cauſas belli Hungarorum adverſus Ferdinandum II. electum Rom. Imp. ſemper Auguſtum, Germaniæ, Hungariæ, Boh. Regem &c. Clerum, ac alios Catholicos eſſe confinxit. Viennæ Auſtriæ apud Gregor. Gelbhaar, in contubernio Agni. 1620. in 4.

——— Chriſtiana reſponſio ad libellum Calviniſticum *Alberti Molnár* Hungari, Pæda-

BALDANI (Theophili,) warhafftige und in Göttlicher Schrifft gegründte Ausfürung, das das Concilium zu Triendt hat wider Gott und sein heiliges Wort, falsche unchristliche, und Gottslesterliche Canones, und Satzungen gemacht, welche von Keinen Christen sollen, noch mögen angenommen, noch geglaubt werden. Gedruckt zu Nürnberg durch Dietrich Gerlatz. 1570. in 4.

Impetit canones sextæ, & septimæ sessionis, qui de Sacramentis, & Missæ Sacrificio agunt, tum exagitat juramentum, quod ab Antistitibus Pontifici solet præstari. Sed crambe est recocta, & omnis saporis expers. *Liber raro obvius.*

BALEI (Joan.) Bepstliche geschichte aller Römischen Bepste, auch ihrer fürnembsten geschichten, Hendel, und Thaten, ordentliche verzeichnis aus vielen glaubwirdigen alten und newen Historischreibern mit fleiss zusamen getragen &c. Durch *Zachariam Müntzer* Diener der Kirchen zunc Büdingen verteudscht. 1566. in 8. sine loco.

Opus seorsim primum Gallice prodiit Lugduni 1562. & a Vogtio inter rara locatur: Germanicæ versionis, quæ non minus *rara* est, non meminit.

BALUZII (Stephani,) Miscellaneorum Libri VII. Hoc est, collectio veterum monumentorum, quæ hactenus latuerant in variis codicibus, ac bibliothecis. Parisiis. 1678. — 1715. in 8. maj. voll. VII.

hæc erant in Pliniano codice flagitia, propter quæ non parum multi divinum opus, tamquam senticetum, imo vero quasi pestilens, aut lemuribus infame domicilium, vitabant: ea nos Græcis, & Latinis auctoribus perlectis omnibus, lucubratione viginti mensium revellere, ac publicare curavimus. Dedicationis *datum* est, *octavo Kalendas Septembris* ejusdem anni 1492. ex quo ad Cremonensem editionem, ut mox dicetur, rationem ducemus. Sunt, qui castigationes has etiam Venetiis hoc anno editas putent, quod D. Clement inficiatur; cum nec *Maittaire*, nec *le Giornale de' Letterati*, nec alii Catalogi illius mentionem uspiam ingerant. Ac id quidem videtur ex Dedicatione sic satis probabiliter elici posse. Hæc illic Barbarus ad Alexandrum Papam: *Nicolaus quintus a te septimus, cum ei renunciatum esset, quosdam esse Romæ, qui bonos versus facerent, negavit bonos esse. Cur enim, inquit, ad me non veniunt, qui Poetis etiam malis pateo? moleste tulit homo sapiens, in urbe sua esse, qui litteras scirent, & nescirentur. Quanto mihi justius Tu succenseas &c.* Frustra autem exemplo Nicoli Papæ V. usurus erat, nisi tum, cum liber ederetur, Romæ fuisset, ut in epistola anni sequentis, Idibus Januariis ad eundem Pontificem data, satis aperte indicat: nihil autem causæ est: cur Romæ existens librum Venetiis edi faceret, quando Typographi Romani Venetis si non arte superiores, certe pares erant. Id tamen non vetat, quin eodem anno post Romanam editionem, etiam Veneta prodire potuerit, cum non esset insolitum per id tempus, ut liber ejusdem argumenti in pluribus locis eodem anno vulgaretur, ut ad articulum *Herodianus* dicemus. Ceterum id quoque hic velut ob iter observo: Typographum Eucharium fuisse Germanum, cognomento *Silber*; patria Herbipolitanum, quod ille in Latinum *Argenteus*, suspicule etiam in Græcum ἀργύρεον convertere amabat. An vero etiam, ut vult R. P.

Franc. Xav. *Laire* in specimine Historico Typographiæ Romanæ XV. seculi, Romæ 1778. edito, pag. 117. dictus fuerit *Frank*, hæreo: *quia Frank*, inquit Laire, *nomen ejus Germanicum Latine significat argentum.* Suspicor Laireum, Sequano-Burgundum, itaque ignarum linguæ Germanicæ, id quod patriæ tribuendum fuit, non rite ad cognomen Typographi traduxisse.

BARBARI Hermolai &c. Castigationes Plinianæ Secundæ. — Finiunt Hermolai Bar. Patriarchæ Aquilejensis Plinianæ castigationes. Item Aeditio in Plinium Secunda: Item Emendatio in Melam Pomponium: Item obscuræ cum expositionibus suis voces in Pliniano Codice. Impressit formis Eucharius Argenteus Germanus. Romæ Idibus Feb. 1493. Alexandri Sexti Pont. Max Principatus anno primo. in fol.

Editio perinde, ut prior, rarissima. Secundæ hæ castigationes erant labor sesquimensis, & supplementum ad primas, in quibus, cum remotiora quædam Plinii verba intacta sivisset, amicorum rogatu, & exemplo Sosigenis, Julii Pollucis, ac Dionysii Rhetoris inductus, secundas illis curas adhibuit. Non videntur autem editionem hanc præ manibus habuisse ii, qui queruntur pro *Euchario* irrepsisse *Lucarium.* Exemplum nostrum expertissime habet: *Eucharius.* Utrumque exemplar castigationum uno volumine comprehensum habemus: cujus olim possessores viri sane præstantissimi erant. Primus fuit *Joannes IV.* Episcopus Wratislaviensis, ut hujus secretarii manus in fine addita his verbis notavit: *Hermolai Barbari codicem hunc, quem annos complures in manibus meis nullum habuissem, die XXVI. Octobris anni hujus M.*

D. XVII. quom forte Antonii Besleri Bibliopole stationem preterirem, expositumque viderem, ita, uti ex depictis in marginibus annotatiunculis, eo etiam emi lubentius, quod manum optimi presulis Joannis quarti Epiçopi Wratislaviensis, cujus ab anno seculari ad extremum usque vite diem a secretis fueram, appositam vidi. Emi autem grossis albis 40. presente Joanne Hertil subdiacono. Alterius manus est *Sigismundi Torda*, qui hæc adscripsit in fronte Libri: *sum Sigismundi Thorda Pannonii.* Tertia subjungit: *postea vero Zachariæ Moshoci Episcopi Tininiensis* 1572. *Hinc Doctoris Nicasii Elebodii*, 1574. *Sed postliminio ab obitu ejusdem Doctoris, & Præceptoris sui, dicti Zach. Mosshoci Episcopi Nitriensis.* 1582.

BARBARI Hermolai castigationes in Plinium castigatissimæ, quum vix post Romanas: cæteris tamen adhuc impressis: vel ab opicis quidem non posthabendæ.

Augustini Grandis epigramma de opere.

Sordebat multis erroribus ante: sed illos
Erasit limæ cura laborque gravis:
Præfuit huic opifex cum Correctore disertus:
Romanumque operi contulit alter opus:
Unde fit: ut fuerit nil ante nitentius isto:
Possit et in nitida tersius esse cute:
Vult igitur siquis opus emendatius: apte
Vel mage Romano, quilibet istud emat:

Habetis humanarum artium cultores candidissimi, Plinianæ majestatis veluti purissimum simulacrum, ab Hermolao Barbaro Veneto Patricio,

Patriarcha Aquilejensi, nostrique sæculi viro celeberrimo lucubratum opus: Habetis item æditionem in Plinium secundam: Item emendationem in Melam Pomponium: Item obscuras cum expositionibus suis voces in Pliniano Codice. Cremonæ per Chalcographum Carolum a Darleriis civem Cremonensem, caracteribus æneis impressa. Imperante faustissimo, ac sapientiss. Ludovico Sfortia viceco. Mediolani Duce, anno foelicissimi ejus principatus primo, a natali vero redemptoris nostri Christi 1495. III. Non. Mens. April. in fol.

Rarissima. Eadem huic editioni, quæ Romanæ, ad Alexandrum VI. Pont. Max. Dedicatio præfigitur, quod, ut paulum ante indicavi, in causa est, cur *Joanni de la Caille* errorem obrepsisse certum sit, qui Cremonensem editionem anno 1485. affigit, cum tamen Alexandrum VI. non ante III. Idus Augusti electum fuisse constet.

BARBARI (Herm.) Corollarii Libri V. non ante impressi. in fol. sine loco, & anno.

Sunt autem Libri hi appendix & auctarium ad Dioscoridem e Græco translatum, ut Joan. Bapt. *Egnatius* in præfatione ad primum Corollarii librum monet. *Opus perrarum.*

BARBERINI (Maphæi,) S. R. E. Cardinalis, nunc Urbani PP. VIII. Poemata. Romæ in ædibus Collegii Romani Soc. Jesu. 1631. in 4. *Splendidissima editio, & valde rara.*

BARLAEI (Casparis,) Antverpiani Poemata. Partes II. Amstelod. Apud Joan. Blaeu. 1655. in 12.

———— Oratio panegyrica, de victa Hispanorum Regis classe, fœderatorum ordinum auspiciis, archithalasso celsissimo Arausiorum Principe Frederico Henrico; Martino Trompio maris vicepræfecto. Amstel. apud Joan. & Cornel. Blaeu. 1640. in 4.

Editionis annus per errorem 1540. est expressus. *Utrumque opus apud nos minus obvium.*

BAR-LE-DUC (J. Errard) La Fortification reduicte en art & demonstree. Edition seconde augmentee. A Francfort sur le Mein, de l'impression de Paul Jacobi aux frais de Jean Theodore de Bry, Bourgeois, & Marchand libraire à Oppenheim, l'an 1617. in fol. *Liber infrequens.*

BARLETII Marini Scodrensis, de vita, moribus, ac rebus præcipue adversus Turcas gestis *Georgii Castrioti*, clarissimi Epirotarum Principis, qui propter celeberrima facinora *Scanderbegus*, hoc est, *Alexander Magnus* cognominatus fuit, Libri XIII. Argentorati apud Cratonem Mylium, Mense Octobri, anno 1537. in fol. M.

Liber perrarus, ut Bauer ex Widekindo, & Freytagio notat.

BAROCCII (Alfonsi) in Hippocratis aphorismorum sectionem dilucidissimæ Lectiones. Ferrariæ

apud Benedictum Mamarellum. 1593. in 4. *Liber in Hungaria non facile obvius.*

Baronii Cæsaris Sorani ex Congreg. Oratorii S. R. E. Presbyt. Card. tit. SS. Nerei, & Achillei, martyrologium Romanum, ad novam Kalendarii rationem, & Ecclesiasticæ Historiæ veritatem restitutum, Gregorii XIII. Pont. Max. jussu editum, & notationibus illustratum. Novissimæ, & correctissimæ huic editioni seorsim accedit *vetus Romanum martyrologium*, hactenus a Card. Baronio desideratum, una cum *martyrologio Adonis* ad MSS. exemplaria recensito, opera & studio *Heriberti Rosweydi* e Soc. Jesu. Antverp. ex offic. Plantiniana, apud viduam, & filios Joannis Moreti. 1613. in. fol. M.

Opus non modo *rarum*, sed prioribus editionibus tam Antverpianis, quam Venetis, & Romanæ anni 1586. ob auctaria, etiam anteponendum.

Barovii (Joan.) Syntagma Institutionum juris Imperialis, & Hungarici. Claudiopoli. 1593. in 8. *Libellus repertu difficillimus.*

Barradas (Sebast.) Olyssiponensis e Soc. Jesu, Itinerarium filiorum Israel ex Ægypto in terram repromissionis. Opus varium, jucundum, & utile, prodit nunc primum. Lugduni 1620. in fol.

Prima, ut titulus exhibet, editio, nec valde *communis*.

De la BARRE Laurent. Historia Christiana veterum PP. in qua omnium fere eorum, qui a tempore Apostolorum viguerunt, & pro Christi Ecclesia militarunt, acta, tempora, ac rerum Ecclesiasticarum status, tamquam in speculo vere christiano ad veritatis antiquitatem demonstrantur. Parisiis apud Mich. Sonnium 1583. in fol. maj.

Liber, ut infrequens, ita quoque utilis. Insunt operi huic universe Authores XX. hoc ordine. *Prochori*, Christi discipuli, & Apostoli Joannis ammanuensis, peregrinationum quoque & laborum ejusdem comitis, Historia de miraculis, vita, & assumptione B. Joan. Apost. *Abdiæ* Babyloniæ primi Episcopi, qui Christum in carne vidit, luculenta certaminis Apostolici historia. Vita *S. Mathiæ* Apostoli ex Hebræo incerti authoris. Historia *D. Marci* Evangelistæ ex vetustissimo codice descripta. Synopsis vitæ *S. Clementis* Romani Episcopi incerto authore. Historia *B. Cypriani* Mart. & Episcopi Carthaginensis vetustissimo de codice transcripta. Vita, res, acta *S. Apollinaris* Martyr. *Lini* Romanor. Pontif. de passione Petri & Pauli ad Ecclesias orientales Liber. *Palladii* D. Evagrii discipuli, & æqualis B. Hieronymi Lausiaca quæ dicitur historia. *B. Theodoreti* θεοφιλής. id est; SS. Patrum religiosa historia. *Theodori* Studitæ, de vita, operibus, & dormitione B. Platonis oratio. *Egesippi* Scriptoris antiquissimi de excidio Hierosolymitano Lib. V. *Pauli Orosii* presbyteri Hispani Horomesta, seu adversus Paganos Libri VII. *Gregorii* Turonensis historiæ Francorum Libri X. Ejusd. Libb. II. de gloria Martyrum, & Confessorum. *Bedæ* gentis Anglorum Ecclesiastica Historia. *Sigiberti* Gemblacensis Chronographia ab anno Domini CCC. LXXXI. ad annum MCXI. *Robertus* de Monte

Hagenaw apud Thomam Anshelmum mense Novembri. 1516. in 4.

Scriptum perrarum. Janotzki apud Bauerum ejusdem anni editionem indicat, Cracoviæ vulgatam, & *perraris* accenset.

Βασιλικῶν Librorum LX. id est: universi juris Romani, auctoritate Principum Rom. græcam in linguam traducti Ecloga, sive synopsis, hactenus desiderata, nunc edita, per Joan. Leunclavium, ex *Joannis Sambuci* V. C. Bibliotheca. Item Novellarum antehac non publicatarum liber. Basil. per Eusebium Episcopium, & Nicolai Fr. hæredes. 1575. græc. lat. in fol.

Opus a *raritate* commendant Bauer, Clement, alii Sambucus MS. Tarenti reperit: versio Leunclavii non omnibus probata erat; itaque serius postea Carolus Labbé *observationes, atque emendationes* Parisiis an. 1607. vulgavit. Græcæ Synopseos authorem fuisse ferunt *Romanum Juniorem Lacapenum.*

S. BASILII Magni, Episcopi Cæsareæ Cappadociæ, opus argutum, ac pium, de spiritu sancto ad Amphilochium, Des. Erasmo Roterodamo interprete. Nunc primum & versum, & excusum. Basil. apud Hieron. Frobenium, & Nic. Episcopium. 1532. in 4.

——— Opera Græca, quæ ad nos extant, omnia. — Basileæ apud Hieron. Frobenium, & Nic. Episcopium. 1551. in fol.

S. Basilii M. En amice Lector, Thesaurum damus inæstimabilem, D. Basilium vere magnum, sua lingva disertissime loquentem, quem hactenus habuisti Latine balbutientem. Unum hunc nobis dedit Græcia numeris omnibus absolutum, sive pietatem animi spectes, sive sacræ pariter, ac prophanæ Philosophiæ peritiam, sive divinitus afflatam eloquentiam. Mihi crede, reddet te tibi meliorem, quisquis hunc familiarem habere voles. Basil. ex offic. Frobeniana anno 1532. Mense Martio. in fol. Continet in Hexa emeron Homilias XI. in Psalmos XV. varii autem argumenti XXIX. De spiritu sancto Lib. I. Ejusdem & Gregorii Thaumaturgi Epistolas.

Utraque editio *rara*: posterior tamen in Catalogo Biblioth. Sarrazianæ dicitur, liber in græco idiomate *rarissimus*: certe ex græcanicis omnium prima est.

——— Opera omnia, quæ reperiri potuerunt. Nunc primum Græce & Latine conjunctim edita, in II. Tomos distributa, & doctissimorum virorum industria cum MSS. Codicibus, præcipue Bibliothecæ Christianissimi regis collata: cum in Græco textu, tum in Latina versione correcta, & illustrata; ac CCXIV. epistolis aucta. Accessit appendix, quæ seorsim Conciones a Symeone Magistro excerptas, & Notas continet, quibus varia ejusdem auctoris loca emendantur. Parisiis apud Claud. Morellum. 1618. in fol. Vol. III.

Editio græco-latina operum jam prius ex parte vulgata fuit. Exstat apud nos exemplar etsi titulo, & ultimo

timo

timo folio mutilum, tamen ex typi rationibus indubie seculi XVI. quod interpretes hos exhibet: Libros adversus Eunomium *Georg. Trapezuntius*: de spiritu sancto *Des. Erasm. Roterodamus*: ascetica, ethica opuscula, & epistolas *Godefrid. Tilmannus* Carthusiæ Parisiensis Monachus converterunt.

BAUERII (Joan. de Imola;) consiliorum de re medica, sive morborum curationibus liber tum elegans, tum humanæ saluti perquam utilis, emendatus per. M. *Gvaltherum H. Ryff.* Argentinæ in offic. Balthassari Pistoris. 1542. in 4.

Liber non facile in nostris terris *obvius*.

BAYERI Joan. Rhainani Uranometria omnium Asterismorum continens schemata, nova methodo delineata, aereis laminis expressa. Augustæ Vindel. excudebat Christoph. Mangus. 1603. in fol.

Nitidissima editio, & apud nos *admodum rara*: quo loco exteris sit, ignoro, cum illam in hunc censum referri nuspiam legerim.

BECHET (A.) Historie du Ministere du Cardinal *Martinusius*, archevêque de Strigonie, Primat, & Régent du Royaume de Hongrie. Avec l'origine des Guerres de ce Royaume & de celles de la Transilvanie. Dediée A. S. A. S. Monseigneur le Prince Ragotski (Rakocy). A Paris 1715. in 8. M.

Liber apud nos oppido *infrequens*. Ceterum operis titulus plus refert, quam ipse liber contineat, cui multa insunt veritati non consentientia; ut certum habeo ex pluribus Martinusii epistolis, quas ex auto-

grapho exſcripſi, & quibus alibi locus opportunus erit.

BEBELII (Henr. Juſtingenſis,) Poetæ Laureati, poeticam, & oratoriam publice profitentis in ſtudio Tubingenſi, Commentaria epiſtolarum conficiendarum. Contra epiſtolandi modos Pontii & aliorum. Contra epiſtolas Caroli. Commentaria de abuſione linguæ Latinæ apud Germanos, & de proprietate ejusdem. Vocabularius optimarum dictionum. Hæc omnia denuo emendata ſunt. Annotationes, & lima in Mammetractum cum novis additionibus: annotationes novæ pro lingva Latina. De Magiſtratibus Romanorum cum expoſitione terminorum. Nomina Latina artificum. Nomina morborum corporis humani Latine & græce. Nomina propria Sanctorum, & eorum interpretatio. Expoſitio quarundam quæſtionum. Qui ſint pagi Svevorum, & de aſpiratione Necchari fluminis. Apologia Bebelii pro commentariis. Retractio ejusdem in quibusdam locis. Inſtructio bene ſcribendi pro fratre Guolfgango Bebelio. Appendix commentariorum. Multa invenies hic addita, vel dempta priori impreſſioni; multa caſtigata, & correcta, ita, ut priori non tuto credere poſſis in omnibus. — Phorcæ in ædibus Thomæ Anshelmi anno 1508. Menſe Januario. in 4.

———— Idem opus, & eodem titulo; niſi quod hæc addita ſunt: *De nominibus officiorum*

apud Principes nostros: Differentia inter Cæsarem & Augustum: De accentu hebraicarum dictionum. Hæc omnia sunt novissime per auctorem recognita, emendata, & in multis locis, multisque verbis aucta, solique Schurerio commissa. Anno domini 1513. *die* 4. *Mensis Maji.* in 4.

Neutra a *Maittairio* memorata est. In prioris fine addit Bebelius decastichon contra Ant. Raudensem monachum Lactantiomastiga, cui subtus responsum, nescio quis, manu sua subscripsit, sed carmine duriusculo, invitoque Apolline. Alteram Clement *perraris* accenset, & eam, quæ an. 1508. prodiit, ordine quartam locat.

BECHOFFEN (Johan.) ord. Fratrum heremitarum S. Augustini, quadruplex Missalis expositio: litteralis scilicet; allegorica; Tropologica; & Anagogica: sic ordinata, ut etiam populo expediat predicari publice quo ad litteralem sensum, allegoricum, & etiam tropologicum usque ad oblationem: reliqua vero ad contemplationem tantum pertinent, prout in fine patet: annexis quarumdam questionum brevium responsis per totum officium ordinatis. — Impressum Basilee per Mich. Furter anno salutifere incarnationis 1500. duodeno, in fine Augusti, in 4.

Maittairio, ceterisque, quos consului, bibliographis præteritus, cum tamen pluribus titulis inter *raros* locum habere mereatur. Gesnerus vetustiorem editionem, hoc est anni 1509. censet.

Calvinistarum blasphemias, ac imposturas. Parisiis apud Nic. Chesnau via Jacobæa sub scuto Frobeniano, & quercu viridi. 1564. in 8.

Opus *rarum*, & ad materiam, quæ in Gallia per id tempus infestis utrinque animis tractabatur, illustrandam necessarium.

BEHAMB. (Joan. Ferdinandi,) J. C. inclytorumque statuum in superiori Austria Institutionum juris Imperialium Professoris publici, Tractatus Aulicus de Titulis pomposis Imperantium extraordinariis. Lincii Typis Joh. Jacobi Mayr. 1677. in 4. M.

Constat opusculum Disquisitionibus VI. quæ Authoris, erat is Hungarus Posoniensis, multiplicem Lectionem, & in politicis acre, castigatumque judicium produnt. Fortassis paucæ in Hungaria Bibliothecæ sint, quæ libellum hunc possideant. Czvittingero, & authori *memoriæ Hungarorum, & provincialium &c.* ignotus fuit.

BEKANTNUSS der vier frey und Reichstätt, Strassburg, Costantz, Memmingen, und Lindau, in deren sie keys. Maiestat uff dem Reichstag zu Augspurg im XXX. Jar gehalten, ihres glaubens und fürhabens der Religion halb rechenschafft gethan haben. Getruckt zu Strassburg durch Johan Schweintzer uff den XXII. Augusti. 1531. in 4.

Cum hujus editionis D. Clement, qui hunc articulum Tom. II. a pag. 217. ad 245. prolixe tractat, non meminerit, puto illam *rarissimis* posse accenseri.

ſtum natum 1559. vera deſcriptio, II. Libris comprehenſa, denuo nunc, & de integro recognita, auctaque. Argentorati per Bernhard. Jobinum 1574. in 8. M.

Hæc ſecunda, ut titulus præfert, editio eſt, nam prima Baſileæ prodiit 1570. illam tamen huic præponit D. Bunemann, cum quod melior, tum quod rarior ſit. Pag. 199. additur, quod primæ deeſt, *Monumentum nobiliſſimæ familiæ Rantzoviorum in Cimbrica Cherſoneſo &c.* Author opuſculi creditur eidem D. Bunemanno fuiſſe *Chriſtianus Cilicius* Cimber, cujus epiſtola ad Henricum Ranzovium inclyti Regis Daniæ in Ducalibus Holſat-Sleſvic: Dithmarſiæ Vicarium præfigitur, data *Itzhovæ Calendis Auguſti* 1569. Niſi forte ipſe Ranzovius ſub hoc nomine lateat.

BELLI Petrini Albenſis, Jureconſulti, & Sereniſſimi Emanuelis Philiberti Sabaudiæ Ducis conciliarii, (ſic) de re militari & bello tractatus diviſus in Partes XI. In quo præter ea, quæ de re militari tractantur, obiter multa, quæ ad civilem adminiſtrationem attinent, attinguntur, omnibus judicibus apprime neceſſarius. Venet. excudebat Franciſcus de Portonariis. 1563. in 4. *Liber parum apud nos notus.*

BEMBI Petri Patritii Veneti epiſtolarum Leonis X. Pont. Max. nomine ſcriptarum Libri XVI. ad Paulum III. Pont. Max. Romam miſſi. Cum indiculo, quo, quibus ſcribat, commonſtratur. — Baſil. per Hieronym. Frobenium, & Nicolaum Epiſcopium. 1547. menſe Auguſto. in 8.

plectens. Pro defensione S. Rom. Imperii. Autonomiam & Eunomiam, conscientiarumque libertatem non tam concedentis, quam statuentis: & pro his, qui ex omni hominum genere odiis iniquis, & violentæ vexationi S. Fidei caussa sunt obnoxii. In gratiam illorum, qui boni communis, bonarumque artium, & partium studiosi sunt, confectus &c. Servestæ Typis Joan. Schlerii, sumptibus Jac. Zanachii, 1602. Partes II. in 4.

Joan. Christoph. Beckmannus sub nomine *Benbellonæ* verum authorem Bartholom. Chæricum (Gerike) latere putat. Ipsius autem operis titulus, & argumentum clarius est, quam ut explicatione egeat. Ceterum librum *rarissimum* esse testantur catalogi biblioth. Bodleianæ, Rinckianæ, Gerhardi von Mastricht, & aliorum. Recusus est Francof. 1612. in 8.

BENEDICTI Alexandri physici Anatomice, sive historia corporis humani. Excusum anno a mundi redemptione. 1527. in 12. sine loco.

Dicat Maximiliano I. Imp. *Datum Venetiis* 1497. *Calend. Aug.* ex quo facilis conjectura est, Anatomicen jam prius fuisse editam. Gesnerus V. Libros illius excusos Basil. apud Henricum Petrum memorat, annum tamen non addit, ut, utra editio vetustior sit, non pronum sit statuere. Idem sine dubio author, qui Diaria de bello Carolino in Italia gesto per Carolum VIII. contra Venetos conscripsit.

BENETI I. Cypriani divi Dominici Ordinis Professoris, ac Doctoris Parisiensis, spiritualis sapientiæ Breviloquium, sive Dialogus. — Impress.

sum Rome apud Sanctum Thomam per Magistrum Stephanum Guillereti de Lotharingia. Die XXVI. Junii. 1510. in 4. M.

Hujus *Maittaire* non meminit: est opusculum folior. 34. Dialogi numero 3. quorum primus *de vana, ac fallaci gloria mundi:* alter, *de mundi contemptu, & mortis aggressione:* postremus, *de corporis, & conditionis humanæ utilitate*, agunt. Inscribit opus Julio II. Pont. Max. In tertio dialogo multa ex Dante, & Petracha miscet Italica, & ex argumenti occasione mortem Galeoti Cardinalis, qui in primo dialogo personam interloquutoris sustinuit, in hæc verba notat: *in ædibus sacri palatii urbis tertio idus Septemb. misit spiritum Deo, qui sibi tribuit illum, & obdormivit in Christo floridæ ætatis suæ anno XXVII. pontificatus patrui sui sanctissimi in Christo Patris, Julii Pape II. anno V. & grandi cum exequiarum celebritate in eccle. Principis Apostolorum in crastinum est sepultus anno* 1508. *& in capella Fe. re. Xisti Pape quarti avunculi ejusdem sepultus.* Hæc in modum diverticuli, quæ aliqnibus forte usui esse possint.

Relationi del Cardinale BENTIVOGLIO, publicate da *Erycio Puteano* in Anversa. Ristampate in Colonia. 1630. con licenza de' superiori in 4.

Frontispicium suprema parte exhibet ichnographiam urbis Antverpianæ, cui Leo Belgicus incumbit: ex utroque latere signa visuntur Ecclesiastica, & bellica. Dedicatio latina est Eryci Puteani ad Principem Isabellam Claram Eugeniam Infantem Hispaniarum. *Lovanii in arce XVII. Kal. Julii.* 1629. Opus tributum est in 2. Vol. utrumque duas Partes complectitur. I. voluminis pars I. *Relatione delle provincie unite di Fiandra:* pars II. *Relatione di quelle provincie, che restano sotto l' ubidienza de' Serenis-*

ſimi Arciduchi Alberto, e Donna Iſabella Infanta di Spagna ſua moglie. II. vol. pars I. *Relatione del trattato della tregua di Fiandra, che ſi concluſe in Anverſa alli IX. d' Aprile M. DC. IX. fatta dal Cardinal Bentivoglio in tempo della ſua Nuntiatura.* pars II. *Relatione della fuga di Francia d' Henrico di Borbone Prencipe di condè, primo Prencipe del ſangue reale di Francia, e di quello che ne ſegvi finò al ſuo ritorno a Parigi.*

Widekind citat editionem Antverpianam anni 1629. in fol. Noſtra igitur ſecunda eſt, quæ D. Clement latuit. Quod ad locum editionis attinet, vereor, ut is fuerit Colonia Agripinæ. Certe typus, & charta manifeſto indicio ſunt, noſtrum exemplum alibi prodiiſſe. An autem Genevæ, ſeu Coloniæ Allobrogum, ut Clement de editione anni 1633. ſuſpicatur, lucem viderit, non habeo, quod pro comperto dicam.

BEREGSZASZII Petri, Eccleſiæ Varadienſis Miniſtri Apologia, pro Eccleſiis reformatis, Actis impiis *Synodi Sabarienſis* oppoſita: cum præfatione ad Illuſtriſſimos Tranſſilvaniæ Præſides. Seriem libri, & quorundam additorum verſa pagina indicat. Pſ. 62. v. 4. *Quousque machinabimini perverſa contra unumquemque? univerſi vos contereminí, eritisque tamquam paries inclinatus, & maceria impulſa.* Varadini excudebat Rodolphus Hoffhalterus. 1585. in 8.

Liber non multis in Hungaria *cognitus*, alioquin eum Compilator Scriptorum Hungarorum, & Provincialium operi ſuo inſeruiſſet. Author dicat partum ſuum *Illuſtribus*, & *Magnificis Dominis*, *D. Alexandro Kendi*, *D. Wolfgango Covacciocio* (Ko-

vatsoczyo), *& D. Ladislao Szomborio, inclyti Regni Transsilvaniae, sive veteris Daciae, Praesidibus optimis, & laudatissimis, dominis, & patronis Ecclesiarum ex Dei verbo reformatarum benignissimis.* In hac dedicatione causam conscripti ab se operis in haec verba depromit: *Postea enim, quam clarissima veritatis lux, abactis Pontificii regni tenebris densissimis, piorum mentes illustravit, coorta mox sunt inter ipsorum reformatorum assectatores pestilentissima, & maxime exitialia partium studia, quae cum a plurimis exasperarentur potius fodicando, quam comprimerentur mitigando, in apertas dimicationes, in perniciosa odia, in optimorum virorum proscriptiones, & exilia, denique in bella calamitosissima, quibus integrae provinciae funestarentur, eruperunt: Rapuit minime segnis hanc occasionem devotus ille Dei, & hominum hostis spiritus, & mox, tametsi paulo ante desperabundus, & de fuga cogitans, redintegrare aciem perturbatam exercitus sui, Duce Antichristo Romano adversus Christum, ejusque Ecclesiam coepit. Conscripsit itaque novas etiam nonnullas Monachorum Legiones, Jesuitarum videlicet numerosa agmina, qui quidem Monachi Jesuitae, sic a Jesu per summam blasphemiam ipsi a se ipsis appellati, cum Iscariotae potius fuissent dicendi, homines hypocritae introrsum turpes, speciosi pelle decora, imperato actutum reliquis Monachis, veluti seriphiis quibusdam ranis silentio, disputando, atque scribendo, & viriliter satis in causa Papali tutanda se se gerendo, multorum animis imperitorum hanc spem ingenerare nostro tempore sunt visi, fore, ut aliquando Papatus intermortuus, maximo totius mundi applausu reviviscat &c.* Id ne fieret, conscribendo huic operi Author manum admovit. Non est autem, quod ad hoc Elogium Jesuitis tributum, addam; errores tamen, quos paucis his lineis com-

prehendit, dissimulare non possum, quippe qui Jesuitas, eorumque res sic satis cognitas, & perspectas habuerim. Male illos vocat *Monachos*, qui clerici regulares dicendi erant: rursus male, quod scribat, *se ipsos a Jesu* appellasse, quod nomen illis Summi Pontifices suapte tribuerunt: male denique, quod *Jesuitarum numerosa agmina* memorat, qui eo tempore, quo Author scribebat, in Hungaria & Transsilvania non æquabant numerum 30. & anno 1562. ultra 8. ex Hungaris, & Transsilvanis, qui hoc institutum profitebantur, non fuerint, ut liquet ex Jesuitarum Catalogo Viennæ eodem anno 1562. edito. Mirum est, viro tam platistomo ab hoc hominum pugillo ita magnum metum fuisse incussum, ut vereretur, ne non, ut ille ait, Papatus eorum opera reviviscceret. Sed hæc ad dedicationem, non item ad Libri argumentum attinent. Id illi Synodus Sabariæ anno 1579. die 2. Augusti celebrata suggessit, quam Georgius Drascovitius Archiepiscopus Colocensis, & Jaurinensis Episcopatus Administrator Clero suo indixerat, eum in finem, ut Concilium Tridentinum, cui nomine Regis Hungariæ Legatus interfuit, in Dioecesi Jaurienensi reciperetur. Orationem ad Synodum habuit P. *Marcus Horvath* Soc. Jesu; in qua, quam late sectarii illius temporis grassarentur, prolixe explicat, & Episcopi jussu hortatur singulos in Synodo collectos, ut istorum conatibus viriliter contrairent. Hinc illud a Beregszaszio adornatum elogium. Ceterum, forte pauci Patres Societatis norunt, se domicilium *Sabariæ* olim habuisse, quemadmodum *Babolchæ*, *Canischæ*, cum sub Turcorum jugo hæc ditio gemuit, item *Szenderoviæ*, alibique habuerunt. Certe in eorum Ordinis historia nihil istorum memoratur.

BERGENSIS (Gerardi,) de præservatione, & curatione morbi articularis, & calculi libel-

lus. Antuerp. ex offic. Christoph. Plantini. 1564. in 8.

Opusculum merito *raris* accensendum, plerisque neglectum doleo. Jöcherus ne nominis quidem authoris meminit: Gesnerus nobis memoriam illius conservavit.

BERGER (Eliæ.) D. O. M. A. Symbolum sacrum, & augustum decem Reginarum Hungariæ, Politice, & Historice expositum. Serenissimæ, potentiss. & Catholicæ Principis, ac D. D. Mariæ, Imperatricis Rom. Reginæ Hungariæ, & Boh. felicissimae coronationi dicatum, consecratumque, Authore *Elia Berger*. S. C. R. M. Aulæ familiari, & Historico. An. Dom. 1637. in 4. sine loco. M.

Pleraque Bergeri opuscula inter rariora locum habent. In hoc inchoat a Gisela S. Stephani Hungariæ regis, & desinit in Maria Ferdinandi III. Conjugibus; singulis Reginis *symbolum*, ac hujus *elucidationem*, tum oratiunculam subjungens.

———— D. O. M. Jubileus de origine, errore, & restitutione sacræ Coronæ Hungariæ regni fortiss. ac felicissimi. Præterea corolla mixta ad felicissimam, ac meritiss. coronationem novi Regis Hungariæ, piissime status, humillime texta. An. Dom. 1608. in 4. M.

Dicat opus Mathiæ II. Regi, & Statibus Hungariæ. Addit in fine Epistolam ad *Steph. Illyesházy*; hujusque orationem ad Status, & Proceres Hungariæ superioris Cassoviæ congregatos.

BERGERELIÆ Typus Monarchiæ Europæ Auſtrio-Romanæ, id eſt, ſummorum regnorum in Europa, quorum imperio, affinitate, ſocietate belli, & pacis gaudet Auguſtiſſima Domus Auſtriaca. Nobiliſſ. generoſo, & Magnifico D. *Joanni Barvizio* ab intimis Conſiliis, & ſecretis Sacratiſſ. Majeſt. Imp. Rudolphi II. Domino, & Patrono colendiſſimo dedicatus, & conſecratus obſervantiæ ergo ab *Elia Bergero* Pannonio. Pragæ Typis Georg. Nigrini. in 4. M.

——— Caduceus, ſeu proba, & brevis invitatio ad Comitia pia, concordia, fida Hungariæ, Poſonii celebranda, ad Illuſtriſſ. Reverendiſſ. ſpect. ac Magnificos DD. Proceres, ceteroſque generoſos Nobiles Hungariæ. Facta a Patriæ amante, & ſtudioſo *Elia Berger*. A. G. Poeta Laureato, Hiſtorico Cæſareo. Aenigma ex triplici Hiſtoria boni ominis cauſa.

Dens humore vacans exundat flumine: dente
  Phoebo oriente cadit præda, cadente datur.
Evomit os nectar crudeli dente nocivum,
  Ingenio nodum ſphynx religato tuo.

Viennæ Auſtriæ Typis Margarethæ Formicæ viduæ. Anno 1607. in 4. M.

Aenigma illo evadit, quod Mathias vivo Rudolpho, rex Hungariæ ſit eligendus, uti etiam evenit. Omnia hæc opuſcula ſcriptorem *memoriæ Hungarorum &c.* latuerunt, commemoraturus certe pro ſua

diligentia, si novisset, cum alia aliorum operosius forte, quam par erat, congesserit.

BERGOMATIS (Jac. Philippi) supplementum Chronicarum. — Ac sic demum Deo auxiliante, & favente, supplementi chronicharum jam tertio terminum ponam: quam me semel, & bis, ac ter promisi cum omni diligentia, & veritate facturum: quo in loco & nunc, & semper nixus fui, sine errore conscribere successiones regum, ac principum omnium, & actus eorum, ac virorum in disciplinis excellentium, & religionum orgines: nec non & Pontificum omnium procursus, sicut ex libro histo. descriptio continetur. Hoc quippe in exordio hujus operis me facere compromisi: perfectum autem est, & denuo castigatum, atque auctum per me opus fuit idibus Octobris anno a natali Christiano 1486. in civitate nostra Bergomi: mihi vero a nativitate 52. Impressum autem Venetiis per magistrum Bernardinum Ricium de Novaria: anno a nativitate domini 1492. die decimo quinto Februarii: regnate inclyto duce Augustino Barbadico. in fol.

. Hæc, ut Clement rationem ducit, ordine quinta editio est, & *perquam raris* accensenda. Prima est Veneta anni 1483. altera Brixinensis an. 1485. tertia & quarta rursum Veneta, annorum 1486. & 1410.

——— Supplementum Supplementi Chronicorum ab ipso mundi exordio usque ad redemptio-

ptionis nostræ annum M. CCCCC. X. editum, & novissime recognitum, & castigatum a venerando Patre *Jacobo Philippo Bergomate* ordinis Heremitarum. Additis per eundem Auctorem quampluribus utilissimis, & necessariis additionibus. Nec non eleganti tabula noviter excogitata, quæ omnia mirifice demonstrat. Cum gratia & privilegio. — Explicit supplementum supplementi Chronicarum diligenter, & accurate revisum, atque correctum. Venetiis impressum opere & impensa Georgii de Rusconibus, anno a nativitate Christi 1513. die XX. Augusti. Regnante Leonardo Lauredano Venetiarum Principe. in fol. M.

Finis libro, referamus gratia Christo,
Laus sit semper omnipotenti Deo. Amen.

Hanc editionem in annalibus *Maittairii* non reperio, eam tamen *admodum raris* adnumerat selectissima Biblioth. Samuelis Engel. In fine additur epistola authoris ad Aloysium Tassum Parentinum Antistitem, & Canonum Professorem, data Bergomi IX. Calend. April. 1505, qua *contractius & expeditius* historias se edidisse fatetur, simulque orat, ut hunc conatum Antonio Pallavicino S. Praxedis Cardinali dicaret.

BERICHT aussfürlicher, wie es auff Reichstägen pfleget gehalten zu werden. II. Consultatio von der Keyserl. Wahl, wieder des Pabsts prætensiones uff Keyser Ferdinandi allergnedigsten bevelch durch Ihr May. Vice-Cantzlern abgefast. III. Beschreibung der Wahl und krönung mit Keyser

I

angehengter Christlicher Erinnerung, und Warnung an alle frome Christen, von den streitigen Artickeln, so *Flaccius Illyricus* mit seinem Anhang, nu lange Zeit her, vielfeltig, mutwillig und unauffherlich erregt, und dadurch die kirchen Gottes in Deudschland jemerlich verunruhiget, betrübt, und zerrüttet hat. Wittemberg gedruckt durch Hans Lufft. 1571. in 4.

Putabam, me hanc editionem in Baueri supplem. ubi articulum *Confessio* pertractat, reperturum: illo igitur tacente suspicor, nostrum exemplar *perrarum* esse.

BERINGII Viti Florus Danicus. Otthiniæ impressus a Christiano Schrödero. Anno 1698. in fol.

BERISLAVICH (Stephani de Kis-Mlaka,) Applausus honori, ac fortunæ illustrissimi D. Benedicti Thuroczy, domini in Ludbreg, Belecz, & Vinicza &c. regnorum Dalm. Croatiæ, & Sclavoniæ Bani, ac Proregis. Græcii typis Georgii Widmanstadii. 1615. in 4. M.

Opusculum nostris fere *incognitum*, & Thuroczio cum pro-regis dignitatem in Croatia, ac Sclavonia adiret, oblatum ab authore. Est poemation, cui titulum fecit: *Lusus Martis, & Apollinis.*

S. BERNARDI abbatis clarevallensis Cisterciensis ordinis, melliflui, devotique doctoris opus preclarum, suos complectens sermones de tempore: de sanctis: & super Cantica Canticorum: aliosque plures ejus sermones & sententias nusquam hactenus impres-

— Hieronymo Donato Prætore ſapientiſſ. Bernardinus Miſinta Papienſis caſtigatiſſime impreſſit Brixiæ, Saturnalibus. 1496. ſumptibus Angeli Britannici. in fol.

Si recte ſubduxit calculum D. Clement, hæc ordine ſecunda editio eſt, & *rariſſimis* adnumerari ſolet. Prima prodiit Bononiæ 1488. in fol. diverſo aliquantum titulo. Simile noſtro exemplar in regia Biblioth. Dresdenſi exſtare, monuit Joan. Chriſtianus Götze in ſuis *merkwürdigkeiten* &c. qui illud prolixe deſcribit.

BEROALDI (Phi.) Varia opuſcula in hoc codice contenta. Orationes, Prælectiones, & Præfationes, & quædam mithicæ Hiſtoriæ Phil. Beroaldi. Item Pluſculæ Ang. Politiani, Hermolai Barbari, atque una Jaſonis Mayni, ad sereniſſimum Maximilianum inviƈtiſſimum Rhomanorum Imperatorem oratio. Epigrammata, ac ludicra quædam facilioris Muſæ Carmina eruditiſſimi viri Phil. Beroaldi, ab Aſcenſio nuper elucidata, nunc demum coimpreſſa, & eo ordine diſpoſita, ut maxime moralia ſint omnium prima. L. Coelii Lactantii Firmiani pia Nenia verbis Chriſti domini crucifixi, ſua in nos beneficia commemorantis. Item Phi. Beroaldi de ſeptem ſapientum ſententiis libellus. Ejusd. ſymbola Pythagoræ moraliter explicata. De optimo ſtatu, & de foelicitate. Declamatio Philoſophi, Medici, & Oratoris. Oratio autem proverbialis ceteris appoſita eſt. Ejusd. opuſculum de terræ motu, & peſtilentia. — Orationes & opu-

fcula Philippi Beroaldi Bononienfis oratoris, & poetæ difertiffimi, finiunt foeliciter Bafileæ exarata Anno a partu Virginis Satutifero. 1515. in 4.

Adduntur his omnibus, quas titulus non memorat, Annotationes in Galenum. Perelegans eft, quod in fine addit Endecafyllabon ad fuum Libellum, quem Erafmo Roterodamo dicat. Francifcus Sweertius junior, qui exempli noftri poffeffor fuit, interiori Thecæ libri epitaphium, quod Beroaldo Bononiæ in S. Petronio pofitum eft, fua manu infcripfit, quod huc tranfcribere vifum eft. *Philippo Beroaldo feniori, civi Bononienfi, viro omnium, quos ætas fua tulit, eruditiffimo, atque eloquentiffimo; eidemque humaniores litteras Parmæ, Lutetiæ, atque in Patria, fumma cum ingenii laude, atque audientium admiratione, profeffo, Phil. & Vinc. FF. heredes ex teftamento PP.*

I nunc, & vigila, noctesque abfume legendo,
O hominum curæ, coeptaque vana nimis!
Vixit ann. LI. M. VIII. Obiit an. M.D. IIII.

O Litteræ! o cantus! o Apollines! vobis impofterum heu! quid fiet? *Franc. Sweertius Fil. in delicias orbis Chriftiani.* Hæc idcirco adnotare libuit, ut, quæ lis fit de emortuali anno Beroaldi, lector ne nefciat. Epitaphium ftatuit annum 1504. idem firmare videtur epiftola Bembi ad Philip. Beroaldum juniorem data Venetiis idibus Januarii an. 1505. in hæc verba fcribentis: *Beroaldum gentilem tuum præclarum fane virum, & optimarum artium ftudiis pereruditum, mortem obiiffe, valde dolui.* Quo minus autem hic annus Beroaldo emortualis effe poffit, obfunt ea, quæ in hoc ipfo opere fol. 147. averfo de Bononienfi terræ motu confignavit: *anno falutis*, inquit, 1505. *ea nocte, quam fubfequutus eft dies divo Silveftro dicatus, quæ feftivitas pridie Kal. Januarii celebratur, hora circiter undecima fubitarius terræ*

motus - - concussit urbem nostram. Pergit referre post triduum fuisse repetitam terræ motionem, eamque toto Januario continuasse. Hinc consectaneum est, datum epistolæ Bembi rescribendum esse, annumque M. D. IIII. in epitaphio esse corrigendum. Illud quoque epitaphii: *Phil. & Vinc. FF. hæredes ex testamento PP.* scrupulum ingerit: cum eodem loco fateatur Beroaldus, se ex uxore Camilla tres liberos suscepisse, fœminam, quæ non perennarit, & duos mares: ex his *novissimus masculus*, inquit, *dulcis vitæ exsors intra tempus bimestre decessit, superest medius, qui nondum trimatum implevit.* Is ab avo materno Paleoto *Vincentius* dictus fuit. Qui ergo illud *FF.* in epitaphium irrepsit, si modo id rite exscriptum est? nam ut *FF.* valeat, *fieri facare*, refragantur litteræ *PP.* ad calcem adjectæ.

BEROSI Sacerdotis Chaldæi, Antiquitatum Italiæ, ac totius orbis Libri V. Commentariis *Joan. Annii* Viterbiensis, Theologiæ Professoris illustrati: adjecto nunc primum indice locupletissimo, & reliquis ejus argumenti authoribus quorum nomina sequenti pagella videre licet. Aeditio ultima, cæteris longe castigatior. Antverpiæ in ædibus Joan. Stelsii. 1552. in 8. M.

Editio illi consimilis, quæ apud eundem Stelsium anno 1545. prodiit, ac a prioribus in eo differt, quod hæc contineat Lib. I. Marii Aretii, Patricii Syracusani de situ Insulæ Siciliæ, ejusdemque Dialogum, in quo Hispania describitur. An prima editio fuerit anni 1497. an sequentis, non convenit undequaque bibliographis: ab hac sequentes censentur a Clement, anni 1512. 1515. utraque in fol. tum anni 1552. quam indicavi; hæc quoque *raris* adnumeratur.

BERTACHINI (Joan.) de Firmo, Repertorium solenne utriusque juris. — Finit tertia pars solennis Repertorii utriusque juris, a præclaro utriusque juris doctore domino Johanne *Bertachino* de Firmo, divi Sixti Pontificis beneficio advocato consistoriali, divo Sixto Pontifice (sic) maximo inscripti, ejusque jussu impressi. Venetiis per magistrum Paganinum de paganinis Brixiensem. Anno Domini 1488. Die XV. Februarii ad publicam studiorum utilitatem. in fol. max. Tom. II. Vol. III.

Non igitur recte hactenus editio Mediolanensis anni 1589. pro prima est habita, ut Bauer in Supplem. existimat.

BERTRUCII Bononiensis: Nusquam antea impressum Collectorium totius fere medicine; in quo infra scripta continentur. I. De commendatione medicine. II. De informatione medici. III. De regimine sanitatis. IV. De egritudinibus particularibus, que sunt a capite usque ad pedes. V. De egritudinibus universalibus, hoc est, de febribus. VI. De crisi, & de diebus creticis (criticis). VII. De venenis. VIII. De decoratione. Nuperime addita est practica perutilis de novo in lucem prodita, de notitia & curatione universarum febrium, & earum accidentibus, *Donum Dei* vocata, quinque tractatus continens, una cum tabula, sive emporio capitulorum. — Im-

pressum fuit hoc opus Lugduni in edibus Jacobi Myt, sumptu honesti viri Bartholomei Trot, anno a Virginis partu 1518. die XXVIII. Julii in 4.

Liber rarus, nec Maittairio cognitus.

BESELMAYER (Sebast.) Historia, und beschreibung des Magdenburgischen Kriegs, von anfang bis zum end, was sich die Zeit der belegerung innen, und ausserhalb der Stadt zugetragen, und verloffen hat, auch von der Schlacht, unnd fünrnembsten scharmützlen, thaten, und angriffen zu beyden theilen geschehen im Jar der mindernzal 50. und 51. auffs kürzest verfast durch *Sebastian Beselmayer*, Burger zu Magdenburg. Truckt zu Magdenburg bey Hans Lorden XV. tag. Decembris. Anno 1551. in 4.

Editio originaria: possidemus quoque versionem latinam, nescio, a quo factam, quæ anno sequente prodiit Basileæ in forma 8.

BESLERI (Basilii:) Hortus Eystettensis: sive diligens -- plantarum, florum, stirpium &c. quæ in viridariis -- arcem Episcopalem -- cingentibus -- conspiciuntur delineatio &c. Norimb. 1613. in fol. max. Partes IV. Vol. I. *Opus perrarum.*

BESOLDI (Christoph.) Documenta rediviva Monasteriorum præcipuorum in Ducatu Wirtembergico sitorum, quæ integro, & justo seculo in Archivo Ducali, aliisque locis abditissimis condita,

ad annum 1663. Anno ſalutis 1664. in 12. ſine loco. M.

Hiſtoriæ hujus continuatio exſtabat in MS. nunc, ut ephemerides Viennenſes indicabant, excuſa. Locus hic me admonet, ut de *Volfgango Bethlenio*, qui res Hungarico-Tranſſilvanas Libris X. comprehenſas ſcripſerat, pauca adjiciam. Paſſim opinio apud exteros obtinet, duo ſolum exempla integra hujus Hiſtoriæ exſtare, quorum unum Schafgotſchianæ, alterum Vratislavienſi Bibliothecæ illatum ſit. Sed errorem hunc ſatis refellere poſſunt Exempla quinque, quæ in Hungaria, item tria, quæ in Tranſſilvania exſtare ſcio.

BETTINII Marii Bononienſis e Soc. Jeſu, Lyceum e moralibus, politicis, ac poeticis. Perilluſtri ac reverendiſſ. D. Alexandro Cariſſimo Caſtri Epiſcopo. Venetiis apud Evangeliſtam Deuchinum. 1627. in 4. maj.

Laudantur ejusdem authoris, ac *raris* accenſentur, *Apiaria univerſæ philoſophiæ mathematicæ &c.* quæ Bononiæ in Tom. III. anno 1645. — 1656. prodierunt. Non minus *rarum* hoc quoque, quod indicavi, opus eſt. Conſtat Partibus III. Pars I. *Lycei, ſeu veſtibulum, in quo ad privatam virtutem prælogia, fragmenta, ac promptuaria moralia proponuntur.* Pars II. *ſive interius adytum, in quo Principis optimi exemplum proponitur: tum de felicitate poetica, ſive regia diſceptationes ſcholaſticæ, ac de regno interiori a virtute, & exteriori cum virtute paræneſes, & corona regia exponuntur.* Pars III. *ſeu viridarium, in quo per Eutrapelias, ſive urbanitates poeticas feriatur.* Meminit hujus operis *Sotvellus* in Biblioth. Scriptorum Soc. Jeſu, & Venetiis apud eun-

dem Deuchinum prodiisse anno 1626. in 4. refert. Vereor, ne non hic annus ex dedicatione, quæ ex Collegio Parmensi data est calend. Januariis anni 1626. sumtus fuerit, ac editioni tributus: nisi forte & hoc anno, & sequente 1627. opus vulgatum fuisset. Certe Partem III. Seorsim Venetiis anno 1626. prodiisse memorat.

BETULEI Xysti, novi Testamenti concordantiæ Græcæ, opus magno usui omnibus sacrarum scripturarum vere studiosis futurum, singulari nuper bono litterarum apud inclytam Vindelicorum Augustam industria collectum, inque lucem editum. Basil. ex officina Joan. Oporini 1546. mense Januario. in fol.

Prima est concordantiarum græcarum editio, ac idcirco a Widekindo, & biblioth. Solgeriana *rarissimis* adnumerata est.

BEYERLINCK Laur. Magnum Theatrum vitæ humanæ, hoc est, rerum divinarum, humanarumque syntagma &c. in Tomos VII. dispositum. Coloniæ Agripp. sumptibus Antonii, & Arnoldi Hieratorum fratrum. 1631. in fol. Tomus VIII. Indicem in priores continet.

————— Idem opus. Lugduni sumptibus Joh. Antonii Huguetan, & Marc. Ant. Rauand. 1656. in fol. Tom. VIII.

Nunc id opus, ut reor, definet esse rarius, cum Venetiis apud Nic. Pezzanam 1707. rursus in lucem prodierit, quod Bibliotheca nostra itidem possidet.

BEZÆ (Theodori Vezelii,) de hæreticis a civili Magiſtratu puniendis libellus, adverſus *Martini Belli* faraginem, & novorum Academicorum ſectam. Oliva Roberti Stephani. 1554. in 8.

Pleraque Bezæ ſcripta rara eſſe dicuntur.

——— Ad Acta colloquii Montisbelgardenſis Tubingæ edita Reſponſionis pars prior. Editio ſecunda. — Reſponſionis pars altera. Editio prima. Genevæ utraque apud Joan. le Preux. 1588. in 4.

——— Grundlicher Gegenbericht auff die zu Tübingen außgangene Schrifften des Mumpelgartiſchen Geſprache &c. Getruckt zu Baſel durch Conrad Waldkirch. 1588. in 4.

——— Quæſtionum, & reſponſionum Chriſtianarum libellus. Excudebat Euſtachius Vignon. 1577. in 8.

——— Ad *Nic. Selnecceri*, & Theologorum Jenenſium calumnias, brevis & neceſſaria reſponſio. Genevæ apud J. Criſpinum. 1571. in 8.

BIBLIA Veteris, ac novi Teſtamenti. Nuremberge impenſis Anthonii Koburger. 1478. in fol.

Omnium conſenſu Biblia, quæ ſeculo XV. typis exſcripta ſunt, *raritatis* notam habent, quove magis ad tempus repertæ typographiæ accedunt, eo rariora quoque ſunt. Itaque in his recenſendis ſeriem chronologicam tenebo, gradum facturus ad editiones ſeculi XVI. initiantis. Græcis, græco-latinis, ac alius linguæ deinceps locus erit.

BIBLIA Veteris & novi Teſtamenti. — Explicit Biblia impreſſa Venetiis per Franciſcum de Hailbrun. 1480. in 4.

———— Utriusque Teſtamenti. Venetiis per Joannem Herbort. 1484. in 4.

———— Veteris, ac novi teſtamenti interprete ſancto Hieronymo. in fol. ſine loci indicio.

Fontibus ex grecis, hebreorum quoque libris
emendata ſatis & decorata ſimul
Biblia ſum preſens ſuperos ego teſtor & aſtra
Eſt impreſſa nec in orbe mihi ſimilis.
Singula queque loca cum concordantiis exſtant
Orthographia ſimul quam bene preſſa manet.
M. CCCC. LXXXV.

———— Exactum eſt Nuremberge inſigne hoc ac inuſitatum opus biblie una cum poſtillis venerandi viri ordinis minorum fratris Nicolai de Lyra: cumque additionibus per venerabilem epiſcopum *Paulum Burgenſem* editis: ac replicis magiſtri *Mathie dorinck*, ejusdem ordinis minorum fratris & theologi optimi: charactere vero impreſſum habes jucundiſſimo: impenſisque Anthonii Kobergers prefate civitatis incole. Anno incarnate Deitatis. M. CCCC. LXXXVII. die vero Nonarum III. decembrium. De quo honor invictiſſime trinitati; nec non intemerate virgini Marie iheſu Chriſti gerule. Amen. in fol. vol. IV.

BIBLIA Sacra veteris, & novi Teſtamenti.— Explicita eſt biblia preſens Baſilee ſumma lucubratione per Johannem Froben de Hammelburck. anno nonageſimo primo ſupra milleſimum quaterque centeſimum (1491.) die vero viceſimaſeptima Junii. in 8. *Fontibus ex grecis &c.*

——— Exactum eſt Argentine inſigne hoc ac inuſitatum opus biblie unacum poſtillis venerandi viri ordinis minorum fratris *Nicolai de Lyra.* cumque additionibus per venerabilem epiſcopum *Paulum Burgenſem* editum, ac replicis magiſtri *Matthie Dorinch* ejusdem ordinis minorum fratris, & theologi optimi. Charactere vero impreſſum habes jucundiſſimo. expletum denique anno incarnate deitatis. M. CCCC. LXXXXII. (1492.) die vero Nonarum III. Novembrium. De quo honor inviciſſime trinitati, nec non intemerate virgini Marie Jeſu Chriſti gerule. Amen. Item prologorum biblie expoſitiones in hoc totali opere ab impreſſoribus inſerte, recepte ſunt ex tractatu *Britonis* de expoſitionibus prologorum biblie, demptis expoſitionibus prologorum in quattuor evangeliſtas, que ſunt ipſius Nicolai de Lyra, qui in ſecunda prefatione ante initium poſtille veteris teſtamenti poſita excuſat ſe de huiusmodi expoſitione prologorum. in fol. Vol. IV.

——— Veteris, & novi Teſtamenti. Baſilee. 1495. in 8.

BIBLIA Cum concordantiis veteris, & novi testamenti. Sanctus Hieronymus interpres biblie.

Simmachus atque Theodotion, vel septuaginta,
addo Aquilam, & quorum nomina late patent.
Quos per ab hebreis ad grecos, deinde latinos
biblia migravit. factaque digna legi est,
Concedunt nobis. me namque interprete solo
biblia ab hebreo fonte latina fluit.
Contigit hinc relegi per tot modo secula solum
Hieronymum, & cunctos laude preire viros.

Finit biblia cum concordantiis, veteris, & novi testamenti. Argentine impressum anno domini M. CCCC. XCVII. (1497.) sexto vero Kalendas maji. in fol.

——— cum comento Nicolai de Lyra. — Opus totius biblie cum glosulis tam marginalibus quam inter linearibus: una cum venerandi patris *Nicolai de Lyra* postillis: moralitatibus, additionibus, & replicis: nec non libello questionum judaicam perfidiam in catholica fide improbantium: per Johannem Petri de Langendorff, & Johannem Froben de Hammelburg cives Basileenses. magna diligentia & opera Basilee impressum. Anno Domini M. CCCC. XCVIII. (1498.) Kalendis decembribus: explicit. Laus Deo. in fol. Vol. III.

Posidemus duplex itidem exemplar Bibliorum cum *postillationibus de Lyra*: unum editionis Venetæ anni

ni 1588. fol. max. Vol. V. in quorum postremo per Typographi oscitantiam irrepsit annus 1587. cum reliqua exhibeant 1588. Alterum editionis Duacensis anni 1617. in fol. max. Vol. VI. Theologorum Duacensium studio editum.

BIBLIA Cum pleno apparatu summariorum, concordantium, & quadruplici repertorii, sive indicis, numerique foliorum distinctione. Basilee nuper impressa. *Matthie Sambucelli* pro libri commendatione hexasticon.

Emendata magis scaturit nunc biblia tota
que fuit in nullo tempore visa prius.
Qua loca Canonici concordant, singula juris
in summa casus que tenet & capitum.
Qua legum, veterisque novi argumenta videntur,
omine felici quam Basilea premit.

Impressa Basilee per prestantissimos viros magistros Johannem Petri de Langendorff, & Johannem Froben de Hammelburg: anno domini quingentesimo nono supra millesimum, (1509.) octavo Kalendas septembris. in fol.

———— Sanctus Hieronymus interpres Biblie. Biblia cum Concordantiis veteris & novi testamenti, & sacrorum canonum: nec non & additionibus in marginibus varietatis diversorum textuum: ac etiam canonibus antiquis quattuor evangeliorum insertis: summa cum diligentia revisa, correcta, & emendata.

Simmachus atque Theodotion &c. &c.

BIBLIA cum concordantiis veteris & novi testamenti, nec non & juris Canonici, ac diversitatibus textuum, Canonibusque evangeliorum, ac quibusdam temporum incidentibus in margine positis: per venerabilem patrem: fratrem *Albertum Castellanum* Venetum ordinis predicatorum studiosissime revisa, correcta, emendata: & ad instar correctissimorum exemplarium tam antiquorum, quam novorum incontrata, comparata, & collecta: ac per M. Jacobum Sacon Lugduni impressa. Expensis notabilis viri domini Anthonii Koberger de Nuremburgis feliciter explicit. 1515. XII. die Januarii. in fol.

——————— Cum concordantiis veteris & novi testamenti, & sacrorum Canonum, nec non & additionibus varietatis &c. &c. — Fontibus e grecis &c. Biblia cum concordantiis &c. Accedunt ad hec ex viginti de antiquitatibus, & Judeorum bello Josephi libris exhauste antiquitates: quas utriusque juris professor dominus *Johannes de Gradibus* concordantibus, congruisque apposuit locis. Impressa autem Lugduni per M. Jacobum Sacon. Expensis notabilis viri Antonii Koberger Nuremburgensis feliciter explicit. Anno nostre salutis 1518. die vero decimo mensis Maji. in fol.

BIBLIA Venetiis mandato, & expensis nobilis viri Luce Antonii de Giunta Florentini, diligenter impressa. Anno Domini 1519. in 8.

——— Utriusque Testamenti diligenter recognita, & emendata, non paucis locis, quæ corrupta erant, collatione Hebraicorum voluminum, restitutis. Item in fronte libri ex Athana. fragmentum de libris utriusque Testamenti. — Nuremberge per Foedericum Peypus, sumptu integerrimi viri Joannis Koberger Nurembergensis. Anno nostræ salutis 1523. Mense Augusto. in fol.

——— Cum concordantiis veteris, & novi Testamenti, nec non & juris Canonici, ac de diversitatibus textuum, Canonibusque Evangeliorum, ac quibusdam temporum incidentibus in margine positis, studiosissime revisa, correcta, & emendata, & ad instar correctissimorum exemplarium tam antiquorum, quam novorum incontrata, comparata, & collata. Accedunt ad hec ex viginti de antiquitatibus, & Judæorum bello libris exhauste authoritates, quas utriusque juris Professor D. *Joannes de Gradibus*, concordantibus, congruisque apposuit locis. Impressa autem Lugduni per Jacobum Mareschal feliciter explicit anno nostræ salutis 1526. spes boni verus amor. in fol.

——— Juxta veterem translationem, qua hucusque Latina utitur Ecclesia. Norembergæ per Joannem Petreium. Anno 1527. in 8.

Latineque, ad fidem probatorum Codd. & versionis vulgatæ. Lutetiæ Parisiorum apud Claudium Sonnium via Jacobæa sub scuto Basiliensi, & navi aurea. 1628. in fol. Vol. II.

BIBLIA POLYGLOTTA: Hebraice, Chaldaice, Græce, & Latine, Philippi II. Regis Catholici pietate, & studio ad Sacrosanctæ Ecclesiæ usum. Christophorus Plantinus excudebat Antverpiæ. 1569. — 1572. Tomi V.

Cuivis in fine additur: *Benedictus Arias Montanus ex Philippi Catholici regis mandato Legatus, a se cum Complutensi, & correctissimis aliis exemplaribus collatos recensuit, & probavit.* D. a *Mallinkrot* raritatem hujus editionis inde repetit, quod magna exemplarium pars, dum in Hispaniam veherentur, hausta tempestate navi, interierit. Bibliotheca nostra triplex exemplum habet.

——————— Hebraica, Samaritana, Chaldaica, Græca, Syriaca, Latina, Arabica: quibus textus originales totius Sacræ Scripturæ, quorum pars in editione Complutensi, deinde in Antverpiensi, regiis sumptibus exstat, nunc integri, MSS. toto fere orbe quæsitis exemplaribus exhibentur. Lutetiæ Parisiorum excudit Antonius Vitré, Regis, Reginæ, Regentis, & Cleri Gallicani Typographus. 1628. — 1645. Tomi IX. in X. volumina divisi, in fol. max.

Hæc occasio videntur fuisse, ut, quoniam in principio nimis magno precio venere, ducentis enim nummis unicialibus constabant, nec Galli in dimidia-

rum precium 600. exemplarium consenserant, *Brianus Waltonus* Anglus alia itidem polyglotta Londini ederet.

BIBLIA POLYGLOTTA Complectentia Textus originales, Hebraicum cum Pentateucho Samaritano; Chaldaicum, Græcum: versionumque antiquarum, Samaritanæ, Græcæ LXXII. Interpret. Chaldaicæ, Syriacæ, Arabicæ, Aethiopicæ, Persicæ, vulg. Latinæ. Quid quid comparari poterat, cum Textuum, & versionum orientalium Translationibus Latinis, ex vetustissimis MSS. undique conquisitis, optimisque exemplaribus impressis summa fide collatis: quæ in prioribus editionibus deerant, suppleta, multa antehac inedita, de novo adjecta, omnia eo ordine disposita, ut Textus cum versionibus uno intuitu conferri possint. Cum apparatu, appendicibus, Tabulis, variis lectionibus, annotationibus; Indicibus &c. Opus totum in VI. Tomos tributum. Edidit *Brianus Waltonus* S. T. D. Londini imprimebat Thomas Roycroft. 1657. in fol.

——— HUNGARICA: a Georgio Kàldi Soc. Jesu Sacerdote ex Latino traducta. Excudebat Viennæ in aula Coloniensi Matthæus Formica 1626. in fol.

Edendi potestatem fecit Petrus Pázmány Strigoniensis archiepiscopus litteris Tirnaviæ die 3. Aprilis anno 1625. datis. Autographum Traductoris in nostra Bibliotheca exstat. Versioni huic idcirco ante alias

primum locum tribuendum putavi, quod unica fit, qua nos Romano-Catholici uti solemus, & Traductor Vulgatam sequutus fit. Quid inter hanc versionem, & cujus mox meminero. Karolianam, interfit, ipse Kaldius ad calcem in *Tabula Informatoria*, prolixe explicat, ubi §. IV. fatetur, sibi a viro fide digno affirmatum fuisse, visam ab se Scripturæ Sacræ partem præcipuam in Hungaricum conversam, in Codice, qui ante 200. annos, proinde circiter annum 1420. exaratus fuerit.

BIBLIA HUNGARICA Veteris, & novi Testamenti Interprete *Caspare Károlyi*, Ministro Gönczensi, & Districtus Cassoviensis seniore. Visolii per Valentinum Mantskovit. Anno 1590. in fol. Tomi II. Vol. I.

Exteri hactenus titulum non rite exscripserunt. Plerique enim ita exprimunt: *Biblia, az az Istenner hes uj Testamentomoban foglaltatott egesz, szent Iras, Magyar Nielvre fordittatot Karoli Gasbar altal:* cum tamen scribendum fuerit: *Szent Biblia, az az, Istennec ó, és uy Testamentumánac, Prophétác, és Apostoloc által meg iratott szent Könyvei. Magyar nyelvre fordittatott egésszen és wijonnan, az Istennec Magyar Orszagban valo Anya szentegyházánac epülésére. Luc. XVI. ver. 29. Vagyon Mosesec és Prophétáioc, halgassác azokat &c. Visolban nyomtattatott Mantskovit Balint által. MDXC. Boldog Aszszony havánac 10. napján.* Hic integer Libro titulus est, ubi c finale illius ævi more pro k. irrepsit. Fuit exemplum nostrum *Joannis Pragay*, qui sua manu hæc notavit; *Joannis Pragay, qui antea fui Calvinista, modo reversi ad Catholicam fidem* 1653. Locus editionis erat pagus Visol non longe *Gönczino* situs, quem aliqui cum *Uisol* (Neosolio) perperam con-

K 4

fundunt. Ceterum ut in titulo exſcribendo, ſic in conſignando editionis anno, & libri forma exteri errarunt: hanc in 4. eſſe affirmant, cum tamen in fol. edita ſit: annum vero 1589. quem præfatio exhibet, in annum editionis converterunt, qui tamen non alius eſt ab anno 1590. quem & vetus, & novum Teſtamentum diſerte exprimunt. Quo magis miror, etiam *Bodum* noſtrum in *Magyar Athenas* hunc errorem erraſſe. Nec illud rite ab exteris conſignatum eſt, quod hanc Scripturæ ſacræ verſionem primam omnium ex Hungaricis fuiſſe putent. Jam enim multo ante a variis utrumque Teſtamentum in patriam linguam converſum editumque fuit. Sequar etſi hæc in Bibliotheca noſtra non exſtent, in recenſendo ordinem chronologicum.

I. *Epiſtolæ S. Pauli* Apoſtoli in Hungaricum converſæ. *Cracoviæ* apud Hieron. Vietorem. 1532. in 8. Author verſionis eſt *Benedictus Komiati*; qui librum *Catharinæ Frangepaniæ* viduæ *Petri Perényi* dicavit, epiſtola nuncupatoria Latina, nam, quod pluribus exemplis docere poſſem, Heroinæ noſtræ olim latinam linguam egregie callebant, Latina, inquam, epiſtola nuncupatoria ad finem rejecta. Quantum hactenus ſcimus; hic liber omnium primus eſt, qui typis Hungaricis exſcriptus fuerit.

II. *Novum Teſtamentum*, ſeu quatuor Evangeliorum volumina, Lingua Hungarica donata, Gabriele Pannonio *Peſtino* interprete. Cum gratia, & privilegio Romanæ Regiæ Majeſtatis ad quinquennium. Viennæ Auſtriæ, apud Singrenium. 1536. in 8. Id hoc loco paucis indicandum, quod Interpres ſe ex natione *Miſſer* eſſe dicat. Credo ex vetuſto Gallico *Miſſire*, & Italico *Miſſer* ſumtum eſſe, quod viris ex Ordine Equeſtri olim tribuebatur, ex quo ordine noſter Interpres certe fuit.

III. *Quatuor Evangelia* cum epistolis S. Pauli, & apocalypsi S. Joannis Evangelistæ. Neo-Sigethi. 1541.

IV. *Quatuor Evangelia* cum Actis Apostolorum opera Joannis Sylvestri. 1541.

V. *Psalterium Hungaricum* authore *Stephano Szekelyio*. Cracoviæ 1548. in 8.

VI. *Psalterium itidem* Hungaricum per *Gasparem Heltai.* Claudiopoli 1560. in 8. Dicata hæc versio est *Joanni II.* electo regi Hungariæ. Dedicationis epilogus ita habet: *M D L X. die XX. Febr. quo ante annos octo Frater Georgius Dalmata, Thesaurarius, hostis veritatis Christi, & Majestatis tuæ Serenissimæ in castro Alvintz perfidiæ suæ &c. justas pœnas dedit.*

VII. *Vetus Testamentum* IV. voluminibus ex versione *Casparis Heltai*; impensis vero *Michaelis Csáky*; Novum Testamentum eodem interprete, uno volumine, *Annæ Nadasdy* viduæ *Stephani Maylath* dicatum. Claudiopoli anno 1561. in 4. Atque hæc satis ostendunt, Versionem Karolyianam non fuisse ex Hungaricis primam, ut exteri hactenus putabant. Hæc omnia edoctus sum per litteras doctissimi viri *Danielis Cornides.*

BIBLIA Germanica: Beyder allt und newen Testaments, Teutsch. Zum christlichen Leser. Seitmal der allermechtig Gott durch sein gütte verliehen hat, das alle bücher beyd allt und neus Testaments, wie dann die XXIIII. in Hebraischer sprach gefunden, inns Teütsch verdolmetscht worden seind. Ist für nützlich angesen, sölche alle gantzer Christenheit zü güt mit gemeiner Teutscher Sprach inn ein buch, wie dann hieneben

ire namen, und an welchen ort die gefunden verzeichnet seind, zetrucken: sampt angehenckter auslegung der schweristen Örter, auff das der ihenig, so sich ihro prauchen wölte, deren nit entraubt, und der ihenig, so irer unvonotdürftig, dieselbigen darvon zethün hab. Hiemit gehab dich wol, und dancke Got umb seine gaben. Amen. — Getruckt in der keyserlichen frey Statt Wormbs bei Peter Schöfern imm jar nach der geburt unsers Herren MDXXIX. in fol.

D. Clément Biblia hæc etiam in Germania repertu difficilia esse affirmat: nos geminum exemplar habemus.

BIBLIA (Teutsch,) der ursprünglichen Hebreischen, und Griechischen Warheit nach auffs trewlichst verdolmetschet. Was über nächst ausgegangen edition weyters hinzukommen sye (sey) wirt in nachvolgender Vorred begriffen. Getruckt zu Zurich bey Christoffel Froschouer im Jar als man zalt. M. D. XXXIIII. in 4.

———— Belgica: Den bibel inhoudende het oude ende nyeuwe Testament, met grooter neerstiicheyt ouerghestelt ende ghecorrigeert nae dat oprecht Latynsch exemplar &c. Gheprint inde vermaerde Coopstadt van Antwerpen inden schylt van Artoys by die Weduwe van Jacob van Tiesfeldt. 1569. in fol.

BIBLIA (Italica:) La Biblia: cioè, i libri del vecchio, e del nuovo Testamento. Nuovamente traslatati in lingua Italiana da Giovanni Diodati, di nation Luchese. 1607. in 4.

Dicitur prima ex novis translationibus esse.

BIBLIANDER (Theodorus;) de fatis Monarchiæ Romanæ somnium vaticinium Esdræ Prophetæ, quod Theodorus Bibliander interpretatus est, non coniectione privata, sed demonstratione Theologica, historica, & mathematica. Ad Julium III. Papam, & cæteros Ecclesiæ Romanæ Præsides, consideratio de Judæorum & christianorum defectione a Christo, & Ecclesia, & fide catholica: itemque de Judæorum, & Christianorum conversione ad Christum Jesum, & Ecclesiam Dei sanctam, ac fidem catholicam: Basileæ in 4. sine anni indicio.

Author quidem in præfatione ait, se hæc scripsisse anno 1553. ultimo die Julii, qui tamen an sit annus itidem editionis, pro comperto non ausim affirmare, etsi id Reimmanno veri videatur simile. Opus est plurium opinione *perquam rarum.*

BIEL (Gabrielis) ex Spira, sacratissimarum litterarum licentiati, florentissimi gymnasii, dum in humanis esset, ordinarii Lectoris resolutissimi, Tractatus de potestate, & utilitate monetarum. in 4. sine loco, & anno: folior. 6.

Opus perrarum, quæstione una, & trium dubiorum resolutione absolvitur. Illa sic habet: *utrum*

monetam falsificans, mutans, falsam pro vera, vel minus valentem pro bona expendens, aut de loco, ubi minus æstimatur, ad locum, ubi plus valet, transferens, mortaliter peccet, & teneatur ad restitutionem? Dubia autem: *quis habeat cudere monetam? In quo casu Princeps monetam, vel ejus valorem pro lucro suo mutare possit? An eligens ad partem denarios meliores, eosque conflari faciens, peccet, & teneatur ad restitutionem?*

BIEL (Gabr.) Lectura super canonem Misse in alma universitate Tuwngensi ordinarie lecta. — Immensas igitur omnipotenti patri, & filio, & spiritui sancto, qui hujus sacrosancti canonis verus auctor, & inspirator extitit. Intemerate quoque Virgini Marie, simulque toti milicie triumphanti gratiarum referimus actiones. Cujus juvamine hoc saluberrimum opus in presidium sancte fidei catholice. Solicitius ac laboriosissime in alma universitate Tuwingensi ordinarie promulgatum est. Impressum attamen feliciterque consummatum impensis & singulari cura magistri Johannis Otmar civis Rutlingensis Anno 1488. in profesto Otmari Sancti Abbatis. 15. die novembris in fol.

Editio *maximæ raritatis*. Opus in LXXXIX. Lectiones tributum est, quarum breviaria præmittuntur cum copioso indice Alphabetico. In procemio hæc notatu digna sunt: *Sacri canonis Misse expositio resolutissima literalis ac mistica, dissolvens simul & scholastica dubia circa eucaristie sacrosancte misteria, viri quam precipui magistri Gabrielis Biel, sacre theologie licentiati peritissimi, per eundem ordinarie in alma Tuwingensi universitate lecta.* : Ex

viri clarissimi, ingenii quondam acerrimi, magistri EGGELINGI de Brunswig, sacre theologie licentiati profundissimi, vita pariter & doctrina presulgidi lectura, in insigni metropoli Moguntina ad clerum pronunciata, declarata, & exposita, paucis omissis, pluribus additis, ac mutatis, quam accuratissime comportata, teste collectore in operis sui calce, incipit feliciter. Cui primum iniciativa previa collatione una cum Theologica solenni protestatione annectuntur tabule due, lectionibus, ac literis alphabeticis intercise, ut inibi contenta mox pateant directive. Fatetur igitur candide, quod alias pauci solent facere, se pleraque ex *Eggelingo* sumsisse, quod itidem ad calcem operis facit, idque ita ingenue, ut errores, si qui irrepsissent, sibi solum adscribi, quin & operis titulum commutari exoptet. *Sicubi vero,* inquit, *erratum est, neque illi* (Eggelingo) *nec ceteris, sed mee imputetur ignorantie, qui nedum invenire, sed nec inventa ordine comportare me idoneum recognosco; quorum pium, atque ortodoxum desidero correctorem. Si qui vero huic collectorio titulum preponere maluerint, obtestor, & in Christi visceribus cohortor ut hunc, non alium, anteponant.*
„ Expositio sacri Canonis Misse ex Lectura quondam
„ clarissimi viri magistri Eggelingi de Brunswig, sa-
„ cre theologie licentiati collecta, paucis omissis,
„ nonnullis additis vel mutatis. „

BILICHII (Eberhardi,) de ratione submovendi præsentis temporis dissidia. Coloniæ apud Jasparem Genepæum. 1557. in 8. *Liber rarus.*

BILII (Jacobi,) Locutionum Græcarum in communes locos per alphabeti ordinem digestarum volumen. Parisiis apud Nic. Chesnau. 1578. in 8. *Rarus.*

BISACCIONI Maj. Parte II. che contiene le gverre successe in Alemagna dalla Dieta di Hailbrun fatta di Marzo 1633. sino all' assedio di Costanza. ibid. 1638. in 4.

——— Secunda continuatione del Commentario delle gverre successe in Alemagna, e fatti più notabili dell' Europa dall' assedio di Costanza 1633. alla Dieta di Francoforte 1634. ibid. 1634. in 4.

——— Terza continuatione &c. ibid. 1637. in 4. *Collectio admodum infrequens.*

BISSELII (Joan. Soc. Jesu,) Argonauticon Americanorum, sive historiæ periculorum *Petri de Victoria.* Monachii 1647. in 8. *Liber rarus.*

De BITONTO (Antonii,) Sermones quadragesimales de vitiis. — Sermones quadragesimales de vitiis reverendi patris fratris Antonii de Bitonto ord. minorum de observantia: exacta cura & diligentia revisi emendatique: jussu & impensis Nicholai Franckforth. Arte item Johannis Hertzog impressoris: in Venetiarum urbe: felici numine expliciunt anno nativitatis Christi 1499. XVI. Kalendas Martii. in 8.

Maittaire hujus quoque anni editionem Venetam refert, sed per Bonetum Locatellum in fol. Nostra inter *rariores* locum habet.

BIZZARI (Petri Sentinatis,) Persicarum rerum historia in XII. Libros descripta, totius gen-

Basil.

Basil. per Hieron. Frobenium, & Nic. Episcopium. 1559. in fol.

Collectio similis operum Blondi jam prius anno 1531. Basil. prodiit: hinc etsi nostra minus rara sit, melior tamen est, ut Clement ex biblioth. Daniel. Salthenii fidem facit.

De BLONY Nic. Venerabilis magistri, Decretorum Doctoris sermones de tempore. Impressi Argentine anno Domini 1498. in vigilia sancti Bartolomei. in fol. *Liber parum communis.*

BOCALINI Trajani Politischer Probierstein aus Parnasso. Darauf der fürnembsten Monarcheyen, unnd freyen ständen in der gantzen Welt Regierungen gestrichen, unnd deren inhalt zu sehen ist. Partes III. 1617. — 1618. in 4. Sine loco. *Liber rarus.*

BOCATII Joan. poetæ laureati Cæsarei, Hungaridos libri Poematum quinque. I. continet Martialia, vel bellica. II. Encomiastica. III. Nuptialia. IV. Miscellanea. V. Sepulchralia. Ad illustrem, Magnificum, & generosum Dominum. D. Sigismundum Forgacz L. Baronem de Gymes &c. Bartphæ excudebat Jacobus Klöss. 1599. in 8. *Apud nos quoque valde rarus.*

BOCHARTI Sam. Geographiæ Sacræ pars prior *Phaleg*, seu de dispersione gentium, & terrarum divisione facta in ædificatione turris Babel,

cum tabula chorographica. Cadomi Typ. Petr. Cardonelli. 1651. in fol.

Liber I. Capp. 46. comprehenſus in hoc argumento occupatur: Liber II. contra ex XVII. Capp. coaleſcit, & de lingua Phoenicia, & Punica agit. *Editio rara.*

BOCK Hieron. Kreuterbuch, darin underſcheidt Namen, und würckung der Kreuter, ſtauden, Hecken, und Beumen &c. 1546. in fol absque loco.

Poſſidemus quoque editionem Argentinam anni 1587. Primam editionem ſtatuunt Argentinam anni 1539. in fol. eamque *rariſſimam*: noſtræ non ſunt quoque paſſim obviæ.

BODINI Joan. Univerſæ naturæ theatrum, in quo rerum omnium effectrices cauſæ, & fines, V. Libris diſcutiuntur. Lugduni apud Jac. Rouſſin. 1596. in 8.

Exſtat quoque aliud apud nos exemplum Francofurti 1597. editum. *Utrumque eſt rariſſimum.*

——— De magorum dæmonomania Libri IV. nunc primum e Gallico in Latinum translati per Lotarium Philoponum. Baſil. per Thomam Gvarinum. 1581. in 4.

Conjuncta eſt ejusdem confutatio opinionis *Jo. Wieri.* Hoc, & ſequens ejusdem Bodini opuſculum *raris* adnumerari ſolent.

——— De Republica Libri VI. Latine ab ipſo auctore redditi, multo quam antea locupletiores. Urſellis ex offic. Cornelii Sutorii 1601. in 4.

BOEMII Aubani, omnium gentium mores, leges, & ritus. Tribus Libris absolutum opus, Aphricam, Asiam, & Europam describentibus. Lugduni apud Franciscum Justum. 1536. in 8. *Liber ex minus obviis.*

BOETIUS Torquatus, de consolatione philosophie cum Thome commentario. Venet. per Joan. de Forlivio, & Gregorium fratres die XXVI. Martii. 1491. in fol.

Fabricius nostram hanc editionem primam esse putabat: sed Maittaire duas vetustiores reperit, annorum 1481. & 1487. utramque Venetiis vulgatam. Mediam inter utramque addit Clement Nurembergensem anni 1486. Quare nostra quartum locum occupat, & *admodum raris* accenseri potest.

——— De consolatione Philosophie, cum commento Thome de Aquino. — Anicii Torquati Severini Boetii, viri nominis celebritate quam memorandi textus de Philosophie consolatione: cum editione commentaria beati Thome de Aquino ordinis Predicatorum: Anthonii Kobergers civis inclite Nurnbergensium urbis industria fabrefactus finit feliciter. Anno a nativitate Christi. 1495. die VII. Mensis Junii. in 4.

Editionem simili fere titulo, quæ Norimbergæ anno 1486. prodiit, D. Clement recenset ex biblioth. Frid. Adolphi Hansen ab Ehrencron: hæc nostra tamen illi ignota fuit.

BOETIO Severino, di consolatione Philosophica volgare, nuovamente revisto, & di molti errori porgato opera al tutto dignissima, eccellente, & bella, du Don Anselmo Tanzo. Stampato in Vinegia par Melchior Sessa nell' anno 1531. nel Mese di Decembrio. in 8. *Editio valde rara.*

———— Severini de disciplina scholarum libellus. Colonie. 1501. in 4. *a Maittairio omissus.*

BOHEMIA.

Visum est illa opuscula ad hunc articulum referre, quæ titulo belli Bohemici anno 1618. & deinceps tacitis nominibus edita sunt, nec alibi locum idoneum habere possunt, *raris* tamen adnumerari merentur.

1. Confoederation des Königreichs Böhemb, mit den in corporirten Ländern, als Mähren, Schlesien, ober, und nider Lausitz: geschehen bey gehaltener general zusammenkunfft auffm Prager Schloss den 31. Julii, anno 1619. Gedruckt in der alten Stadt Prag bey Samuel Adam von Weleslavin. in 4. folior. 19.

2. Ursach, und Bedencken, warumb Ferdinandus nicht zu einem König in Böhmen angenohmen werde. Anderwerts nachgedruckt im Jahr 1619. in 4. folior. 10.

3. Die ursachen, warumb Ertz-Hertzog Ferdinandus zu Oesterreich &c. zu der Regierung und Possession des Königreichs Böheimb, und desselben incorporirten Ländern nicht zugelassen worden,

noch zugelassen werden kan. Sampt den Schlesingischen special-Articuln, so under die leges fundamentales gezehlet werden: & litteræ reversales &c. Friderici regis Bohemiæ. Gedruckt im jar Christi 1619. in 4. folior. 15.

4. Der Herren Fürsten und stände in ober und nieder Schlesien einhelliger Schluss, welcher bey jetziger in Monat September dieses 1619. Jahres gehaltener Zusammenkunfft in Bresslau gemacht worden. Darinnen das jenige ratificiret, beliebet, und acceptiret wird, was die gesampten incorporirten Länder des Königrichs Böhmen bey dem nechst fürgewesenen Landtag auffm Prager Schloss einmüthig geschlossen &c. Gedruckt im Jahr 1619. in 4. folior. 28.

5. Unser Friderichs von Gottes gnaden Königs in Böhaimb, Pfaltzgraffen bey Rhein, und Churfürsten &c. Offen ausschreiben, warumb wir die Cron Böhaimb, und der incorporirten Länder Regierung auff uns genommen. Gedruckt in der alten stadt Prag bey Jonatan Bohutsky von Hranitz; in Jahr 1619. in 4. folior. 11.

6. Ein denckwürdig Modell der Kayserlichen HoffProcess. Das ist: Glaubwürdiger Abdruck etlicher Kayserlichen und anderer schrifften, deren originalien vorhanden sein. Daraus klärlich zu sehen, wie partheyisch, widerrechtlich und gewalt-

thatig mit der vorhabenden nichtigen Achtserklerung und Execution in der Böhmischen sachen verfahren werde. 1620. in 4. folior. 23.

7. Die andere und grosse apologia der stände des Königreichs Beheimb, so den Leib und blut unsers Herrn und Heylandes Jesu Christi unter beyder gestalt empfahen, aus Behemischer Sprache in die Deutsche allen Liebhabern der Wahrheit zum besten nach Notturfft vermehret, vorbessert, und in Druk vorfertiget. Neben einem zu ende angehengten Chursächsischen Testimonio von den Jesuiten, und ihren früchten. Anno 1619. in 4. sine l. supra duo alphab. M.

Præcessit igitur alia apologia ejusdem argumenti, ut titulus indicat, & sequens scriptum, quod ad priorem responsio est, testatur.

8. Erhebliche Beschwerung der Röm. Kays. Majestät, über der Böheimischen sub utraque unverhofften Aufftand. Item ausführliche Erklärung, auff die Böhmische apologiam sampt den darzu gehörigen Beylagen, und Majestät Brieff. Ferner zwey Keyserl. Schreiben, so den 23. und 27. Junii an Die Herren Directores zu Prag abgangen. Darbey das Keys. Schreiben angeschlagenen Patent, wegen abstellung der Böhemischen Werbung. 1618. in 4. folior. 39. M.

9. Zwen Discurs. Der erste, was die löbliche stände des Ertzhertzogthumbs Oesterreich ob der

Ens, sonderlich die drey Evangelische Politische ständ bey jetzigen gefahrlichen Zustand, fürnemblich zubedenken, und ob sie in die Begehren so von Hof aus an sie gesucht worden, willigen, oder sich davon entschuldigen wöllen. Der andere, über des Chursächsischen Abgesandten den Böhmischen Herrn Directorn gethanen Vor-und Anbringen in puncto suspensionis der waffen und würcklichen interposition, so in der statt Eger den 20. (30) Jenner gehalten, und von Chursachsen, als eim Directorn derselben, ausgeschrieben werden will. 1619. in 4. pagg. 16. M.

10. Kurtzer Extract aus Herr Paul Gräbners conjecturen anno 1572. vom newen stern publiciret. Gedruckt im Jahr 1619. in 4. folior. 4.

11. Böhmischer Königlicher Einzug und Chrönung, welchen der Durchleuchtigste grosmächtigste Fürst und Herr, Herr Friderich der Erste dis Namens, König in Böheimb, Pfaltzgraff bey Rhein und Churfürst, Hertzog in Bayern &c. zu Prag gehalten, und darauff den 4. Novembr. newen Calenders daselbst zum Böhmischen König statlich und herrlich gekrönet worden. Gedruckt zu Prag in Jahr 1619. in 4. folior. 6.

12. Böhmische Bibel, oder schau-spiegel, so aus heyliger schriefft zusammen verfasset, sehr tröstlich zu lesen. Erstlich gedruckt zu Prag bey Johannes Armgart im Jahre 1620. in 4. folior. 8.

ter ſein könne, oder nicht? ſampt angehengkten Extract ex Actis des zu Augſpurg gehaltenen Reichs Tags im Jahr 1548. das Königreich Böheimb betreffend. 1620. in 4. folior. 8.

16. Conſideratio cauſarum hujus belli, quod anno Domini 1618. in Bohemia, velut incendium horrendum exortum, & in hunc usque diem in Imperio Chriſtiano gliſcens, ipſam Dei civitatem vaſtando conſumeret, niſi Dei manus, & bonorum virtus immineret. Quondam ſcripta ad petitionem unius illuſtriſſimi, jam in lucem miſſa ad informationem eorum, qui cauſas iſtas nondum ſatis exploratas habuerunt, & peccando, de iis, ut plurimum ſiniſtre judicarunt. *Felix, qui potuit rerum cognoſcere cauſas.* Cic. ad Attic. *ſemper cauſæ eventorum magis movent, quam ipſa eventa.* Non quis? ſed quid? In Libertate. Anno 1647. in 4. M. pagg. ſine indice 221.

Hæc fere libuit mihi ad hunc articulum congerere: ſunt nobis complura alia hujus argumenti, quæ olim ſcripturis hæc tempora non mediocriter ſubſervire queant.

BOLSECUS Hieron. De *Joannis Calvini*, magni quondam Genevenſium Miniſtri, vita, moribus, rebus geſtis, ſtudiis, ac denique morte hiſtoria: ad RR. archiepiſcopum, & Comitem Lugdunenſem, per Hieron. Bolſecum, Medicum Lugdunenſem deſcripta, & nunc ex Gallico ejus Pari-

siis impresso exemplari Latine reddita. Coloniæ apud hæred. Jacobi Soteris. 1582. in 8.

Hæc altera & *perrara* editio Latina est, cum prior eadem forma ibid. anno 1580. apud Ludov. Alectorium, & hæredes Jac. Soteris prodierit. Author, Dedicatione ad Petrum de Espinaco Archiepiscopum, & Comitem Lugdunensem, ac præfatione præmissa, hoc carmen ad Lectorem subjungit.

Jam dudum latui, & silui satis: exeo tandem,
Et loquor intrepidus, Bezæ commenta revincens
Falsa; quibus Sanctum Christi deturbat ovile.
Nitere doctrinæ Patrum veterum optime Lector;
Pelle novos impostores, qui toxica melle
Fucato obducunt. Cur vincit opinio verum?

BONANI (Philip. Soc. Jesu,) Ordinum Religiosorum in Ecclesia militanti Catalogus, eorumque indumenta in Iconibus expressa. Pars I. Romæ Typis Ant. de Rubeis. 1706. in 4. Lat. & Ital.

——— Pars II. Romæ Typis Georgii Plachi. 1707. in 4.

——— Pars III. Complectens aliquos in prima editione omissos; diversa etiam Alumnorum Collegia, & Fæminarum Congregationes; & cum Iconibus. Romæ apud eund. 1710. in 4.

——— Ordinum Equestrium & Militarium Catalogus in Imaginibus expositus, & cum brevi narratione oblatus Clementi XI. Pont. Max. Ro-

mæ Typis Georgii Plachi cælaturam profitentis 1711. in 4.

BONANI (Philip.) La Gerachia Ecclesiastica considerata nelle vesti Sagre, e civili usate da quelli, li quali la compongono, espresse e spiegate con le imagini di ciascun grado della medesima. In Roma nella stamperia di Giorgio Placho. 1720. in 4.

——— Recreatio mentis & oculi in observatione animalium Testaceorum, curiosis naturæ inspectoribus Italico sermone primum proposita, nunc denuo ab eodem Latine oblata, centum additis Testaceorum Iconibus; circa quæ varia problemata proponuntur. Romæ ex Typographia Varesia. 1684. in 4.

——— Observationes circa viventia, quæ in rebus non viventibus reperiuntur, cum micrographia curiosa, sive rerum minutissimarum observationibus, quæ ope microscopii recognitæ ad vivum exprimuntur. His accesserunt aliquot animalium Testaceorum Icones non antea in lucem editæ. Romæ Typis Antonii Herculis. 1691. in 4. *Pleraque Bonani minus obvia sunt.*

BONAMICUS Lazarus: Vide *Jani Pannonii*.

S. BONAVENTURA: Celebratissimi patris domini *Bonaventure* ordinis minorum, artis divine summi discussoris, & Apostolice sedis episcopi

Cardinalis in quatuor Libros sententiarum commentaria. in fol. Tomi IV. sine loco & anno.

Moguntiam indicare videtur *Nicolaus Tinctoris* de *Guntzenhausen* in epistola ad *Johanem Beckenhaub*, quæ primo Tomo operis præfigitur, his versibus :

Sic Bonaventura Lombardum luce chorusca
Illustrat, sicut solis origo solum.
Moguntine facis sic diva coire fluenta,
ut celeri Rheno Mogunus ipse coit.
Ut vicium ferri lima purgatur acuta,
Sic calamo purgas tu vitiosa libris.
Cum Bonaventura cum Petro turba Theosis
Grata tibi, pro te det pia vota Deo.

Annus vero editionis videtur fuisse 1491. hunc enim in fine Tomi IV. exhibet epistola *Jac. Wimpflingi* Sletstatensis Theologi, *ad quoslibet Theologiæ studiosos* directa; in qua ex Gersonis testimonio opus Bonaventuræ commendat. Hæc illic Gersonis sunt : *Ille Eustachius Bonaventura singulariter inter omnes Doctores Catholicos, pace omnium salva, videtur idoneus, & securissimus ad illuminandum intellectum, & ad inflammandum affectum.*

BONFINII Antonii, rerum Ungaricarum Decades IV. cum dimidia. Item appendices Sambuci. Basil. apud Joan. Oporinum. 1568. in fol.

Hæc omnium, quæ completa sit, prima editio est: de iis, quæ eam præcessere, & postea sequutæ sunt, & quibus lingvis prodierint, prolixe, & optime agit Georg. Jeremias Hanerus junior, de scriptor. rer. Hung. & Transsilvanicarum pag. 79. &c. Nostram hanc Joan.

Sambucus dedicat Maximiliano II. Hung. & Boh. &c. regi, dum annum ætatis ageret sextum, & tricesimum. A quibus libros reliquos, qui priori editioni deerant, nactus fuerit, in dedicatione his verbis indicat: Nam *XV. libros adjeci, quorum decem e bibliotheca Dominorum Revay, cum aliis, credo, comunicati, ad me pervenere: quinque posteriores - - - antistes Varadiensis, Franciscus Forgách ante paucos annos Oporino, typographo Basiliensi, a Christophoro Trecio primum communicatos liberaliter mihi detulit.* Illud Sambuci *credo*, cum ambiguum sit, explicandum puto. Certe jam multo ante id, quod Bonifinio defuit, ex parte communicatum fuit *Sigismundo Tordæ*, viro docto, ac præstanti. Fidem ejus facit epistola Joannis Revay ad illum data, quam ex autographo sumsi, & sic habet. „ Egregio domino Sigismun„ do Thorda Præfecto Cameræ Hungaricæ &c. Nu„ per, dum essem Posonii, putabam D. V. ad invisen„ dum me venturam. Ego quidem, si per adversam „ valetudinem licuisset, ad D. V. venissem. Verum „ existimo propter diversas occupationes non potuisse „ D. V. se loco movere. Scio namque eidem non par„ vas curas incumbere. Erat mihi in animo inter alia „ rogare D. V. ut editionem Bonfinii ne longius dif„ ferret. Solicitamur enim a multis, & increpamur, „ quod opus illud tam diu suppressum teneamus. Ro„ go itaque D. V. nomine omnium fratrum, ut quan„ to fieri potest citius in lucem dare velit librum „ Bonfinii a nobis D. V. datum, nostrique honestam, „ prout promisit, mentionem faciat, quod pro suo „ erga nos amore facturam bono modo non dubita„ mus. Datum Alsolyndvæ. XXI. Maji 1562. servitor „ ac filius Joannes de Reva. „ Nec immemorem monuit, quippe Torda Maximiliani regis etiam hortatu incensus jam ante opus typo paratum habuit quam a Revayo litteras accepisset: una illum morabatur dedicatio, quam Maximiliano apparabat. Itaque Thomam

Nadasdium regni Palatinum, cujus judicio, & prudentiæ plurimum deferebat, ea de re per litteras consuluit. Excerpo eam, quæ huc facit, partem ex autographo. „ Tenet memoria D. V. illustrissima, me an-
„ no superiore egisse Viennæ diligenter de editione
„ quartæ Decadis Marci Antonii Bonfinis, quæ res
„ gestas Mathiæ regis complectitur: ac serenissimum
„ regem Maximilianum injunxisse mihi, ut remoto
„ omni scrupulo eam edendam curarem. Ab eo tem-
„ pore diversa me mandata Sac. Cæs. Maiest. impe-
„ ditum distinuerunt, nec idoneorum typographorum
„ erat copia. Scripseram Joanni Oporino Basileam;
„ is tarde respondit, & ejus litteræ tardius mihi sunt
„ redditæ: quibus acceptis, succisivis horis in curam
„ editionis incubui, nec ea jam differri in longum
„ potest. Rex exspectat, & multi in aula non postre-
„ mæ auctoritatis mire eam solicitant. Ac proxime
„ Lincii in se recepit rex onus impetrandi privilegium
„ typographo Oporino, & vectigalium immunitatem
„ ab excelsa Imp. Majestate. Ideo post, quam redii,
„ epistolam dedicatoriam scripsi ad serenissimum re-
„ gem Maximilianum. Illam limatissimo D. V. illustris-
„ simæ judicio subjiciendam duxi, ideoque per hunc
„ tabellarium eidem misi legendam, & corrigendam.
„ Nam ei, qui aliquid ejusmodi in lucem emittit,
„ non tantum præsentium hominum, sed etiam po-
„ steritatis censura est reformidanda, quam ego certe
„ pertimesco, ut qui vires meas probe cognitas ha-
„ beam. Neque mihi aliquem alium aristarchum quæ-
„ rendum putavi, quum sciam, apud nos vivere ne-
„ minem, qui vel judicio, vel rerum usu illustrissimæ
„ D. V. possit comparari. Oro itaque ne gravetur ali-
„ quid temporis publicorum negotiorum tractationi-
„ bus subducere, huicque lectioni, & emendationi
„ tribuere. Reliqui autem margines ad id amplos,
„ ut censuram suam possit illustrissima D. V. annota-
„ re. Hoc ut facere velit, etiam atque etiam per-

„ quam diligenter peto. - - Illud adjicio, ut censu-
„ ram absque indulgentia exercere velit, quantum
„ honori meo consultum cupit, cupit autem profe-
„ cto de sua clementia, non ex meo merito. Dicam
„ autem, quas ad res judicium illustrissimæ D. V. re-
„ quiram. - - - Primum est, quod ad totum
„ scripti corpus attinet, an id sit futurum aptum,
„ an ineptum? an retinendum videatur, an aliud
„ conficiendum? alterum, num quæ in eo sint,
„ quæ offensionem sint allatura? de quibus autem id
„ metuam, D. V. illustriss. intelligit. Erit autem opti-
„ mum, ut ea signentur, si quæ sunt ejusmodi. Ter-
„ tium potissimum reformido, ne laudes regis Mathiæ
„ ejusmodi offensionem parituræ sint. Ideo eas laudi-
„ bus serenissimi mei regis Maximiliani temperandas
„ duxi, quod feci in dedicatione. Particularia illa
„ sunt: ad descriptionem personæ regis Mathiæ in-
„ digeo judicio D. V. an ita se res habuerit, quæque
„ in eo recte sint posita, quæ minus veritati con-
„ gruant: item, vellem scire effigiem, & conformatio-
„ nem, lineamenta, formamque oris, vultus, totius
„ habitus: illud etiam desidero cognoscere, si eam
„ habet illustriss. D. V. notitiam, quinam docti ho-
„ mines ex Italia præcipue apud regem Mathiam fue-
„ rint? Quod attinet ad laudes regis Maximiliani,
„ num quæ habet D. V. specialia, quæ arbitretur, eis
„ apte inseri posse, seu unde, a quibus rebus, &
„ causis putet illum præcipue laudandum? Ne singu-
„ la prolixe pertexam, signavi in margine, quid,
„ quove in loco requiram? supra alia sua merita, &
„ clementiæ argumenta, hoc summum in me bene-
„ ficium collocaverit. - - - Præsens vero scriptum
„ velit, quæso, apud se secreto habere, atque alios
„ celare, & mihi ita, ut præmisi, correctum & ca-
„ stigatum mature remittere. Namque Oporinus po-
„ stulat ad se transmitti Bonfinem cum adjunctis aliis
„ ad mercatum vernum Francofordiensem, id quod

„ ex ejus litterarum exemplo cognoſcet , quod his
„ annexum eidem miſi. Mercatus vero vernus ſolet
„ haberi Francofordiæ ad diem palmarum. Multa au-
„ tem mihi incumbunt interea præparanda. Metus eſt,
„ ne , ſi ad eum mercatum hæc a me Oporinus non
„ acceperit, aliis operam ſuam, locet. &c. Poſonio XI.
„ Febr. 1562. devinctiſſimus ſervitor Sigismundus Torda.
Cur rebus ad prelum jam paratis , editio adhæſerit,
mors Palatini, qui IV. Non. Junias eodem anno obiit,
in cauſa erat. Ne autem cuiquam ſuſpicio plagii , in
quam olim fere inclinabam, de Sambuco oboriatur ,
neceſſe eſt , Oporini epiſtolam, cujus Torda mentio-
nem facit, hic attexere, quæ ex parte etiam Sambuci
dedicationem illuſtrabit. „ Quod Oreſtis tui adhuc
„ meminiſti clariſſime domine Geloe (*Torda*) & eam
„ editionem a me factam adhuc boni conſulis , tuam-
„ que operam etiam ultra offers, non poſſum non &
„ magni facere, & multum me tibi debere , ingenue
„ fateri , atque agnoſcere. Ceterum, quantum ad Bon-
„ finium attinet, & quartam ejus decadem , ſcias me
„ ante paucos menſes iterum libros aliquot , neſcio ,
„ quartæne , an alterius decadis, accepiſſe a Chriſto-
„ phoro Trecio Vngaro , ſive Polono , qui item ur-
„ gebat editionem totius Bonfinii hiſtoriæ , etiam ejus,
„ quæ antea per Brennerum eſt edita. Nactus autem
„ fueram prius Sambuci rerum Ungaricarum epito-
„ men, Viennæ cum privilegio editam , quam item
„ cupiviſſem Bonfinii hiſtoriæ addere , niſi privile-
„ gium ad annos , neſcio quot , obſtaret. Jam vero
„ ex Alexandro intellexi , tuam illam non Sambuci
„ eſſe. Itaque oro , ſi & tibi, ut mihi, placet, illam etiam
„ recognitam ad me perferri ad proximum mercatum
„ vernum cures Francofordiam. Nam hac hyeme
„ plus ſatis occupatus ſum in aliis jam pridem coe-
„ ptis , tandem abſolvendis. Nihil vero mihi gratius
„ fuerit , quam hac in re tibi, & rei publicæ, ſimul-

que

„ que sereniſſimo regi Maximiliano, ac invictiſſimo
„ Cæſari Ferdinando gratificari. Sed ſimul impetrari
„ mihi a Cæſarea Majeſtate privilegium cupio, idque
„ tua ope, ne, ſi ego magnos ſumptus primus fa-
„ ciam, alius poſtea fructum laborum, & ſumtuum no-
„ ſtrorum intercipiat, & recudat. Bene vale. Franco-
„ fordiæ XV. Septembris. 1561.

Joannes Oporinus
Typographus Baſileenſis.

BONGARSII (Jac.) Rerum Hungaricarum ſcriptores varii, Hiſtorici, Geographici, ex veteribus plerisque, ſed jam fugientibus editionibus revocati: quidam nunc primum editi. Francof. apud hæredes Andreæ Wechelii, Claudium Marnium, & Joan. Aubrium. 1600. in fol. M.

Editio quidem *rara*, ſed quæ jam auctior curante Cl. Georgio Schwandtnero in III. Tom. 1746. prodiit. Non eſt autem dubium, quin antiquis, rarisque monimentis adhuc augeri poſſit.

BONHOMII (Franc.) Antiquorum Patrum ſermones, & epiſtolæ de *S. Euſebio* Epiſcopo Vercellenſi, & Martyre, ex Codice manu ſcripto veteri Tabularii Eccleſiæ Vercellenſis: Priſcorum item Patrum, & aliorum Authorum teſtimonia de eodem. Vita præterea ejuſdem ex antiquiſſimis, recteque exaratis Eccleſiæ Vercellenſis Tabulis, omnique monumentorum genere, luculente contexta. Quæ omnia ob ſolemnem illius Martyris translationem accurate conquiſita, J. Franciſci Bonhomii Epiſcopi juſſu edita ſunt. Gregorio XIII. Pont.

M

ci, Syri, Chaldæi, Hieronymi, ac Rabbinorum conferuntur, atque istorum consensu, aut confutatione confirmantur. Londini Typis Richardi Bishopii, & Jac. Junii. 1644. in 4. *Liber rarus.*

BORBONII (Nicolai) Nugarum libb. VIII. Paris. 1533. in 8. *Editio rarissima.*

BORDINI (Franc. Corrigiensis,) artium & medicinæ Doct. Bononien. publici Mathematici, Quæsitorum & Responsorum Mathematicæ disciplinæ ad totius universi cognitionem spectantium Chilias. Ex quibus, quæ ad sphæræ, Cosmographiæ, Geographiæ, Theoricamque Planetarum, aliarumque affinium scientiarum universalem attinet contemplationem, exactissime, & brevissime explicantur. Bononiæ Thypis Alexandri Benatii. 1573. venia superiorum accepta. in 4. *Editio nitida, & rara.*

BORGIÆ (Francisci,) Candiæ Ducis, & Præpositi generalis Soc. J. opuscula. 1. Sermo in illud Evangelicum; *ut appropinquavit Jesus &c.* Luc. XIX. 2. operum Christiani hominis Speculum. 3. collyrium spirituale. 4. Præparatio ad Sacram Eucharistiam. 5. Exercitatio spiritualis ad sui cujusque cognitionem. 6. In canticum trium puerorum *benedicite omnia opera Domini Domino.* 7. De ratione concionandi libellus. Antverpiæ 1597. in 8.

Libellus ita *rarus*, ut in omnibus bibliothecis Soc. J. per Hungariam hoc unum exemplar repertum sit. Conjuncta est vita ejusdem Sancti, interprete Andrea Schotto S. J. ex Hispanico, quam dicat Carolo Borgiæ, Francisci pronepoti: opusculis præmittit hexastichon Aurelius Ursus Romanus: finem faciunt heroici versus Joan. Versozæ Cæsaraugustani.

BORHAI (Martini) Stugardiani in tres Aristotelis de arte dicendi libros Commentaria. *Hermolai Barbari* eorundem versio cum Græco textu capitibus suis distincto, & figuris Aristotelicam methodum indicantibus illustrato. Basil. ex officina Jacobi Parci, impensis Joan. Oporini. 1551. mense Septemb. in fol. *Liber infrequens.*

BORRI (Christoph. e Soc. Jesu,) Relatio de Cocincina. Viennæ Austriæ excudebat Michael Rictius in novo mundo. Cum mappa Geographica. 1633. in 8.

Hic fere primus est, cui in rebus politicis, geographicis, & religionis illius regni tuto credi possit.

BORRINII (Antonii,) Tractatus feudalis de Cavalcata, & Vasallorum servitiis, pacis & belli tempore præstandis. Principibus, Vasallis, ac subditis utilis, & necessarius: nec non iis, qui in foro, & scholis versantur. &c. Spiræ typis Heliæ Kembachi. 1614. in 8. *Liber singularis & rarus.*

BOSCHI (Hyppoliti) de vulneribus a bellico fulmine illatis tractatus. Ferariæ apud Victorium Baldinum. 1596. in 4. *Liber infrequens.*

BOSII (Jac.) Dell'Istoria della sacra Religione, & illustrissima militia di san Giovani Gierosolimitano. Partes II. In Roma nella stamperia Apostolica Vaticana. 1594. in fol. *Editio prima, & perrara.*

BOTALLI (Leonardi,) de curandis vulneribus sclopetorum. Lugduni apud Gulielm. Rovillium. 1560. in 8. *Liber raro obvius.*

BOTOREI (Rodolphi,) nec non *Petri Matthæi* Historiopolitographia, sive opus Historico-politicum, in quo res toto pene orbe hisce proximis annis gestæ, luculentissimis commentariis historicis, & observationibus simul, ac discursibus politicis - - illustrantur &c. Francof. 1610. in 4. *Raris accensetur a Vogt.*

BOZII (Thomæ,) De signis Ecclesiæ Dei. Tomi. II. Colon. Agrippinæ apud Joan. Gymnicum. 1593. in 8.

BOZII (Thomæ) de robore bellico, diuturnis & amplis catholicorum regnis Lib. I. adversus Machiavellum. Colon. 1594. in 8.

——— De imperio virtutis, sive imperia pendere a veris virtutibus, non a Simulatis Libb. II. adversus Machiavellum. Colon. 1594. in 8. *Pleraque Bozii rarioribus adnumerantur.*

BRADWARDINI (Thomæ,) Archiepiscopi Cantuariensis, de causa Dei contra Pelagium, & de veritate causarum ad suos Mertonenses Libri

III. jussu Reverendiss. *Georgii Abbot* Cantuariensis Archiepiscopi, opera & studio D. *Henr. Savilii*, Collegii Mertonensis in Academia Oxoniensi Custodis, ex scriptis codicibus nunc primum editi. Londini ex officina Nortoniana, apud Joan. Billium. 1618. in fol. *Raritatis notam habet in catal. biblioth. Sam. Engel.*

BRAHE (Tychonis Dani,) Epistolarum Astronomicarum Libri. Quorum primus hic illustriss. & laudatiss. Principis Gulielmi Hassiæ Landgravii, ac ipsius Mathematici litteras, unaque responsa ad singulas complectitur. Cum Cæsaris, & Regum quorundam privilegiis. — Vraniburgi ex officina typographica Authoris. 1596. in 4. maj.

Dicat opus Mauritio Landtgravio : dedicationem præcedunt carmina in laudem Tychonis ab Alberto Voito Borusso, Nathanele Chytræo, Henrico Hoiero, Antonio Riccobono, Oliverio Tubanello Italis, & Martino Plecio facta. Testatur Kepplerus, Tychonem etiam Librum II. & III. molitum, ac illius partem aliquam jam edi cœptam fuisse, sed destinationem postea adhæsisse, & exemplaria Libri I. quæ supererant, vendita esse Godefrido Tampachio bibliopolæ Francofurtensi; qui idcirco, ut exemplum nostrum in fronte operis exhibet, de suo adjecit: *Imprimebantur Vranoburgi Daniæ, Prostant Francofurti apud Godefridum Tampachium.* 1610. Hinc facile Niceron in errorem induci potuit, ut Librum I. epistolarum Francofurti repressum esse putaret.

——————— astronomiæ instauratæ progymnasmata, quorum hæc prima pars de

restitutione motuum solis, & lunæ, stellarumque inerrantium tractat. Et præterea de admiranda nova stella anno 1572. exorta luculenter agit. - De mundi Ætherei recentioribus phoenomenis, Liber II. cum Cæsaris, & regum quorundam privilegiis.— Vraniburgi in insula Hellesponti Danici Hvenna imprimebat authoris typographus Christophorus Weida. 1588. in 4. maj.

Primam partem, seu Librum, Rudolpho II. Imperatori, hæredes Tychonis, Lib. II. Joanni Barvitio Cæsareo Consiliario, Franciscus Gansneb Tengnagel, inscripsere. Idem fere operi huic, quod libro I. epistolar. videtur accidisse. Nam Uranoburgi quidem edi cœptum est, sed Pragæ absolutum in manus ejusdem bibliopolæ Tampachii pervenit: sic enim diserte titulus exprimit: *Excudi primum coepta Vranoburgi Daniæ, ast Pragæ Bohemiæ absoluta. Prostant Francofurti apud Godefr. Tampachium.* 1610. utriusque operis *editio rarissima* est, vixque putem, illam alibi in Hungaria exstare.

BRANT (Sebastianus.) Stultifera navis. Narragonie (sic) profectionis nunquam satis laudata navis, per Sebastianum Brant. vernaculo vulgarique sermone & rhythmo pro cunctorum mortalium fatuitatis semitas effugere cupientium directione, speculo, commodoque & salute: proque inertis ignaveque stultitie perpetua infamia, execratione, & confutatione nuper fabricata. Atque jam pridem per Jacobum Locher: cognomento philomusum: Suevum: in latinum traducta elo-

quium: & per Sebaſtianum Brant: denuo ſeduloque reviſa: felici exorditur principio. Ad calcem vero operis. Finis Narragonice navis per Sebaſtianum Brant vulgari ſermore theutonico quondam fabricate: atque jam pridem per Jacobum Locher cognomento philomuſum in latinum traducte: perque pretactum Sebaſtianum Brant denuo reviſe: aptiſſimisque concordantiis, & ſupplantationibus (ſuppletionibus) exornate. In laudatiſſima Germanie urbe Baſilienſi, nuper opera & promotione Johannis Bergman de Olpe. Anno ſalutis noſtre Milleſimoquadringenteſimononageſimoſeptimo (ſic) (1497.) Kalendis Martiis. Vale inclite lector. His ſubjungitur *Regiſtrum* foliorum 2. & medii, tum vero: Finit Regiſtrum ſtultifere navis Impreſſus in imperiali urbe Auguſta per Johannem Schenſperger. Anno ſalutis noſtre Milleſimoquadringenteſimononageſimoſeptimo. (1497.) Kl. Aprilis. in 8. folior. absque regiſtro 145. cum figg. *Opus rariſſimum.*

In poſtrema pericope reor exempli noſtri & locum, & annum editionis contineri, quod ad normam editionis Baſileenſis exſcriptum fuerit. Niſi quis forte putet, ſolum *regiſtrum* Auguſtæ, cetera autem Baſileæ impreſſa fuiſſe: cui ſuſpicioni tamen æqualitas typi, & chartæ omnino refragatur. Clement tres editiones ejusdem anni 1497. cenſet: Argentinam *calendis Junii*; quam primam eſſe putat: tum Baſileenſem *calendis Auguſti*; & tertiam ſine loci, & anni indicio.

Nostra, hoc est, Augustana, illum latuit. Prima igitur omnium fuit Basileensis *calendis Martiis*, ad quam Augustana se revocat, secundus locus nostræ Augustanæ sine dubio debetur. Hæc inchoat ab epigrammate Jac. Locheri ad lectorem: sequuntur, epistola & carmen ejusd. ad Sebast. Brant: Saphicon (registrum male exprimit *Seraphicon*) ejusdem. Locheri, excusantis sui ingenii parvitatem: ejusd. epigramma in Narragoniam; & ad Joan. Bergmannum decatostichon: Sebastiani Brant exhortatio subeundæ profectionis narragonicæ e barbaria in latiale solum ad Jac. Locherum: ejusd. Sebast. Brant celeusma in narragonicam profectionem: prologus Locheri in narragoniam: hecatostichon in præludium autoris, & libelli narragonici: denique argumentum in narragoniam. Hic ordo paululum variat ab eo, quem Clement ex editione Basileensi indicavit. Ceterum operis ipsius œconomia, quanta est, satyrica est. Exemplo sint ii, qui domestica fastidiunt, & studiorum causa ad exteros proficisci amant: de his ita canit:

Hic volat ad Viennam, tenet hunc Erfordia magna;
Hunc Basilea fovet, Lyps illum barbara tellus,
Hic mare sulcavit, gentes hic vidit Iberas,
Vidit & hic Gallos, & magnæ mœnia Romæ,
Ad patrios tandem redeunt sine laude penates,
Et sine doctrina, cappas cervice superba
Gestant &c.

Malui pro specimine hunc locum exscribere, quam quem Clement nobis exhibet de monachis & clericis, quod illum magis, quam hunc ad rem litterariam pertinere putabam.

BRANT (Sebast.) Navis stultifera &c. — Navis stultifere opusculum finit: Impressum per Ni-

colaum Lamparter. Anno &c. M. CCCC. VI. (sic) (1506.) die vero XXVI. mensis Augusti. in 4. folior. 107. *Editio admodum rara.*

Titulus ab nostro exemplari abest: folium secundum exhibet Jodoci Badii præcentus in stultiferas naves, qui post indicem in fine epigramma quoque extemporaneum adjecit, ex quo perspicuum fit, eum, relicta Locheri interpretatione, novam adornasse. Præter carminis genus, quod a Locheri variat, subjungit ubique commentarium: nec tituli iisdem verbis efferuntur, nec congruunt semper icones, si id non nunquam fit, ita exhibentur, ut, quæ in editione Augustana intuentibus dextrorsum, hic contra sinistrorsum aspectabilia sint. Ut de titulis aliquid dicam: secundum Augustana exprimit: *de bonis consiliis*: hæc autem: *de iniquis judicibus*, etsi utrobique eadem materia pertractetur. Varietatem carminis ut ostenderet Clement, exscribit titulum 71. ex Badiana versione *de ineptis Clericis*: eique commentarium ejusdem Badii subjungit, quem a viro docto omissum cuperem. Ego titulum 99. *de facile credentibus* exhibeo.

Locheriana versio:

Hic animum levitatis habet, qui credere verbis
Omnibus usque solet: patulasque accommodat aures &c.

Badiana:

Qui cito credit levibus susurris
Non vacat culpa: quod enim malorum
Vis regnat, licet haud probata
credere nulla.

BRANT (Sebast.) Expositio titulorum. Expositiones, sive declarationes omnium titulorum

Juris tam civilis, quam canonici per celeberrimum, ac diligentissimum virum Sebastianum Brant collectæ, & revisæ. Et de modo studendi in utroque jure: cum nominibus omnium scribentium in Jure. Venundantur Lugduni apud Stephanum Maillet in vico Mercuriali. 1540. in 8.

Primam omnium editionem Maittaire detexit in catal. Kilmansegg: quæ anno 1490. Basileæ prodierit: ab hac Freytag sex alias censet, Basileenses duas, anni 1504. in 4. & eadem forma anni 1515. Lugdunensem an. 1538. & 1543. in 8. Venetam an. 1564. rursus Lugdunensem 1578. utramque in 8. Nostra igitur Mailletiana, cum illius non meminerit, videtur illum latuisse, uti Basileensis quoque anni 1518. in 4. cujus catal. biblioth. Collegii Posoniensis meminit, necdumque in nostram illata est.

BRANT (Seb.) Von den losen Füchsen dieser Welt, gantz Kurzweilich zü lesen, und auch allen Menschen nützlich zü wissen. Gedruckt zü Frankfort bey Herman Gylffreich im jar (15) 46. in 4. cum figg. M.

Prodiit idem opusculum jam prius Gallice, ut Bauer ex Osmont notat, anno 1522. Belgice autem anno 1525. ut integer titulus mei exemplaris indicat his verbis: *seindt für 31. jaren auff niderlendische Sprach beschrieben, und gedruckt: jetzt aber in güte teutsche Sprach transferiert.* Authoris quidem nomen libello non est præfixum; sed cum præmittantur latini elegi a Brantio facti, & titulus cum Gallico; *les Renards traversant &c.* congruat, non dubitavi, opusculum hoc Brantio tribuere.

zu Regenspurg gegen Hertzog Heinrich von Braunschweig, der sich den jüngern nennet, vormeinten Verantwortung des unmenschlichen eingerissenen Mordbrennens halber weiter übergeben ist worden. 1541. itidem sine loci indicio. *Utrumque scriptum perrarum est.*

BREDENBACH (Mathiæ) De dissidiis, quæ nostra hac tempestate tanto cum terrore jactant Ecclesiæ nomen: a quo, & quibus rationibus hæc sint excitata, & qua - - ratione videantur posse componi, ad universos viros doctos, quarumcunque illi vel partium sint, vel opinionum, & fratres in Christo charissimos, pacis Dei amatores. Coloniæ apud Gvaltherum Fabricium. 1557. in 8.

Hoc illud opusculum est, quod authori invidiam conflarat, quasi acerbius, quam par erat, in Lutherum scripsisset. Itaque a Duce Cliviensi vetitus est, ne quid porro contra Augustanam confessionem moliretur, ut Jöcherus refert. Id ei occasionem videtur præbuisse, ut opusculum ederet hoc titulo: *Apologia de eo, quod quibusdam visus est acerbius in Mart. Lutherum scripsisse. Colon.* 1560. Hanc Bauer inter *raras* locat, nec minus *rarum* est prius scriptum, quod huic occasionem dedit.

BREMEN: Index, und kurtzer Bericht auff den von der Stadt *Bremen* wegen ihres affectirten Reichsstädtischen Prædicati eingeschobenen Abdruk etlicher Documenten, und vermeintlich beschehenen Remonstration. Zu Stewer der War-

heit, und Hindertreibung des von solcher Stadt fälschlich eingebildeten Status immediati, & a Ducatu Bremensi separati. Von den Königl. Schwed. auff gegenwertigen Reichstage anwesenden Gevolmächtigen Gesanden, gemelter Remonstration entgegen gesetzet. Im Monath Novembri. 1653. in 4. M. sine loco, folior. 32. *Libellus rarus.*

Brentii (Joan.) Die rechte und wahrhafftige auslegung des gantzen Gesatz Gottes, allen Menschen von nötten zu wissen. Getrückt zu Hagenau bei Veltin Robian. 1539. in 4.

Aliqua ex Brentii scriptis *rarioribus* adnumerantur, pleraque *minus obvia* sunt, præsertim in Catholicorum bibliothecis.

——— Von Gehorsam der underthonen gegen irer Oberkeit. Geprediget zü Schwebischen Hall. 1525. in 4.

——— In Leviticum Librum Mosi commentarius. Francof. ex offic. Petri Brubachii. 1542. in fol.

——— In Evangelii, quod inscribitur, secundum Lucam, XII. priora capita Homiliæ CX. Ejusd. Homiliæ LXXX. in XII. posteriora capita, ac in historiam Passionis, & Resurrectionis Christi. Francof. apud Pet. Brubachium. 1543. in fol. Idem ibid. 1545. in fol.

——— In Exodum Mosi commentarii. Halæ Svevorum ex offic. Pet. Brubachii. 1544. in fol.

BRENTII (Jo.) Job cum piis & eruditis commentariis ab ipso authore recognitus, atque restitutus. Halæ Svevorum per Petr. Frentzium. 1546. in fol.

———————— In Acta Apostolorum, Homiliæ CXXII. Francof. ex offic. Pet. Brubachii. 1546. in fol.

———————— Evangelion, quod inscribitur, secundum Joannem, ad historiam de Lazaro a mortuis suscitato LXXXII. Homiliis explicatum. Halæ Svevor. apud Pet. Frentz, & Pet. Brubachium. 1546. in fol.

———————— Esaias Propheta commentariis explicatus. Francof. ex officina Petri Brubachii. 1550. in fol.

———————— Præpositi Stutgardiani opera omnia. Tubingæ excudebat Georgius Gruppenbachius. 1576 — 1590. in fol. Tom. VIII.

B. BRIGIDA: He sunt quindecim collecte, sive orationes illius preclarissime Virginis beate Brigide: quas ante imaginem crucifixi domini nostri Jesu Christi indies devotissime dicebat. in 8. sine loco & anno. folior. 7. *Typus Gothicus informis.*

BRISONI (Hieron.) Le compagne dell' Ungheria de gl' anni. 1663. e 1664. Venet. 1665. in 4. *Libellus in Hungaria perrarus.*

BRISTOI (Richardi) Vigorniensis Veritates aureæ S. R. Ecclesiæ auctoritatibus veterum omnium Patrum, Historicorum, ac Conciliorum ita stabilitæ, & confirmatæ, ut nullum vix opus accommodatius vel ad hæresim detegendam, ac abjurandam, vel ad fidem catholicam contra adversarios tuendam manibus hominum teri possit. Duaci ex officina Baltasaris Belleri. 1616. in 4. *Opus infrequens.*

BRODAEI (Joan.) Turonensis Miscellaneorum Libri VI. in quibus præter alia scitu dignissima plurimi optimorum authorum tam Latinorum, quam Græcorum loci depravati hactenus, restituuntur. &c. Basileæ. 1559. in fol.

Clement ex Theoph. Sinceri Nachrichten memorat editionem Basileen. in 8. sine anni nota: rursus aliam, quæ Basileæ an. 1555. in 8. prodierit; de nostra nihil memorans, quæ illum sine dubio latuerit.

BROICKWY (Ant.) a Koninckfteyn, viri doctissimi, & observantiæ regularis Novimagensis Gardiani, eruditissimarum in quatuor evangelia enarrationum nunc primum ex archetypo excerptarum. Pars II. Eucharius excudebat impensis Petri Quentel. 1539. mense Augusto. in 8.

Nuncupat hanc partem *Illustriss. Principi, ac D. D. Gulielmo Duci Juliacensi, Gelriensi, Clivensi, Montensi, Comiti Marckensi, Zuthpaniensi, Ravenspurgensi, ac Domino in Ravensteyn.* Priori parte caremus: opus, si integrum esset, merito *perraris* accensendum.

accenſendum. Author aliis ſub nomine Konigſtein memoratur.

BRUDZEWO (Alberti de) commentariolum ſuper Theoricas novas Gorii Purbati (Georgii Purbachii) in ſtudio generali Cracovienſi pro introductione juniorum corrogatum. Impreſſum arte Ulderici Scinzenzeler. 1495. tertio Kal. april. Mediolani. in 4.

Epigramma, quod in fine ad Lectorem ſubjungitur, authori nomen *Proſevo* tribuit:

Si cupis ethereos motus cognoſcere lector,
Fecundi libros perlege Purbatii.
Quem modo depulſis tenebris luſtravit, & omneis
Albertus nodos Proſevo ſubripuit. &c.

Præmittitur opuſculo epiſtola Joan. Ottonis Germani de valle Vracenſe ad Ambroſium Roſatum, Ducalem Phyſicum ex Papia XIV. Kal Octob. ſine anni indicio. *Maittaire* editionem anni 1497. ſine l. ex Loeſchero, non item hanc noſtram, memorat, authoremque vocat *Andr. Grudzeoi*: quod erroneum eſſe ex noſtro exemplari patet, quod eum *Brudzewo*, & *Proſevo* appellat. Forte Loeſcherus G. pro B. quæ in Gothico typo difficulter aliquando ſecernuntur, ſuppoſuerit.

BRUGNOLI (Benedicti,) Cornucopie emendatum. — Impreſſum Mediolani per magiſtrum Johannem Angelum Scinzenzeler, ad impenſas Magiſtri Johannis de Lignano. Anno 1502. die 18. Maji. in fol.

Eſt prolixus admodum commentarius in Martialis epigrammata, & *Maittairio non viſus.*

& privilegio ſacrarum Cæſaris, ac Regis Rom. Maieſtatum ad ſeptennium. In honorem & profectum Nobiliſs. Germaniæ provinciarum, Auſtriæ, ac Bavariæ. Ex officina Franciſci Behem Typographi Moguntiæ apud S. Victorem. 1548. in fol.

Averſa tituli facies Pelicanum exhibet cum perigraphe: *ſic his, qui diligunt.* Subſcriptio autem ſic habet.

Exemplum veri Pelicanum cernis amoris
Qui reficit pullos ipſe cruore ſuos.
Sic amor eſt Chriſti, qui nobis ſanguine fuſo
Reſtituit vitam, ac in cruce regna dedit.

Hæc in cæteris ejus operibus, quæ mox referemus, cum Pelicano in fine ſubjicitur. Neſcio, qui factum ſit, ut noſtro exemplo Liber de imaginibus, & triplex index deſit. Dicat opus RR. Othoni S. R. E. Cardinali, & Epiſcopo Auguſtano, litteris ex Landeshuta V. Cal. Aug. datis.

BRUNI (Conr.) Libri VI. de Hæreticis in genere. D. Optati Afri Epiſcopi quondam Milevitani Libri VI. de Donatiſtis in ſpecie: nominatim in Parmenianum. Ex Bibliotheca Cuſana. Adjuncto utrobique indice, & brevi correctorio. Plura D. Bruni opera: utpote de ſeditioſis Libri VI. de calumniis Libri III. de univerſali Concilio Libri IX. deinceps eodem modo, & ſtudio edentur, Deo propitio, ad pacem, & utilitatem publicam. Cum gratia, & privilegio ſacrarum Cæſaris, Rom. Ma-

jeſtatum, ad ſeptennium. Apud S. Victorem prope Moguntiam ex officina Franciſci Behem Typographi. 1549. in fol.

Nuncupat opus RR. Principi ac DD. Joanni ab Iſenberg Archiepiſcopo Trevirenſi &c. Libri VI. *Optati* ſeparato titulo adjuncti ſunt, qui ſic habet. *Optati Milevitani quondam Epiſcopi Libri VI. de ſchiſmate Donatiſtarum, contra Parmenianum Donatiſtam, adverſus quem & S. Auguſtinus poſtea tres ædidit Libros. Ex Bibliotheca Cuſana prope Treverim.* „ Pſ. CXVIII. Lætabor ego ſuper eloquia tua, ſicut „ qui invenit ſpolia multa. *S. Hieronymus de viris* „ *illuſtribus:* Optatus Afer, Epiſcopus Milevitanus, „ ex parte catholica ſcripſit Valentiniano, & Valente „ Principibus adverſus Donatianæ partis calumniam „ Libros ſex: in quibus aſſerit, crimen Donatiano„ rum in nos falſo torqueri. *Cum gratia & privile*„ *gio Cæſaris & Regis Romanorum, ad ſeptennium.* „ *Apud S. Victorem prope Moguntiam ex officina* „ *Franciſci Behem Typographi.* 1549. „ Averſam tituli paginam occupant Lorichii Hadamari carmina in laudem Optati: tum Dedicationis epiſtola ad Arnoldum Monaſterii in Tongerlo Abbatem a Joanne Cochlæo ſcripta; qui in fine quoque epiſtolam ad Lectorem ſubjungit, in qua Virgilii locum de Fama excitat, huicque comparat hæreticorum facta, & progreſſum.

BRUNI (Conr.) De ſeditionibusus Libri VI. Rationibus & exemplis ex omni doctrinarum, & Authorum genere locupletati. *Joannis Cochlæi* Theologi de ſeditioſis appendix triplex contra quoſdam rebelles hujus temporis. Proverb. XXIIII. Time Dominum fili mi, & regem. Et cum de-

tractoribus non commiſcearis: quoniam repente conſurget perditio eorum. Lucæ XXI. Cum audieritis prælia, & ſeditiones, nolite terreri: oportet primum hæc fieri, ſed nondum ſtatim finis. Cum gratia & privilegio ſacrarum Cæſaris, & Regis Rom. Maieſtatum, ad Septennium. Ex officina Franc. Behem Typographi Moguntiæ apud S. Victorem. 1550. in fol.

Hanc operis partem Brunus nuncupat Ferdinando Rom. Hung. ac Bohemiæ regi. Cochlæus vero præfatur ad lectorem. Prima ejusdem appendix, quam Principi, & Senatui Reipub. Venetorum dicat, eſt *de impio, & ſeditioſo libello Trigami Apoſtatæ contra Interim.* Altera: *De excuſatione Philippi Melanthonis adverſus clamores Flaccii Illyrici, & contra calumnias Magdeburgenſium.* Tertia denique: *Contra ſeditioſa ſcripta Joannis Calvini ex Galliis profugi.* Hæc, quæ recenſuimus, opera, idcirco *rara admodum* eſſe Cl. Bünemannus perhibet, quod Typographeum Franciſci Behem anno 1552. igne penitus exuſtum fuerit.

B. BRUNONIS Epiſcopi Pſalterium ex Doctorum dictis collectum: per Anthonium Koberger impreſſum. Anno incarnate deitatis 1497. finit feliciter in 4. *Opus rariſſimum.*

BRUNORI a ſole: clariſſimorum utriusque cenſuræ Doctorum, Domini *Joannis de Deo* Hiſpani liber, qui vocatur, *Doctrina Advocatorum, Partium & Aſſeſſorum*: in quo continentur omnia fere, quæ ſpectant ad forum judiciale. Domini

Alberti Galleotti Parmensis tractatus, sive *aurea Margarita*; seu Quæstionum Summula, in qua omnes pene quæstiones in foro frequentatæ proponuntur, & magistraliter declarantur. Quæ omnia tineis excussa novissime in lucem prodeunt cum summariis ad singulas Rubricas, & capita, & indice locupletissimo omnium materiarum, quæstionum & notabilium in utroque contentorum, Summo studio ac diligentia domini *Brunori a Sole*, Jur. utr. Doct. Veneti. Venetiis 1567. in 4.

In fine additur chronotaxis Galleotti: *Explicit aurea Margarita clarissimi viri Doct. Domini Alberti Galleotti Parmensis, qui floruit anno Domini M. CC. LX.* Librum satis *rarum* oportebat sine dubio sub alterutrius authoris nomine recenseri, sed cum Brunorus utrumque in ordinem coegerit, malui illum hujus, quam illorum nomine indici inserere.

BRUSCHII (Gasp.) de *Laureaco* veteri, admodum celebri olim in Norico civitate, & de *Patavio* Germanico, ac utriusque loci Archiepiscopis, ac Episcopis omnibus Libri II. Gasparo Bruschio Egrano, Poeta Laureato, ac Comite Palatino auctore. Basileæ per Joan. Oporinum. 1553. Mense Julio. in 8.

Addita sunt ejusdem Bruschii poematia varii argumenti. Mirum est, opusculo huic nullum inter *rara* locum tribui, quem tamen jure meretur. Id, quod se *Egranum* vocat, indicio est, authorem sequutum fuisse veterem illam paræmiam: *non ubi nascor, sed ubi pascor.* Natus enim erat in *Schlackenwald*, &

Egræ, defuncta matre, educatus, in qua ſurbe Majores ſui incunabula habuere. Ex poematiis illa, quæ ad Stephanum Formbacenſem Abbatem, & Rudolph. a Weza ſcripſit, in primis ad Hungariam pertinent, ubi de captis per Turcos urbibus, præſertim Temeſvario, & Loſoncii fortitudine militari pluribus agit.

BRUSCHII (Gaſp.) Magni operis, de omnibus Germaniæ Epiſcopatibus Epitomes: Tomus primus. Contines Annales Archiepiſcopatus *Moguntini*, ac duodecim aliorum Epiſcopatuum, qui Moguntino Suffraganeatus titulo ſubſunt: Item *Babenbergenſis* Epiſcopatus ab ſomni jugo archiepiſcopali exempti. Authore *Gaſpare Bruſchio* Poeta Laureato. 1549. Noribergæ apud Jo. Montan. & Ulricum Neuberum. in 8. M. *Editio admodum rara.*

BRUTI (Jacobi,) Novocomenſis opus *Corona aurea* dictum, de immortalitate anime. Accedit tractatus *Marſilii Ficini* de triplici vita 1596. in 4. Sine loco.

Authorem Geſnerus præteriit, meminit illius tamen Jöcherus, idemque opuſculum ei tribuit, Venetiis, ut refert excuſum: locus editionis, ut indicavi, deeſt in noſtro exemplari, quod ego *perraris* adnumero.

——— Junii Stephani, Vindiciæ contra Tyrannos, ſive de Principis in populum, populique in Principem legitima poteſtate, Stephano *Junio Bruto* Celta authore. Edimburgi. 1579. in 8. *Editio rara.*

BRUTI (Michaelis Joan.) De rebus a Carolo V. Cæſ. Romanor. Imperatore geſtis Oratio. Antuerpiæ apud Joan. Bellerum ſub inſigni Falconis. 1555. in 8. M.

Orationem nuncupat *Philippo Angliæ, Galliæ, Neapolisque Regi, & Hiſpaniarum Principi.* Datum eſt Antverpiæ Calendis Auguſti ejusdem anni 1555. De Bruto hoc egi in præfat. ad Partem IV. annal. Regum Hung. quantum ad inſtituti rationem tunc attinebat: nunc ea ſupplere viſum eſt, quæ Baileo, & Mazzuchellio deſunt. Ille in anno 1590. adhæſit: hic mortuum anno 1594. aut paulo prius ſuſpicatur. Sed certum jam habemus, Brutum obiiſſe anno 1592. ante XV. Junii, ex litteris Erneſti archiducis, qui pro abſente Rudolpho rem publicam Hungariæ curabat, ad Cameram Poſonienſem datis. *Johannem Michaelem Brutum*, inquit, *vitam cum morte commutaſſe intelligimus. Quia itaque is, dum in vivis fuit, ſuæ Majeſtatis Hiſtoriographum egit, & forte ſcripta quædam in rebus per eundem ibidem derelictis exſtare poſſint, quæ ad abſolvendam plane eam, quam contexere cœpiſſe dicitur, hiſtoriam pertinebunt: ideo benigne vobis mandamus, res, & ſcripta omnia dicti Bruti ibidem exiſtentia conſcribi, & inventarium ſuperinde factum ad nos tranſmitti curetis, rebus & ſcriptis illis interim in arreſto poſitis. Datum Viennæ XV. menſis Junii, anno Domini* 1592. Obiit autem, contra, quam in dicta præfat. ſuſpicabar, apud Tranſſilvanos, ad quos bona Rudolphi venia procurrerat, ut infra dicam. Ab ejus obitu hæredes, quod ex ſtipendio illius reſiduum erat, petiere: idque Cæſar illis præberi juſſit, tametſi Camera non ſine ratione tergiverſaretur. Hujus litteræ ita habent: *De reſtantia ſalarii Egregii Joannis Michaelis quondam Bruti, ſuæ M. Cæſ. & regiæ Hiſtoriographi filiæ*

ejus Octaviæ Peuerellæ exſolvenda, quæ ſit benigna Serenitatis veſtræ voluntas humillime cognovimus. Cui quidem Camera hæc, ubi proventus uberiores redierint, obſequenter ſe ſe accommodare ſtudebit. Modo enim impendentibus aliis longe maioribus, & magis neceſſariis erogationibus nihil ei dari poteſt. Poſita autem eſt ratio de reſtantia iſta, quæ in quantam ſummam evadat, hiſce adjectus extractus docebit. Nobis ſane videretur humillime, ſi reſtantia iſta ejus hæredibus exſolvenda eſt, producenda quoque per eosdem ſcripta ejus, ad quæ ex officio ſtipendium percepit, - - - non immerito taxari poſſet, tantam pecuniam ab ipſo levatam, nullo, quod quidem nobis conſtaret, demonſtrato fructu laborum ſuorum &c. Poſonii 13. *Octob.* 1592. Ex quibus patet, Bruti filiam, cujus nuptias in epiſt. 1574. die 23. Januar. Claudiopoli data memorat, Peverello locatam, & ſtipendium pro ea ætate prorſus liberale Bruto decretum fuiſſe. Nam 1650. floreni, ut *extractus* Cameræ docet, quinquennio reſpondent; ut adeo Bruti ſtipendium ſingulis annis fuerit flor. 320. Quo fit, ut, ſi id ei rite præbitum fuit, fruſtra, quod tamen in ſuis epiſtolis facit, de penuria queratur, cum viri maioris ſubſellii non multo majus, aliqui etiam minus per idem tempus quotannis aquirere ſoliti fuerint; ut Tavernicorum, Dapiferorum, Pincernarum, Janitorum Magiſtri florenos 600. Cameræ Præfectus 560. Conſiliarii 400. Director cauſarum 384. Secretarius primus 200. ſecundus 160. Hæc exterorum cauſa notare libuit, qui ex Bruti epiſtolis perperam exiſtimant, illum pro merito in Hungaria non fuiſſe habitum.

Scripta, quæ in *arreſto* poni Erneſtus mandabat, vix fuerint Poſonii reperta: ſiquidem in epiſtolis, quæ ob hanc cauſam deinceps etiam ſcriptæ erant, nullam eorum memoriam reperi, & ſerius poſtea, hoc eſt, anno 1598. Nicolaus Iſtvanffius, ut Hiſt. ſuæ Lib. 31. meminit, illa ex Tranſſilvania, ubi Brutum quoque

faris cessisse notat, primum extulit, tametsi hæc ægre inpetrare potuerit, ut suæ Legationis rationem Cæsari scripto reddens, in hæc verba testatur: *Librum historiarum Bruti maxima cum difficultate, nec nisi coactus* (Josica Cancellarius) *per dominum Pezium*, (erat hic legationis socius) *reddidit*. Si liber is in Bibliothecam Cæsaream illatus est, tum non optima fide Cancellarium egisse, veri est simile ; cum is codex solum 1.2.3.6.7. & 9. libros contineat, meum contra apographum in spissis II. Voll. XIII. Libros complectatur, quorum postremus definit in oppugnatione Agriensi, quæ in annum 1551. incidit.

Id me monet, ut de operis oeconomia aliquid itidem adjiciam. Propositum erat Bruto illinc inchoare, ubi Bonfinius desiit, & ad sua usque tempora historiam XII. libris conscriptam perducere, tametsi postea ultra constitutum numerum excreverit. Grandis quidem molitio, sed cui pares etiam humeros afferebat. Coepit hortatu Stephani Bathory Principis Transsilvaniæ, maximi, quos ætas illa tulit, litteratorum fautoris. Principem ab electione in Poloniam consequutus, laborem ita naviter pertendit, ut anno 1579. jam absolverit IV. Libros, quemadmodum Cracovia Cal. Decemb. eodem anno ad Stephanum regem perscripsit. Materiam horum IV. Librorum, in quibus etiam nuptiæ Joannis Zapoliæ sunt, ad annum 1542. pertingere, Brutus in eadem epistola indicat. Id mihi argumento est, scriptorem nostrum, postea seriem librorum commutasse, auxisseque, quam Stephano rege defuncto in Rudolphi Imp. clientelam concesserat: nuptiæ enim Zapolianæ in exemplari quod præ manibus habeo, primum Libro IX. describuntur. Non recte rationem iniit Baile, dum IV. Libros Bruti, quantum ad molem spectant, cum tribus primis Julii Cæsaris de bello Gallico libris comparat, usus Bruti epistola anni 1580. ad Berzevicium Equitem VII. Id. Febr. data. Sic enim illic Brutus: *jam perduxi ab anno*

quinquagesimo exorsus ad Lippæ usque expugnationem - - - quod mihi opus tantum occupat, exacte enim, & diligenter sum dimensus, quantum est Cæsar materiæ a primo ad tertium usque commentarium belli Gallici complexus. Non cohærere hæc cum Libb. IV. qui ad annum 1542. pertingunt, res ab se loquitur; & recte Cl. Denisius *Merkw. der k. k. garell. Bibliothek. pag.* 403. observavit, Baileanam recensionem vitio laborare.

Usus est autem ad scribendum fontibus utcunque sinceris. Ex his fuere MSS. Commentarii de legatione Hieron. Laski ad Solymannum: Wernerus de admirandis Hungariæ aquis: Thomæ litterati ephemerides, & Francisci Forgacsii annales MSS. in quibusdam etiam Jovium sequutus, tametsi hunc sæpicule carpat. Nec nihil ad ejus operam contulit Dudythius, & Ascanii Centorii commentarii de bello Transsilvanico. Mirum tamen est, virum non satis rite ex iis hausisse: partium enim studio abreptum fuisse, alias jam monui, & ipse in epist. anni 1577. ad Cratonem diserte fatetur: *intelliges*, inquit, *venalem forte me industriam magnis regibus habere, id quod fortuna extorquet ab invito.* Ceterum optandum sane est, ut ejus historia, quam olim a typographis certatim expetitam scribit, lucem aliquando videat, sed coevis litterariis monimentis illustrata, & correcta, quod fieri citra dubium posset, si, quæ habeo, anecdota seculi XVI. ex autographis ut plurimum sumta, ederem: sed me ab hoc proposito deterret, servile illud nitide describendi onus, quod hactenus cum jactura temporis, & magno meo tædio ferre coactus fui.

BRUTI (Jo. Mich.) Florentinæ Historiæ Libri VIII. priores, cum indice locupletissimo. Lugduni apud hæredes Jacobi Juntæ. 1562. in 4.

Editio plurimorum consensu *rarissima*, quod pleraque exempla ob autoris in scribendo libertatem di-

BUCERI (Mart.) Conſtans defenſio ex Scriptura, & vera Catholica doctrina, atque obſervatione univerſalis Chriſtianæ Eccleſiæ deliberationis de Chriſtiana reformatione, quam RR. in Deo Pater, Princeps & Dominus, D. Hermanus archiepiſcopus Colonienſis, & Princeps Elector &c. jam ante publicavit: cum firmiſſima confutatione eorum omnium, quæ Clementiæ ejus adverſarii ſub titulo *Antidogmatis*, & ſub nomine Capituli Colonienſis contra eandem Clementiæ ſuæ deliberationem produxerunt &c. Genevæ ſumptibus J. Antonii Saraceni, & Alexandri Pernet. 1613. in 4.

BUCHANANI (Georgii,) Rerum Scoticarum Hiſtoria. Edimburgi. 1582. in fol. *Editio apud nos perrara.*

BUDÆI (Guliel.) Pariſienſis Conſiliarii regii de Aſſe, & partibus ejus Libri V. Lugduni apud Sebaſt. Gryphium. 1542. in 8.

Opuſculi utiliſſimi editio prima fuit, quæ apud Aſcenſium anno 1514. prodiit: repetita ſæpius eſt usque ad an. 1585. quæ omnes inter *raras* referri ſolent.

———— Conſiliarii regii, ſupplicumque libellorum in Regia Magiſtri, Commentarii linguæ Græcæ. Coloniæ opera, & impenſa Joan. Soteris. 1530. Menſe Martio. in fol.

———— Commentarii lingvæ Græcæ ab eodem recogniti, atque amplius tertia parte aucti. Pariſiis ex officina Roberti Stephani, Typographi regii. 1548. in fol.

Servatæ a me olim, nunc me servabitis, inquit,
Arces; & pugnans Zrinius occubuit.
I modo, te jacta quantumvis Roma, Lyburnis
Et sunt quæ mortem pectora despiciant.

BUDOWEZ (Wenceslai,) Baronis a Budowa, Monachogræcii, & Zasadecii Domini, Sac. Cæs. Maiest. Consiliarii, Circulus Horologii Lunaris, & Solaris: hoc est; brevissima Synopsis, Historica, & Mystica, variis, figuris, & emblematis illustrata: repræsentans ex vet. & novo Testamento continuam seriem præcipuarum Ecclesiæ, & Mundi mutationum, ceu horarum quarundam præteritarum, præsentium, & secuturarum usque ad mundi consummationem. Hanoviæ typis Wechelianis apud hæredes Joan. Aubrii. 1616. in 4.

Librum esse *rarissimum* cum multi alii, tum in primis Gustav. Georg. Zeltnerus in Hist. Crypto-Socinismi, affirmant. Scribendi operis, ut Author in præfat. ait, hoc præcipue consilium erat: *ut egressuro filio meo Adamo e Scholis, & profecturo ante aliquot annos ad altiora in Academiis Christianis studia, ei aliquod breve præcipuarum mundi, & Ecclesiæ mutationum compendium concinnarem.* Ut tamen vulgatus liber est, nactus est adversarium Matthiam Hoe, qui epistolam Lipsiæ 1617. illi opposuit: respondit ad hanc sequente anno Budowezius Gnomone apologetico Hanoviæ anno eodem edito: regessit Hoe eodem anno *Tractatum Anti-Calvinisticum:* Budowezio tricarum pertæso successit Martinus Borichius, qui ejus partes tueri deinceps perexit, ut hæc late Clement persequitur. Ceterum author, cum consiliorum Friderici Palatini in Bohemiam inducendi particeps fuisset, postea capite plexus est; ut Christoph. Khevenhiller.

4. *Bauer scripta omnia Bullingeri raris adnumerat.*

BUNDERLII (Sebastiani,) oratio ad salutandam illustrissimam Principem ac D. Dominam *Mariam* archiducissam Austriæ &c. sponsam designatam *Ludovici* Hungariæ, Bohemiæque Regis serenissimi, nomine florentissimi studii Viennensis Pannoniæ. Habita Oratio VII. Kal. Julias, Gymnasii moderatore Georgio Prenner, Pontificii Juris Doctore Cl. anno 1514. Hieronymus Vietor, Joannes Singrenius imprimebant. in 4. M.

Apud *Maittaire* in annalibus non rite author exprimitur nomine *Winderi*.

BÜNTINGI (Henr.) Itinerarium sacræ scripturæ: das ist, ein Reisebuch über die gantze heilige schrifft in zwen Bücher getheilet. &c. Heinrichstadt gedruckt durch Conrad Horn. 1583. in fol. *Liber parum communis.*

BURBACHII (Georg.) præclarissimi Mathematici Quadratum Geometricum. Impressum Nuremberge per Joan. Stuchs. 1516. in fol. *a Maittairio prætermissus.*

BURCHERII (Haymonis,) Harmonia Logicæ. Francof. 1501. in 8. *Nec hujus Maittaire meminit.*

BURGKARDI (Franc.) Autonomia: das ist, von freystellung mehrerley Religion und Glauben, was, und wie mancherley die sey, was derhal-

ben bis daher im Reich Teutſcher Nation fürgangen, und ob dieſelb von der Chriſtenlichen Obrigkait möge bewilliget, und geſtattet werden &c. Partes III. Gedruckt zu München bey Adam Berg. 1586. in 4.

Vogt editiones annorum 1593. & 1602, quæ Monachii in 4. prodierunt, a *raritate* commendat: noſtra, quod illam recenſeri nuſpiam legerim, & prima eſſe videtur, & *rarioribus* accenſenda.

De Burgo (Joan.) Pupilla oculi. De ſeptem Sacramentorum adminiſtratione: de decem preceptis decalogi, ceterisque Eccleſiaſticorum, que rite inſtitutum ſacerdotem haud quaquam ignorare decet, officiis: *Joan. de Burgo* alme quondam Cantabrigenſis Univerſitatis Cancellarii, presbyteris omnibus, ſacreque militie ſtudioſis majorem in modum neceſſaria. — Pupille oculi opuſculum hoc egregium a Joan. de Burgo viro quondam reipublice Eccleſiaſtice inprimis ſtudioſo mira dexteritate, presbyteris omnibus, juſto preſertim animarum Zelo tentis, eruditioni, perpetuoque ſubſidio ſcitiſſime conquiſitum, opera, litterarioque prelo Joannis Knoblouchii, impenſis vero Pauli Götz civis, & Bibliopole Argentini extremam manum ſenſit. Nonis Octobribus. 1518. in 4.

Librum ſimili fere titulo Bauer ex Biblioth. Solgeriana indicat, eumque litteris uncialibus inpreſſum refert: alia tamen hujus editio videtur eſſe a noſtra, quod illa editionis loco careat etſi annum 1518. exhibeat; noſtra autem & loci, & typographi nomen exſerte indicet.

BURGUNDIA: Responsum Conventus trium ordinum Ducatus *Burgundiæ*, de Edicto pacis nuper in causa religionis factæ, ad christianissimum Galliarum Regem Carolum Nonum anno 1563. Cracoviæ, anno Domini 1564. in 8. foliorum 34. M.

Argumentum *opusculi perrari* in eo versari, ne Rex, quod clausa epistola jubebat, diversitatem religionis in Burgundia inducere velit, folium ordine 10. in hæc verba prodit: *A Clodoveo usque ad Te, Rex christianissime! quis potest ignorare, quam constanter res fuerint administratæ in Francia, & quemadmodum nulla fidei diversitas, nulla unquam præter quam Catholicæ & Romanæ religionis exercitatio sit admissa ad hoc usque tempus, quo tanta felicitas Tibi, Tuæque Domus posteritati, quæ præcipue consistit in gratia Dei, e manibus eripitur, quæ quidem tamdiu Tibi semper dabitur, quamdiu Regnum tuum in hac synceritate continebitur; nec permiseris, ut duæ permisceantur sectæ, quarum necesse est, ut altera non sit bona &c.* Suspicor autem magnopere locum editionis esse suppositum.

——— Protestatio *Burgundica* adversus conditiones pacis Imperii cum Gallia, Regi Catholico damnosas. 1649. in 4. sine loco. fol.5. M.

Subscriptus in fine est: *Petrus a Weyms, regi Catholico a consiliis secretis, Lucemburgensis Provinciæ Præses, & Domus Burgundicæ Legatus.* Hicne author sit *admodum rari* hujus scripti, an alius, non est exploratum, tametsi illud magis veri simile videatur.

BUSBEQUII (Gislenii,) Itinera Constantinopolitanum, & Amasianum ab *Augerio Gislenio Bus-*

Theologis, tam Scholasticis, quam Concionatoribus sacris, scripturæque interpretibus, tum Medicis, Philosophis, & iis, qui de bella literarum suppellectili bene sentiunt. Cum duplici copiosissimo indice &c. Compluti ex officina Joannis Graciani apud Viduam. 1595. in 4.

Editio *princeps*, *& originaria*, quam Lugduni anno 1620. recusam, & in Tomos II. tributam esse, Clement ex biblioth. Lampiana, aliisque, refert. Quam ob causam Lugdunenses ex uno Tomo editionis primæ fecerunt duos, & cur D. Goetze illam recensens in duos itidem Tom. divisam, & eodem anno 1595. Compluti editam dicat, mihi incertum est. Nostrum exemplar Tomo unico absolvitur, sed in Partes II., titulo non nihil distincto, sectum: ita, ut Pars I. Libros IV. priores: II. vero pars Librum V. & VI. contineat; quorum ille *de animantibus scripturæ sacræ reptilibus communiter dictis*: iste: *de reptilibus non vere dictis*: agit. Inde, &, quod primus operis titulus diserte exhibeat: *Tomus primus*, factum fuerit, ut ex uno confierent duo.

De BUSTIS (Bernardini,) de Mediolano, ordinis minorum de observantia, Rosarium Sermonum predicabilium ad faciliorem predicantium commoditatem novissime compilatum. In quo quid quid preclarum ac utile in cunctis sermonariis usque in hodiernum editis continetur, hic ingeniose enucleatum, atque solerti cura collectum invenies. Partes II. - Impressum Venetiis per Georgium de Arivabenis sub anno dominice incarnationis 1498. XVII. Kal. Septembris. in 4.

Pars I. eodem anno pridie Kal. Junias prodiit, quam Bernardino Cardinali tit. sanctæ crucis in Hie-

visinæ anni 1480. aut Venetæ anni 1490. quas Clement Tom. VI. recenset. Eadem enim, quæ hic, in nostra quoque epistola Hieron. Bononii ad calcem commentariorum adjicitur, unica solum voce *class.* pro *clariss.* substituta in epigrammatis initio, quod sic habet: *Jurisconsulto gravissimo Antonio Zoiano Vicentino class. prætoris præfectique Tarvisii, Alvisii, Vendramini, Veneti Patricii, Vicario meritissimo Hyeronimus Tarvisinus.* Epistolam sequitur ejusdem Bononii carmen in laudem Cæsaris, & commentariorum, tum Raymundi Marliani index bene prolixus. *Raram editionem* esse inde conjicio, quod illam Clement, & Bauer præterierint, meminerit autem illius Harvoodus.

C AESARIS (Jul.) Invictissimi Imperatoris commentaria: seculorum injuria antea difficilia: & valde mendosa: Nunc primum a viro docto expolita:, & optime recognita. Additis de novo apostillis: una cum figuris suis locis apte dispositis. Nec non regulata tabula, que omnia loca: flumina: montes: urbes: oppida: infinita prelia: & quæque digna cognitu mirifice demonstrat. — Habes lector peritissime Cæsaris commentaria, antea impressorum injuria trunca: & mendosa: nunc autem a viro docto optime recognita: & in pristinum candorem redacta. Impressa mira diligentia Venetiis per Augustinum de Zanis de Portesio. Anno reconciliatae nativitatis 1511. die XVII. Augusti. in fol.

Vir ille *doctus*, qui commentaria hæc expolivisse dicitur, fuerit *Lucas Olchinensis*, Artium & Legum Professor, qui commentariis epistolam ad *Rosellum*

de *Rosellis* Patavinum præmittit. In fine additur: Index a *Raymundo Marliano* repertus, estque idem, quem editio anni 1499. exhibet: frontem operis exornat icon gemini exercitus infestis signis inter se concurrentis: titulus rubro colore editus, & typus luculentior est, quam anni 1499. Bauerus, qui editiones Latinas ab anno 1469. usque ad an. 1712. recenset, hanc nostram ignorasse videtur. Nec Harvoodus ejus meminit.

CAESARIS (Jul.) Quæ exstant, ex viri docti accuratissima recognitione. Accedit nunc vetus interpres Græcus Librorum VII. de bello Gallico ex Bibliotheca *P. Petavii*. Præterea Notæ, Annotationes, commentarii partim veteres, partim novi Francofurti Typis Pauli Hummii. 1669. in 4. M.

Qui Notas, & Commentarios adjecere, hoc ordine sunt. Joan. *Rhellicanus*: Henr. *Glareanus*: Joan. *Glandorpius*: Joach. *Camerarius*: Joan. Mich. *Brutus*: Aldus *Manutius*: Joan *Sambucus*: Fulvius *Ursinus*: Petr. *Ciacconius*: Franc. *Hotmanus*: Joan. *Jucundus*: Jul. Cæs. *Scaliger*: Hieron. *Magius*: Adrian. *Turnebius*: Joan. *Brantius*: Gothofr. *Jungermanus*: & Raym. *Marlianus*. Liber si non alio, commentatorum saltem titulo, minus obviis accenseri potest.

CAESARIATUS Romani præsidium, ex Evangelica, & Apostolica Scriptura. Prov. cap. 24. *Fili mi, time Deum, & Regem*. 1547. in 4. sine loco. M.

Adduntur hæc in fine: „ Parænesis S. Pauli ad Ti„ tum cap. 3. *Admoneto illos, ut principatibus,* „ *ac potestatibus subditi sint; ut magistratibus pa*„ *reant, ut ad omne bonum opus sint parati*. Verum „ est de Carolo, quod Augustinus scribit Lib. 2.

„ contra Epist. Gaudentii Donatistici Episcopi : *Mi-*
„ *tiora in vos constituit Imperator per mansuetudi-*
„ *nem christianam : exilium vobis voluit inferre,*
„ *non mortem.* „ Suspicor ex his libellum confestim post victoriam a Carolo V. ex Joanne Duce Saxoniæ relatam editum fuisse, & vel ex hoc capite *raris* adnumerandum.

CAFERII (Nicolai Angeli,) Synthema vetustatis, sive Flores historiarum ex Card. Baronii, Saliani, Petavii, & aliorum celebrium scriptorum monumentis, ac intima pene antiquitate horis subcivisis excerpti. Romæ ex Typogr. Ja. Dragondelli. 1667. in fol. *Opus infrequens.*

CAGNOLII (Hieron.) Enarrationes in Pandectas. Venetiis. 1570. in fol. *Liber rarus.*

CAII (Joan.) Britanni de medendi methodo Libb. II. ex Cl. Galeni Pergameni, & Jo. Bapt. Montani Principum Medicorum sententia. Opus utile, & jam primum natum. Basil. apud Hieron. Frobenium, & Nicolaum Episcopium. 1544. in 4. *Editio rara.*

CALAGII (Andreæ), Gallinæ Sedlicianæ D. Rudolpho II. Rom. Imperatori Opt. Max. dono missæ metamorphosis. Gorlicii Ambrosius Fritsch imprimebat 1591. in 4. *Liber non facile obvius.*

CALAMINI (Georgii,) Austriaca Tragoedia. Lincii. 1594. in 8.

——————— Epistola mnemosynes ad Eugeniam, de litterarum origine, & propagatione.

Elegiarum Lib. I. Lyricorum Lib. I. Epithalamion lib. I. Epigrammatum lib. I. Argentor. per Nicolaum Wyriot. 1583.

Erat *Calaminus* Lincensis gymnasii in Austria Rector, Poeta non invenustus. Nomen illi erat *Rorich*: quod is pro temporis more in *Calaminus* convertit. Tragoediæ nomen dedit: *Rudolphottocarus*. Utrumque opusculum *haud facile obvium est*.

CALCEOLARII (Francisci,) Veronensis pharmacopolæ, Iter Baldi civitatis Veronæ montis, in quo mirabili ordine describitur montis ipsius, atque aliarum quarundam ipsum contingentium partium situs. Recensentur præterea quædam insignes plantæ, ac herbæ ibi nascentes, quæ usu Medico plus cæteris conferunt. Recens in lucem editum. in 4.

Est opusculum cum titulo folior. 11. Author id inscribit Petro Andreæ Matthiolo Serenissimi Principis Ferdinandi Archiducis Austriæ &c. Consiliario, & Medico primario; epistola Veronæ Idibus Febr. anni 1571. ad eundem data. Ex qua suspicor, libellum Veronæ, & anno 1571. editum esse, ut Andreas Chioccus in ejusdem Calceolarii Musæo, de cujus prima editione agam in articulo *Jo. Bapt. Olivus* indicare videtur; in cujus præfatione testatur, *Iter montis Baldi* a Calceolario *ab annis* 50. vulgatum esse: edidit autem Chioccus Musæum Veronæ anno 1622. Iter hoc prorsus Botanicum est, non expressis tamen, quod optandum erat, herbarum iconibus. Cum hæc scribo, incredibile desiderium me incessit, videndi aliquando FLORAM HUNGARICAM. Nollem profecto, ut hoc argumentum, & conjun-

ctam eidem cum fructu laudem exterus nobis præripiat.

CALDRINI (Johannis,) Biblice auctoritatum, & Sententiarum, que in decretorum, & decretalium compilationibus solent induci, tabula per *Johannem Caldrini*, juris canonici Doctorem famatissimum compilata, & per *Thomam Hornibeřg* de *Memmingen* ejusdem Facultatis Doctor. eximium correcta, & Petrum Drach Spirensem impressorem impressa exactissime anno domini 1481. explicit feliciter in fol. M. *Opus perquam rarum.*

CALEPINUS. Fratris Ambrosii Bergomatis, professionis eremitane dictionarium ex optimis quibuscunque authoribus. Nonio Marcello: Festo Pompeio: M. Varrone: Pediano: Servio: Donato: Perotto Sypontino: Laur. Vallen: Juniano: Nestore: Tortellioque: Preterea ex Suida greco: aliisque compluribus maxime neotericis Philip. Beroaldo, Petro Marsio: Ant. Mancinello: Sabellico: Angelo Policiano: M. Ficino: Georgio Valla: ac aliis. Nullo vocabulo Cornucopie pretermisso: studiose a Jo. Adelpho collectum: & ab Ascensio diligenter recognitum, ac demum Argentoraci hoc novo charactere castigatissime impressum. Additis mille vocabulis, que in prioribus non fuerant. — Finit hoc egregium & sane quam utile opus: & subinde auctum ac mille lo-

in eos sevitiæ exemplo, brevis historia. Apud Sebastian. Vignon. 1578. in 8. M.

Bibl. anon. Hag. editionem anni 1600. solum laudat de hac nihil memorans: id mihi indicio est, mei exemplaris editionem præ illa notam *raritatis* mereri.

CALVINI (Joannis:) Vivere apud Christum, non dormire animis Sanctos, qui in fide Christi decedunt, Assertio. Argentorati per Wendelinum Richelium. 1542. in 8.

——————— Libellus de cæna Domini pridem lingua Gallica scriptus, nunc vero in Latinum sermonem conversus. Genevæ per Jo. Girardum. 1545. in 8.

——————— Acta Synodi Tridentinæ cum antidoto 1567. in 8. sine loco.

——————— Interim adultero — Germanum. 1549. in 8. sine loco.

Additur in fine: *Appendix libelli adversus Interim adultero-germanum, in qua refutat Joan. Calvinus censuram quamdam Typographi ignoti, de parvulorum sanctificatione, & muliebri baptismo.* 1550. in 8. fine loco.

——————— Interim adultero-germanum, cui adjecta est vera Christianæ pacificationis, & Ecclesiæ reformandæ ratio. 1549. in 8.

Opusculum etiam hoc titulo rarum, quod interfertis ubique foliis refutationem MS. ab anonymo, ut videtur, coævo adornatam contineat.

CALVINI (Joan.) De prædeſtinatione, & providentia Dei libellus. Genevæ 1550. in 8.

Additus eſt ejusd. libellus: *de libertate Chriſtiana.*

——————— De Scandalis, quibus hodie plerique abſterrentur, non nulli etiam alienantur, a pura Evangelii doctrina, Libellus ad *Laurentium Normandium.* Genevæ ex offic. Joan. Criſpini. 1551. in 8.

——————— Conſenſio mutua in re ſacramentaria Miniſtrorum Tigurinæ Eccleſiæ, & D. Joan. Calvini Miniſtri Genevenſis Eccleſiæ jam nunc ab ipſis authoribus edita. Genevæ ex offic. Joan. Criſpini. 1551. in 8.

——————— Diſputatio de cognitione hominis, in qua de peccato originali, de naturali hominis corruptione, de liberi arbitrii impotentia: item de grátia regenerationis, & auxilio ſpiritus ſancti tractatur. ibid. 1552. in 8.

——————— De æterna Dei prædeſtinatione, qua in ſalutem alios ex hominibus elegit; alios ſub exitio reliquit: Item de providentia, quæ res humanas gubernat. Conſenſus paſtorum Genevenſis Eccleſiæ a Jo. Calvino expoſitus. ibid. 1552. in 8.

——————— Defenſio ſanæ, & orthodoxæ doctrinæ de ſacramentis, eorumque natura, vi, fine, & fructu, quam paſtores & miniſtri Tigurinæ Ec-

clesiæ, & Genevensis antehac brevi consensionis mutuæ formula complexi sunt: una cum refutatione probrorum, quibus eam indocti, & clamosi homines infamant: Oliva Roberti Stephani. 1555. in 8.

CALVINI (Joa.) Vermanung von der Papisten Heiligthumb. Gedruckt zu Wittemberg durch Georg Rhawen Erben. 1557. in 8.

Hæc fere ex Calvini operibus *nota raritatis* insignienda putabam, præter ejus *Institutionem*, cujus quidem aliquot exempla, sed posterioris editionis, habemus.

CAMBDENI Guiliel. Anglica, Normanica, Cambrica a veteribus scripta. Francofurti impensis Claudii Marnii, & hæredum Joh. Aubrii. 1603. in fol. *Liber rarus*.

———— Britannia, sive florentiss. regnorum Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ, & Insularum adjacentium ex ultima antiquitate descriptio. In epitomen contracta a Regnero Vitellio Ziriza, & Tabb. chorographicis illustrata. Amstelredami ex offic. Guliel. Janssonii. 1617. in 8.

De prima hujus operis editione, quæ Londini prodiit, disceptatio est inter bibliographos, quibusdam ad annum 1582. aliis ad 1586. eam figentibus: hanc opinionem, non illam, Clement recte tuetur ex præfatione editionis anni 1607. in qua author fatetur, se ante 20. annos ad *primam* editionem præfatum esse.

quam hactenus publicata, vel e Gallico idiomate nunc primum in latinam lingvam translata. Francofurti in offic. Clementis Schleichii hæredum. 1642. in fol. *Collectio infrequens.*

CAMERTIS (Joan. Minoritani,) artium, ac theologiæ Doctoris, in C. Julii Solini πολυίςωρα enarrationes. Additus ejusd. Camertis Index tum litterarum ordine, tum rerum notabilium copia percommodus studiosis. Viennæ Austr. per Joannem Singrenium. 1520. in fol. M.

Editio citra dubium *rara*, & *nitida*: de qua in articulo *Solinus*. iterum dicam, ne quis duos ex uno libros faciat.

CAMPANELLAE (Fr.) Spanisch Angelhaken, das ist, Discours, darinnen er dem König von Hispanien mittel und wege zeiget, wie er Deutschland, Frankreich, insonderheit aber Niederland angeln, und in seine gewalt bringen könne. Allen Evangelischen Hoch und Nieder Deutschen zu treuer warnung wolmeinend in Deutsche sprache versetzet. Matth. 10. v. 16. Seyd klug, wie die schlangen. Gedrucht im Jahr 1630. in 4. M. Sine loco: absque titulo plagularum 7. *Opusculum rarum.*

CANCELLARIA Apostolica, sive Provinciale omnium Ecclesiarum exemplatum a libro Canzellarie Apostolice. — Finit practica Cancellarie Apostolice inventa inter fracmenta quedam,

P

composita per R. P. D. Hiernonymum pau. Cathalanum, Canonicum Barcinonensem, juris utriusque doctorem, ac sanctissimi in Christo patris & domini, domini divina providentia Alexandri VI. pontificis maximi cubicularium, cura R. p. D. Francisci de Borgia Canonicum Valentinum, juris pontificii doctoris, sedis apostolice de numero septenario prothonotarii, ac ejusd. Sedis thesaurarii generalis, predicti domini Hieronymi familiarissimi, impressa Rome per magistros Johannem de Besicken, & Sigismundum de Marchsatz, ac diligentissime emendata, per venerabilem, & providum virum dominum Anthonium Arnaldum pla. in utroque jure baccalarium dignissimum, Clericum Barchinonensem. anno salutis Christiane 1493. Pontificatus ejusdem Alexandri VI. pont. max. anno secundo. in 4.

Hujus editionis P. Franc. Xav. *Laire*, in specimine Historico Typographiæ Romanæ XV. Seculi Romæ anno 1778. edito non meminit; licet ad annum 1495. Similis argumenti librum Romæ editum referat, per *Sigismundum Mayerum.* Maittaire Tom. I. P. II. annal. typogr. ad annum 1493. itidem Sigismundum Mayerum Joanni Besicken conjungit. Utri ergo rectius, an hi, an nostrum exemplar, quod *Sigismundum de Marchsatz.* diserte exprimit?

CANCELLARIA Secreta *Anhaltina*; id est, occulta consilia, inaudita proposita &c. Capitum ac Directorum unionis correspondentium in Germania, occasione rebellionis Bohemicæ, ad ejus-

dem coronæ, & Imperii Romani perniciem agitata &c. Anno 1622. in 4. Sine loco. *Liber non facile obvius.*

CANDIA: Kurtzer und eygentlicher Bericht von dem jetzigen Türckischen Krieg, und Einfall in das Königreich und Insul Candiam: sampt den ursachen des selbigen, und was sich sonsten hat dabey zugetragen. 1646. in 4. Sine loci nota: folior. 7. M. *opella rara.*

CANTIUNCULAE (Claudii,) de officio Judicis Libri II. Basil. apud Mich. Isingrinium 1543. in 4.]

Liber apud nos *minus communis.* Dedicat hunc Nicolao Pernot a Grandivella, Caroli V. Consiliario, supplicum libellorum præfecto, & Imperialium sigillorum protophylaci.

CAPELLÆ (Galeacii) Commentarii de rebus gestis pro restitutione *Francisci Sforti*æ *II.* Mediolani Ducis, ab ipsomet Authore postremo recogniti, plurimisque in locis a priori aeditione mutati, ut plane diversi videri possint. Eodem accessit & historiæ *belli Mussiani*, quasi appendix superiorum una cum præfatione Joach. Camerarii. Argentorati apud Cratonem Mylium, mense Martio. 1538. in 8. M.

D. Clement primam editionem statuit Norimbergensem anni 1532. apud Joan. Petreium: alteram Parisinam anni 1533. prodiit eodem anno Antverpiæ: anno 1535. Hagenoæ, & Venetiis: anno 1538. sine

a *Petro Angelo Agatho* Materano, auditore ex decem & octo postremis hujus anni lectionibus collectum, ac in gratiam studiosorum editum. Patavii apud Laurentium Pasquatium. 1562. in 12.

Libellus vel ob eam caussam *rarus*, quod eum Agathus, ut is in dedicatione ad *Octavianum Præconium* archiep. Panormitanum testatur, Capivaccio Præceptore suo *inscio*, ac *invito* ediderit, tametsi hic postea inter sua opera illum referri pateretur. Ex eadem dedicatione patet, Hieronymo nomen fuisse; *de capitibus vaccæ:* ex quo conflatum, *Capivaccius*. Ceterum Agathus, cum dubitaret, quo animo hanc fidentiam accepturus Præceptor esset, in aversa tituli facie, imaginem ex nummis Romanis sumtam æri fecit incidi, quæ genium nudum aræ ignitæ adstanten d. pateram. s. demissa spicam gerentem exhibet cum epigraphe: *BONO EVENTUI. SC.*

CARACHOLI Roberti ordinis minorum, Episcopi Liciensis Quadragesimale. — Explicit Quadragesimale de peccatis ceptum in civitate Licii, ibique completum ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, & Virginis gloriose Marie, ac beatissimi patris Francisci, & novi Sancti Bonaventure Amen. Finitum est anno domini 1483. die 9. mensis Octobris hora Vespertina, & impressum Venetiis per Joannem de Forlivio, & Gregorium fratres anno domini 1490. die XI. mensis Maji. in 4. *Editio rara, ut ea quoque, quæ sequitur.*

——— De laudibus Sanctorum sermones. Auguste excudebat Erhardus Ratdolt. 1489. in 4.

Non me terra teget, coelo sed raptus in alto
Illustris vivam docta per ora virum:
Quicquid venturis spectabit Phoebus in annis,
Cardanos noscet, nomen & usque meum.

Dicat opus Don Consalvo Ferrando de Corduba, Svessæ, ac terræ novæ Principi, Capræ domino, Regis Hispaniarum Legato. Libri XXI. de subtilitate pertinent ad pag. 1264. reliquum ad pag. 1426. Apologia, seu Actio I. occupat: post chartarum seriem additur in fine hæc monitio: *Hoc opus in duas partes divide, & charta r. dabit principium secundæ partis.* Possidemus duas quoque alias editiones: Lugdunensem, apud Bartholom. Honoratum an. 1580. cui apologia deest: alteram Basileensem per Sebastianum Henricpetri, cum apologia, an. 1582. utramque in 8. Eodem anno 1560. quo nostra in 8. vulgata est, prodiit etiam alia in fol. ibid. per eundem. Omnium prima editio est Norimbergensis anni 1550. in fol. quæ Cardanum atheismi suspectum reddidit, quod libro XI. de subtilitate; idolorum cultores, Judæos, & Mahumetanos, ita de sua quemque contra Catholicos religione disputantes inducit, ut non convulsis eorum rationibus ad alia progressus sit. Exemplar editionis Lugdunen. anni 1580. post verba: *nasci pueros è mulieribus absque concubitu:* subjungit ex prima editione integrum locum de sanctis Mahumetanis; hoc initio: *Habent & ipsi suos sanctos &c.* qui in editione anni 1582. omissus est; cum post illa: *nasci pueros &c.* sequantur: *sed hæc parum philosophis attinent, pro quibus institutus est sermo: ad provinciarum miracula transeamus:* eandem pericopen exhibet editio anni 1560. alii legunt: *provinciarum discrimina.* Apologia in Jul. Cæs. Scaligerum conscripta est, qui edito libro anno 1557. Exercitationes suas Cardani libris de subtilitate opposuit. Id huic ægre fuit, quod ipse prior in secunda editione anni 1554. quæ objicie-

bantur, emendarit, Scaliger contra subobscure negaret, alteram Cardani editionem a se visam. D. Clement Scaligeri partes tuendas suscepit. Primum hæc promit ex Cardano: *testatur primum, nec se secundam editionem libri mei vidisse, quæ anno tamen 1554 atque ejus initio publicata est: ipse* (Scaliger) *anno 1557 suum edidit opus: si addita esse aliqua existimavit, cur utilitatis publicæ causa non addidit censuram suam? sin autem emendata credidit, quæ prius emissa forent, cur maluit videri castigator eorum, quæ castigatione non indigebant? - - - Quis enim ferat hominem, edentem accusationem, seu malis castigationem in primam editionem, cum jam diu, triennio siquidem ante, secunda ab ipsomet authore evulgata sit &c.* His Clement opponit Scaligeri verba ex præfatione ad lectorem: *Janus Maumontius - - cum librum meum de subtilitate Lutetiam perferendum curasset, aliquot post dies scripsit ad me de Cardani morte. Deinde petiit, ut se facerem certiorem, utra ex editione loca excepissem - - - Respondi - - quod ad editionem attineret, mihi præter unam notam esse nullam &c.* Ex his arguit Clement, Scaligerum non fuisse usum editione Norimbergensi anni 1550. sed Lugdunensi anni 1551. At ita nodus non solvitur. Cardanus in apologia aliquoties secundam, semel quoque tertiam editionem a Scaligero lectam fuisse palam affirmat: cur non respondit diserte ab se secundam, correctamque editionem Cardani, nec visam, nec lectam fuisse? non sincero satis animo Scaligerum egisse, illa produnt, quæ Clement omisit. Suppleo hiatum post verba: *castigatione non indigebant:* sic enim Cardanus locum illum persequitur: *verum intellige, si modo, ut credo, vera refert, quid voluerit, & quo consilio id egerit* (Scaliger,) *tantum illi inerat studii ad accusandum, ut timuerit, ne quæ accusaverat, ego prius correxissem, laborisque præmium amitteret. Vides modo hominis naturam, & inge-*

nium, ob quam causam, credo, impressor, homo minime stultus, satis parce, nec pro more suo, opus illud impressit. Illa etiam Cardani huc videntur facere: *quin etiam audivi, ipsum* (Scaligerum) *hoc virulentiæ genere usum esse, ut primum libros de FUTILITATE inscripserit, quamquam postmodum mutato consilio, aut amicorum suasu propriam inscriptionem restituerit. Itaque, ut ut res se habuerit, vel non admodum judicio valuit, vel livore quodam victus est, vel, ut tantus non sit, quantum sui illi gnathones fecerunt in re literaria, necessarium est.* Ut ut hæc illiberalia sint, veri tamen similitudo videtur pro Cardano, scribendi, ut ita dicam, politia pro Scaligero facere.

CARDANI (Hier.) In Cl.Ptolemoei de astrorum judiciis, aut, ut vulgo appellant, quadripartitæ constructionis Lib. IV. Commentaria ab authore postremum castigata, & locupletata. His accesserunt Ejusd. de VII. Erraticarum stellarum qualitatibus, atque viribus liber posthumus, ante non visus: Geniturarum item XII. ad hanc scientiam recte exercendam observatu utilia exempla &c. Basil. ex officina Henricpetrina. 1554. in fol. *Editio perrara.*

——— Opus novum de proportionibus numerorum, motuum, ponderum, socorum &c. Basil. ex officina Henrici Petri. 1570. in fol. *Liber infrequentior.*

——— Libelli V. quorum duo priores jam denuo sunt emendati: duo sequentes jam primum in lucem editi; & quintus magna parte au-

quoque Hungarorum elegantia sane carmina nondum edita in nostra Bibliotheca exstant, quæ ad *Parei delicias Hungarorum Poetarum* non temnendam accessionem facerent.

CARMINA In duas Navales victorias Venetas præ ceteris illustriores. Venetiis apud Gratiosum Perchacinum 1573. in 4. M. plagularum 4.

Prima victoria illa est, quam anno 1177. die Ascensionis in sinu Adriatico ex Friderico Barbarossa Imp. retulerant, quæve Romæ, Venetiis, & Senis picta cernitur: carmina autem marmori incisa sunt in Ecclesia S. Joannis in promontorio Salborii, territorii Pirani Istriæ. Altera, cum anno 1571. ipsis Nonis Octobribus Classem Turcicam collatis in mari Jonio ad Echinadas insulas prope Ithacam signis, memorabili prælio profligarunt. *Editio rarior.*

CAROLI (M. Imp. Rom.) aliorumque incerti nominis de veteris Ecclesiæ ritibus, ac ceremoniis fragmenta quædam a *Wolfgango Lazio* Cæs. Historico eruta a tineis. Adjectum est perelegans opus *Rabani Mauri* archiepiscopi Moguntini de virtutibus, vitiis, ac ceremoniis ejusdem antiquæ Ecclesiæ ab eodem repertum. Antverpiæ apud Joan. Bellerum. 1560. in 8. *Liber non facile obvius.*

Pro CAROLO hujus nominis V. invictiss. Rom. Imperatore, Hispaniarum rege Catholico, ad ea, quæ per Oratores Romani Pont. *Clementis VII.* ac *Francisci* Regis Francorum, & *Venetorum* ad generalem pacem componendam nuper proposita

Panegyricum Carolo V. *Ludovicus Madrutius*, Tridentinus Præſul: Mariæ Hungariæ reginæ *Georgius Draskovich* Epiſcopus Quinque-Eccleſienſis; Mariæ autem Reginæ Angliæ *Nic. Launoius* Soc. Jeſu dixere. Exequiæ juſſu Ferdinandi etiam alibi, inprimis Viennæ ab *Nicolao Olaho* habitæ ſunt; de quo harum Orationum Collector ita: *Viennæ primum eadem peregit reverendiſſ. archiepiſcopus Strigonienſis Nicolaus Olahus, pater vigilantiſſimus, litteris ipſe tam Græcis, quam Latinis non minus inſtructus, quam liberalis fautor litterarum.* Editor opuſculi hujus fertur fuiſſe *Fridericus Staphylus.*

CASAE (Joan.) Galateus, ſeu de morum honeſtate & elegantia. Interprete *Nathanaele Chytræo*. Francof. 1580. in 8.

Apud alios Latinam editionem annorum 1603. & 1637. recenſeri ſolum legi.

CASALII (Joan. Bapt.) De urbis, ac Romani olim imperii ſplendore opus, eruditionibus, hiſtoriis, ac animadverſionibus tam ſacris, quam profanis illuſtratum. In quo etiam non nulla ex occaſione tanguntur tam circa Romanæ Eccleſiæ Principatum, quam circa alias reliquarum orbis regionum res memoratu dignas. Auctore *Joan. Bapt. Caſalio* Romano. Romæ anno Jubilei 1650. Ex Typographia Franc. Alberti Tani Superiorum permiſſu, in fol. *Editio rara.*

De las CASAS (Barthol.) Newe Wahrhafftige anzeigung der Hiſpanier grewlichen, abſchewlichen, und unmenſchlichen Tyranney von ihnen

in den Indianischen Ländern, so gegen Nidergang der Sonnen gelegen, und die newe Welt genennet wird begangen. Erstlich Castilianisch durch Bischoff *Bartholomeum de las Casas*, oder *Casaus* gebornen Hispaniern, Prediger Ordens beschrieben, und im Jahr 1552. in der Königlichen Statt *Hispalis* oder *Sevilia* in Spanien gedruckt. Hernacher in die Frantzösische Sprach durch Jacoben von *Miggrode* den 17. Provincien des Niderlands zur Warnung und Beyspiel gebracht: Jezt aber erst ins Hochteutsch durch einen Liebhaber des Vatterlands umb ebenmässiger Ursachen willen übergesetzt. Im Jahr. 1597. in 4. M.

Absque præfatione & indice pagg. 158. Opus episcopi *de las Casas* ad pag. 110. solum pertinet: reliqua alterius sunt, ut Nota, quæ cit. pag. 110. affertur, in hæc verba docet. „ Dis Büchlein ist erstlich „ in Hispanischer sprach in der veitberümbten und „ ihrem König gehorsamen statt Sevilia, so Hispalis „ ist, durch Sebastian Trugillo Buchdruckern zu un- „ ser Frauen der Gnaden gedruckt worden in Jahr. „ 1552. „ Hæc minusculo charactere, sequentia majori impressa sunt. „ Was hernach erzehlt wird, ist „ nur ein stück von einem Sendbrieff, welchen ei- „ ner aus denen, so auff dieser Reis gewesen „ ist, geschriben hat, und erzehlet die seinen Thaten, „ so sein Hauptman zum theil selbst volbracht, zum „ theil andern solche zu üben an allen orten dadurch „ er gezogen, zugesehen hat &c. *Liber rarus.*

CASAUBONI (Isaaci,) ad Epistolam illustriss. & reverendiss. Cardinalis *Peronii* Responsio. Lon-

dini excudebat Joan. Norton Sereniss. regiæ Maiestatis in Latinis, Græcis, & Hebraicis Typographus. 1612. in 4. *Editio apud nos perrara.*

CASSIANUS, de Institutis cenobiorum, origine, causis, & remediis vitiorum: collationibus Patrum. — Expliciunt viginti quattuor Collationes sanctorum Patrum conscripte ab *Johanne Heremita*, qui & *Cassianus* dicitur. Impresse Basilee anno domini 1485. in fol.

Teste Bünemanno, Engelio, ceterisque, quos Clement recenset, *liber rarissimus.*

CASSIODORI Clarissimi Senatoris in Psalterium expositio. — Disertissimi, atque dignissimi Sancte Ecclesie doctoris Cassiodori, romane urbis quondam clarissimi senatoris: famatissima psalmorum expositio: post aliorum sanctorum Patrum scripta exactissime digesta, dulcissimoque fonte purissime latinitatis irrigata: cum pervigilanti emendationis studio: auctore omnium cooperante: arte impressoria perfecta est: per magistrum Johannem de Amerbach preclare Basiliensis urbis civem anno domini 1491. in fol. *Editio rarior.*

CASTELLI Edmundi, Lexicon heptaglotton; Hebraicum, Chaldaicum, Syriacum, Samaritanum, Aethiopicum, Arabicum conjunctim: & Persicum separatim. Opus non tantum ad Biblia polyglotta Londinensia, Regia Parisiensia, Regia Antverpiana Bibliaque Card. Ximenii Complu-

tensia, sed ad omnes omnino tam MSS. quam impressos Libros in universis hisce lingvis extantes, apprime utile, & necessarium &c. Adjectis hinc inde vocabulis Armenis, Turcicis, Indis, Japonicis &c. Cui accessit brevis, & harmonica, quantum fieri potuit, Grammaticæ omnium præcedentium lingvarum delineatio. Londini imprimebat Thomas Roycroft. 1686. in fol.

Opus cum per se se, tum ex incendio *rarum.*

CASTELLIONIS (Sebastiani,) Dialogi IV. de prædestinatione, Electione, libero arbitrio, & Fide: quibus alia non nulla accessere partim hactenus nunquam edita. Goudæ Typis Casparis Tournæi 1613. in 8.

Ex nondum editis hæc sunt: *annotationes in cap. 9. ad Rom. Quinque impedimentorum, quæ mentes hominum, & oculos a veri in divinis cognitione abducunt, succincta narratio, & Tractatus de justificatione.* Prodiit etiam Aresdorffii, ut Clement indicat, eamque editionem *perraris* adnumerat, Freytag nostræ editioni quoque *raritatis* notam tribuit.

CASTIGLIONE (Balthassaris Cortegiano.) Venet. per Gabriel. Giolitum. 1562. in 8.

Editio hæc ex MSS. authoris correcta, & aucta est.

CATANEI (Hieron.) Libro nuovo di fortificare, offendere, & diffendere: con il modo di fare gli alloggiamenti Campali. In Brescia presso Thomaso Bozzola. 1567. in 4. cum figg. *Liber in nostris terris rarior.*

CATENA

CATENA Græcorum Patrum in beatum Job, collectore *Niceta* Heracleæ Metropolita, ex duobus MSS. *Bibliothecæ Bodleianæ* Codicibus, Græce nunc primum in lucem edita, & Latine versa, opera & studio *Patricii Junii*, Bibliothecarii regii. Accessit ad calcem Textus Jobi στιχηρῶς, juxta veram, & germanam septuaginta Seniorum interpretationem, ex venerando Bibliothecæ Regiæ MS. Codice, & totius orbis antiquissimo, & præstantissimo. Βασιλεῖ τ' ἀγαθῷ ἀγαθῶν τε δοτῆρι. Londini ex Typographio regio. 1637. in fol. *Editio perrara.*

CATENA Græcorum Patrum: Symbolarum in Matthæum Tomus prior, exhibens catenam Græcorum Patrum unius, & viginti nunc primum editam ex Bibliotheca illustrissimi D. *Caroli de Montchal* archiepiscopi Tolosani. *Petrus Possinus* e Soc. Jesu sacrarum litterarum Tolosæ Professor ex antiquissimis Membranis eruit, Latina interpretatione, & scholiis illustravit, librumque addidit de concordia Evangelistarum in genealogia Christi. Tolosæ excudebat Joan. Boude, Regis, & Comitiorum lingvæ Occitaniæ Typographus 1646. in fol.

———— Tomus alter; quo continetur catena Patrum Græcorum triginta, Collectore *Niceta* Episcopo Serrarum. Interprete *Balthassare*

Apoſtolice Fidei doctrine, adverſus impia, ac valde peſtifera *Martini Lutheri* dogmata. Florentiæ per hæredes Philippi Juntæ. 1520. vigeſimo menſis Decembr. in fol.

Maittairio inobſervatum opus, quod author Carolo V. Imp. dicat, in quinque Libros diſtribuitur: cujusvis argumentum ipſius Catharini verbis, dabo. *In primo libro continentur XI. doli Martini, quibus potiſſimum multitudo imperita decipi poteſt. In II. recitatur ad verbum liber ejus plenus blaſphemiis, & ſtulticiis circa Papæ poteſtatem, & pene ad verbum confutatur. In III. Confutantur omnia, quæ opponuntur contra Decreta probantia Primatum Romanæ Eccleſiæ, ſeu ſummi Pontificis, & pariter ad verbum referuntur ejus blaſphemiæ: Hinc agitur de clave Scientiæ Papæ, & poteſtate circa Indulgentias. In IV. confunduntur, quæ perverſiſſime, & perniciosiſſime tradidit circa Sacramentum pœnitentiæ, & ſtatum Purgatorii; & verba ſua propria apponuntur. In V. qui inſcribitur Speculum univerſæ ejus doctrinæ, colliguntur hæreſes, & errores abſoni, quos tam contra veritatem, quam contra ſe ipſum alioquin effudit. Ipſe Lector numeret, ſi ſit ocium, ſed longe melius, ut comprobet.* Repetita editio eſt ſequente anno Viennæ Auſtriæ in 4. quæ perinde, ac Florentina, *perquam rara eſt.*

CATHO cum gloſſa, & moraliſatione. — Expliciunt gloſule *Cathonis* valde utiles volentibus inſtrui in bonorum morum acceptatione, malorum fuga. Optime correcte impreſſe. Anno Salutis 1497. per Johannem Schenſperger in imperiali civitate Auguſta. in 4. *Editio perrara nec Maittairio cognita.*

civitates Imperii profitentes puram, & Catholicam Evangelii doctrinam. Vitebergæ. 1536. in 4. M. *Opusculum rarum.*

CAUSAE Suscepti belli ab Imperatoria Majestate. Datum in nostra, & Imperiali civitate Ratisbona. 20. die mensis Iulii, anno a nativitate Christi 1546. Imperii nostri XXVI. & regnorum nostrorum XXXI. in 4. M.

Adnectitur Pæan Lyricus *de victoria Divorum Fratrum Caroli Augusti, & Ferdinandi Cæsaris Princ. ac DD. NN. Clementissimorum.* Et causæ suscepti belli, & victoria relata, ad Fridericum Saxonem, ac Philippum Hassum pertinent, ut quinta Carminis stropha indicat:

Dic, ut superbi contuderit minas,
& Cæsar Hessi contuderit manus;
Ipsumque saxosum sonantem
Militibus superarit Albim. &c.

CAVALCANTI Bartholom. La Retorica divisa in sette libri: dove si contiene tutto questo che appartiene all' arte oratoria. Con le postille di M. Pio Portinaio Giureconsulto, che dimonstrano sommariamente tutto quello, che vi si tratta. All' illustrissimo, & reverendiss. signore il Cardinale di Ferrara. In Pesaro. Appresso gli heredi di Bartolomeo Cesano. 1564. in 4.

Vogtius editionem Venetam anni 1569. adnumerat *rarissimis*, quanto magis hæc nostra eam raritatis notam promerita est?

Hungarorum de monstris, quæ præcesserant mortem divi Mathiæ regis Hungariæ: ejusdem in Crispum Clogomuram balatronem, & de cæna mirice. Inter monstra numerat Cometam, eclypsim solis, & mulierem, quæ Cracoviæ draconem pepererit, ita canens:

Visus ardendi rubicundus igne
Crinibus sparsus rutilis Cometes,
Et stetit Mavors facie minaci
Herculis astro.

Phoebus & tantos fugiens tumultus
Moestus abscondit rosei micantem
Verticis vultum, soror ut decora,
Lumina texit.

Quin & infausto genitrix labore
Tristis, immanem peperit draconem,
Ille funesto furiale sparsit
Ore venenum.

CENALI (Roberti,) Episcopi Abrincensis, de vera mensurarum, ponderumque ratione opus de integro restauratum. Parisiis apud Joan. Roigny, 1547. in 8.

Bauerus ex biblioth. Henningii editiones annorum 1535. & 1574. *raris* adnumerat. In postrema errorem typi cubare puto, & annum rescribendum 1547. cujus modi hæc nostra est.

CENSURA, seu Discursus super ambitu DD. Candidatorum pro corona regni Poloniæ: *Mosci*, *Neoburgi*, *Condæi*, *Lotharingi*, *Poloni*. Excusa *Varsaviæ*, recusa *Viennæ* Typis Matthæi Cosmerovii S. C. M. aulæ Typographi. 1669. in 12. M.

Author quemvis Candidatum problematico dicendi genere adumbrat: in *Piasto*, seu Polono, graviter eloquens est, & rerum futurarum quasi præsagus:

morte preventus. Explicit. in fol. maj. sine loco & anno.

Addita sunt duo opuscula MSS. seculi, ut ex charactere nullum dubium est, XV. paulo post medium. Unius titulus hic est: *Liber Canonis primus, quem princeps Abhoali Abiusceni de medicina composuit, translatus a M. Girardo Cremonensi in Tolleto ab arabico in Latinum.* Alter ita habet: *summa doctrine tercie Fen de urina & egestione.*

CERMISONUS (Ant.) Consilia: consilia Gentilis: Recepte Gentilis de febribus: Tractatulus de balneis Gentilis; Tractatus de tyriaca Francisci Caballi. — Finit liber de animali theria pastillos, theriacamque conficiente a Francisco a Caballo Brixiensi viro preclaro Venetiis editus. Ibidemque impressus &c. in fol.

Conjunctus est liber cum Montagnanæ Bartholomæi consiliis, idemque typus: itaque eodem, quo illa, anno sumtu Octaviani Scoti Modoetiensis prodierit, hoc est, 1497. ut ad articulum *Montagnana* dicetur, & symbolum Octaviani confirmat.

De CESSOLIS (Jacobi) Tractatus de *Scacbis* mistice interpretatus de moribus per singulos hominum status. in 4. cum figg. M.

Sine loco & anno; nisi forte is sit, qui Capitulo 8. suffixus est, 1505. Prologus ita inchoat. *Ego Frater Jacobus de Cessolis, multorum fratrum ordinis nostri, & diversorum Secularium precibus persuasus, dudum munus requisitum negavi, ut transcriberem solatii ludum Schachorum, videlicet regiminis morum, ac belli humani generis documentum. Sane, cum illum ad populum declamatorie predicassem &c.*

rum Lib. I. *Joan. Rami* de rebus a Turcis gestis, & eorundem origine Libb. II. *Andr. a Lacuna* Secobiensis de origine Regum Turcarum Lib. I. *Wolfg. Drechsleri* de Turcorum, & Sarracenorum origine, & rebus gestis Lib. I. *Petr. Percondini* Pratensis de vita Tamerlanis Lib. I. *P. Callimachi* Experientis de clade Varnensi Libb. II. *Leonardi Chiensis* Mitylenæi Episcopi de capta Constantinopoli Lib. I. *Isidori* Cardinalis Rutheni de capta Constantinopoli: incerti authoris de capta Chalcide, sive Nigroponto. *M. Ant. Coccii Sabellici* de clade Sontiaca Lib. I. *Coriol. Cepionis* de rebus Petri Mocenici Imp. Veneti contra Turcas gestis Libb. III. *Guiliel. Canoersni* de oppugnatis a Turca Constantinopoli, Nigroponto, Rhodo, ex Commentariis Breidenbachii Lib. I. Ejusd. de captione Hydruntinæ urbis. *Marini Barletii* de Scodrensi urbe a Turca expugnata Libb. III. *Henr. Peniæ* de gestis Sophi contra Turcas epistola. *Jac. Fontani* Brugensis de bello Rhodio Libb. III. *Melch. Soitteri* a Vinda de bello Pannonico Libb. II. *Aloys. Armerii* de Gouleta & Tuneto expugnatis Lib. I. *Joan. Etrobii* de Tunicea urbis & Gouletæ expugnatione Lib. I. *Joan. Crispi.* Aegei maris Ducis de Naxo insula a Turcis occupata epistola. *Nic. Villagagnoni* de expeditione ad Argieram Lib. I. *Joan. Mart. Stellæ* de Turcarum in regno Hungariæ anno 1543. & 44. gestis epistola. Ejusd. de Alba in Hungaria a Turcis expugnata epistola. Item de Altenburgi munitione: item de munitione urbis Viennæ. *Joan. Christoph. Calveti Stellæ* de expugnato Aphrodisio commentarius. *Collectio satis infrequens.*

CHAMPERII (Bened. Curtii Symphoriani,) alias *Campegii*, illustriss. Antonii ducis Calabrie, Lothoringie & Barri &c. Practica nova in medicina, aggregatoris Lugdunensis, de omnibus mor-

borum generibus ex traditionibus grecorum : latinorum : arabum : penorum, ac recentium auctorum : aurei libri quinque. Item ejusdem aggregationis liber de omnibus generibus febrium. in 4. Sine loco, & anno.

Opusculo præmittit eligiam *Philesius Vogesigenus* in laudem authoris. Excerpo illinc aliqua.

Champerius Gallo passim celebratus in orbe,
 Cujus & externis laus bene nota plagis.
Nocturne faciens dispendia multa lucerne,
 Nec modico evolvens mille labore libros.
Ex quibus egregiam comportans esse epitomen
 Descripsit, triplici queque notanda modo.
Sensa latinorum & grecorum prima videntur,
 Penorum ac Arabum, hinc ultima turba recens.
Ipse gregatorem Lugdunensem vocitavit,
 Indendum patria nomen ab urbe trahens.
Quem clarus Princeps Lothoringe Antonius ore
 Ascivit, medicum constituitque suum. &c.

Bauerus ex Henningio, aliisque; operum hujus authoris prolixam seriem excitat, & ejusdem tituli, quem attuli, editionem Lugdunensem anni 1517. in 8. a raritate laudat: nostra videtur præ illa magis vetusta, itaque & *rarior* esse.

CHEKI (Joannis Angli,) de pronunciatione Græcæ potissimum lingvæ disputationes cum Stephano Vintoniensi episcopo, septem contrariis epistolis comprehensæ. Basil. per Nicol. Episcopium juniorem. 1555. in 8. *Collectio rarissima.*

CHERUBINI de Spoleto ſermones quadrageſimales preclariſſimi. in 8. ſine loc. & an. *Typus admodum vetuſtus.*

Du CHESNE (Andreæ, & Franciſci,) Hiſtoriæ Francorum ſcriptores coætanei. Tomi V. Lutetiæ Pariſiorum apud Sebaſtianum Cramoiſy Typographum Regium. 1636. — 1649. in fol. M.

Tomus I. continet Scriptores, *ab ipſius gentis origine ad Pipinum usque regem, quorum plurimi nunc primum ex variis Codd. MSS. in lucem prodierunt; alii vero auctiores, & emendatiores: cum epiſtolis Regum, Reginarum, Pontificum, Ducum, Comitum, Abbatum, & aliis veteribus rerum Francicarum monumentis.* Tomus II. *A Pipino Caroli M. Imp. Patre, usque ad Hugonem Capetum Regem.* Hos duos Tomos Andreas Geopraphus Regius collegit, & anno 1636. edidit: tres reliquos ejus filius Franciſcus. Tomus III. Continet ſcriptores, *A Carolo Martello Pipini regis patre, usque ad Hugonis, & Roberti regum tempora, quorum plurimi nunc primum &c. opera, ac ſtudio poſt patrem Franciſci du Cheſne in ſuprema Pariſienſium Curia Patroni; & Geographi regii, anno* 1641. Tom. IV. *Ab Hugone & Roberto regibus usque ad Philippi Auguſti tempora. Anno.* 1641. Tom. V. *A Philippo Auguſto rege, usque ad regis Philippi IV. dicti Pulchri tempora. Apud Sebaſtianum, & Gabrielem Cramoiſy. Anno* 1649. Vogtius ſcribit, hanc Collectionem omnium confeſſione inter rariores *rariſſimam* eſſe. Idem *Reimannus* de hoc Pentateucho affirmat. Cauſam raritatis Illuſtris de *Ludewig* in præfatione ad Hiſt. Imperii, hanc reddit; quod, cum Germani Jurisconſulti ad conſtituendos Romani Imperii limites his libris plurimum juvarentur, aula Gallica, quæ ſupererant

ćturam capere, chronicon universe ex 158. Capp. conflatum est, & ex Thuroczio maximam partem compendio exscriptum, iis demtis, quæ post hujus cap. 67. Partis IV. ille usque ad cladem Mohacsianam complectitur.

CHRONICON (Alexandrinum,) idemque Astronomicum, & Ecclesiasticum, vulgo Siculum, seu Fasti Siculi ab *Sigonio*, *Panvino*, aliisque passim laudatum, partimque Græce editum, nunc integrum Græce cum Latina interpretatione vulgatum opera & Studio *Matthæi Raderi* de Soc. Jesu. Monachii ex formis Annæ Bergiæ Viduæ. 1615. in 4. M. *Liber rarus.*

Breve CHRONICON Arctoæ Partis Germaniæ, & vicinarum gentium, ab anno 1581. usque ad 1587. Excusum 1587. in 4. sine loco. M. *Scriptum infrequens.*

D. CHRYSOLOGI (Petri,) archiepiscopi Ravennatis, viri eruditissimi, atque sanctissimi, insigne, ac pervetustum opus Homiliarum, nunc primum in lucem editum. Claruit sub Martiano Augusto, anno Domini CCCCL. Coloniæ ex officina Melchioris Novesiani. 1541. in fol.

Prodiit quidem jam ante in Italia; *sed ita*, Editoris hæc sunt, *mutilus*, *corruptus*, & *depravatus*, *ut vel Oedipo opus fuerit in multis in mente Autoris indaganda.*

CHWAL-

S. CHRYSOSTOMI (Joan.) Homiliæ, & sermones. Venetiis. 1503. in fol. *Liber Maittairio ignotus.*

CHWALKOWSZKY (Lucæ) Deliberatio de Principe Svetiæ regno Poloniæ præficiendo. Præcesserunt in obitum serenissimi Regis *Stephani* Carmina. Posnaniæ in offic. Ioan. Wolrabi. 1587. in 4.

Inscribit Deliberationem Annæ Jagelloniæ Reginæ Poloniæ. *Editio rara.*

CHYRURGIA, *Guidonis de Cauliaco*, & Cyrurgia *Bruni*, *Theodorici Rogerii*, *Rolandi*, *Bertapalie*, *Lantfranci.* Venetiis impressatum mandato, & expensis nobilis viri domini Octaviani Scoti, civis Modoetiensis, cura & arte Boneti Locatelli Bergomensis. 1498. undecimo Kal. Decembres, in fol.

———— Parva *Guidonis*: Cyrurgia *Albucasis* cum Cauteriis, & aliis instrumentis. Tractatus de oculis *Jesu Hali*: Tractatus de oculis *Canamusali.* Venetiis apud eund. octavo Kal. Martias. 1497. in fol.

Neutrum opus *Maittaire* ad hos annos memorat.

CHYTRÆI (David.) Historia Augustanæ Confessionis. Francofurti. 1578. in 4. *Liber rarior.*

———— Chronologia historiæ Herodoti, & Thucydidis recognita, & additis Ecclesiæ Christi, ac Imperii Romani rebus præcipuis, ab initio mun-

di usque ad noſtram ætatem contexta. Roſtochii Jac. Tranſylvanus excudebat. 1569. in 8. M.

Oſmont editionem Helmeſtadienſem anni 1585. velut raram commendat. Exemplum meum ipſe Chytræus Gabrieli Durnbachio Viennæ dono dederat, ut ejus manus fidem facit, quæ hæc adnotavit.

Fide Deo ſoli, mundo diffide, tibique,
Et tamen officium fac ſine fraude tuum.
Nec facias quidquam, niſi quod feciſſe neceſſe eſt,
Quamque dedit, norma eſt una ſequenda, Deus.
Scriptum manu Davidis Chytræi
Viennæ 20. Julii 1569.

Adjecere ſuam quoque ſymbolam complures, ut Caſp. Meliſſander, Jac. Prentelius Obervoelziganus Styrus, & Joan. Poſſelinus: hujus hoc eſt:

Annis mille jam peractis
Nulla fides eſt in pactis,
Mel in ore, verba lactis,
Fel in corde, nil in factis.

——— Chronici Saxoniæ, & vicini orbis Arctoi Libb. VII. Roſtochii typis Myliandrinis. 1590. in 8. M. *Editio apud nos non facile obvia.*

CIACONIUS: Vitæ, & res geſtæ Pontificum Romanor. & S. R. E. Cardinalium ab initio naſcentis Eccleſiæ usque ad Urbanum VIII. Pont. Max. Auctoribus, M. *Alphonſo Ciaconio* Biacenſi Ord. Prædicator. Poenitentiario Apoſtolico, *Franc. Cabrera Morali*, & *Andrea Victorello* Baſſanenſi Doct. Theol. Iconibus Pontificum, horum, &

Cardinalium Insignibus, & plurimorum elogiis adjunctis. Alia plura *Victorellus*, & *Ferdinan. Ughellus* Florent. Abbas Ord. Cisterc. Theol. ex MSS. præsertim monumentis addiderunt. *Hieron. Aleander* J. C. & alii Ciaconianum opus recensuerunt. Romæ Typis Vaticanis. 1630. in fol. max. *Opus rarum.*

CICERONIS Marci Tullii, epistolarum familiarium Libri XVI. cum Hubertini Clerici Crescentinatis commento. — Impressum est hoc opus Venetiis per Magistrum Andream Catharensem. 1487. die XVIII. Mensis Junii. in fol.

Unus, quod sciam, Maittaire hanc editionem memorat; Clement, Bauer, & Harvoodus prætereunt: quo fit, ut illam *perquam raris* adjiciam. In principio præfigitur epistola *Boni Accursii* Pisani ad Franciscum Turrianum: hanc altera excipit ad Accursium *Hubertini*, qui in fine elegos adjicit ad suum librum, inter cetera ad nomen suum ita alludens:

Atque Hubertinum non falso nomine dictum
Huberis arguerint fructibus ingenii.

——— Epistolarum familiarium Libb. sexdecim. Ubertini Clerici Crescentinatis in Cic. epistolas commentarii. Martini Philetici in quasdam epistolas electas commentarii. Georgii Merulæ Alexandrini in epistolam ad Lentulum Spintherem accurata interpretatio. Addita sunt etiam non nulla alia loca in libro miscelanearum per Angelum Politianum interpretata. — Impressum Ve-

netiis per Bernardinum benaltum. 1493. die XXI. Maii. in fol. *Editio ab Harvoodo omissa, nec Maittairio cognita.*

CICERONIS (M.Tul.)Epistolarum, ut inscribitur, familiarium Libb. XVI. cum Jodoci Badii Ascensii familiarissimis interpretationibus. Ejusdem Jod. Badii Ascensii compendium Isagogicum in Ciceronis epistolas introductivum. Insuper adponitur index brevissimus rerum, & verborum in opere contentorum. Venundantur Lugduni apud Stephanum Gueynard, alias Pineti prope S. Antonium. — Finiunt M. Tullii Ciceronis epistole familiares cum Jodoci Badii Ascensii perquam familiari expositione, marginalibusque, ut in titulo premittitur, annotationibus, & quottis, impresse Lugduni in calchographia Joannis Thome. Impensis vero honorabilis viri Stephani Gueinard Lugdunensis bibliopole. Anno post partu (sic) virginis quingentesimo decimoquarto. Supra millesimum. (1514.) die vero XXVI. Aprilis. in 4. maj. *Hæc quoque editio ab utroque, quos nunc memoravi, prætermissa est.*

——————— Hoc in volumine hæc continentur. Epistola ad Augustinum Mapheum per Bartholomeum Salicetum Bononiensem: & Ludovicum Regium Cornelienfem. M. T. C. epistolarum ad brutum liber unus. M. T. C. ad Octavium epistola. M. T. C. epistolarum ad T. Pom. Atticum

Libri XVI. T.P. Attici vita per Corneliũm nepotem. Pomponii Laeti epigramma ad Augustinum Maffeum. Alia epistola ad augustinum Maffeum per Ludovicum regium. Corneliensem. — Venetiis. 1499. die. XII. Junii. in fol. *Editio perrara.*

CICERO (M.Tul.) Officia: Cato: Paradoxa: cum commentariis Petri Marsi, & Martini Philetici. Venetiis per Bernardum Benaltum. in fol. sine l. & a.

——— De officiis cum commentariis Petri Marsi, ejusque recognitione. Cujus epistolas, quæso, perlegas, & in principio, & in calce operis editas. Insunt præterea paradoxa: de amicitia: de senectute: cum interpretibus suis. — Impræssum Venetiis per Bartholameum (sic) de Zanis de Portesio. 1498. Die 23. mensis Januarii. in fol. *Utraque editio rara.*

——— De officiis: de amicitia: de senectute: & paradoxis. Hec omnia Benedictus Brugnolus diligentissime castigavit. Insuper & greca verba: que multa deerant accuratissime addidit: nec aliquid reliquit desiderandum: gaudeant igitur studiosi his operibus sine menda editis. Cum privilegio. — EPLICIT ÆTERNI DEI GLORIAE. Anno ab incarnati verbi humanæ salutis 1502. pridie nonas Julii Venetiis in edibus Magistri Jacobi Pencii de Leuco oriundi, Principe Serenis. Leonardo Lauredano: consulibus. De Fran-

cisco Barbadico. d. Aloysio Michaeli. d. Nicolao Fuscareno d. Ludovico Venerio extremam manum imposuimus hisce Marci Tullii operibus: que in lucem prodiere castigata a domino Benedicto Brugnolo patre disciplinarum: magistro bonorum morum: exemplari virtutum: qui simul ac perspicaci ingenio: exquisita doctrina: & solerti industria nobis reddidit integrum patrem eloquentie, & magistrum philosophie nos mortales relinquens hoc die ad deum opt. max. beatus advolavit. in fol.

Postrema hæc Monastico, cetera omnia Romano typo edita sunt. In officia commentatur *Petrus Marsus* præmissis epistolis ad Raphaelem Rearium S. Georgii ad Velabrum, & F. Gonzagam Mantuanum S. R. E. Cardinales; in dialogum de amicitia *Omnibonus Leonicenus* Vicentinus: in Catonem majorem, & paradoxa *Martinus Phileticus*. Solam igitur castigationem Brugnolo debemus: qui si anno 1502. pridie Nonas Julii obiit, ut typographus testatur, tunc quidem non rite vitam illius ad annum 1506. Jöcherus producit. *Editio Maittairio non visa.*

CICERONIS (M. Tul.) Officiorum libri III. Gemina explanatio officiorum Ciceronis, Petri videlicet Marci (Marsi), Jodoci Badii Ascensii. Item ejusdem Ascensii in libros de amicitia, senectute, & paredoxis longe diligentissima interpretatio jam primum edita. — Ex edibus nostris apud Parrhisios, VI. Kalend. Aprilis, in 4. sine anno.

Parum *vulgata editio*. Finem exornat icon SS. Petri, & Pauli, linteum Veronicæ tenentium, cui sub-

nectuntur mixti gereris sententiæ: inter quas hæc quoque memorabilis, & vera.

Facilius invenies, qui opes vituperet, quam qui fastidiat.

Datum Parisiis, quod exscripsi, Ascensii est ad Vincentium, Simonem reor intelligi: re enim vera ex Insigni, quod sententiis subditur, & Davostii est, patet librum Lugduni editum fuisse. Typographi Insigne hæc sequuntur:

Heroici carminis sonus
Lyricorum jucunditas
Aeglorum (Elegorum) lascivia
Jamborum amaritudo
Epigrammatum lusus.

Prius illud signum, quod SS. Petrum, & Paulum refert, puto bibliopolæ Vincentii esse, cui simile Frid. Roth-Scholtzius tribuit Joan. de Platea an. 1514. an circa id tempus, an prius nostrum exemplar editum?

CICERONIS (M.Tul.) Officia: de amicitia: de Senectute, paradoxa: somnium Scipionis: de Senectute, & Somnium Scipionis etiam ex Theodori Gazæ verisione. Omnia denuo vigilantiori cura recognita per Des. Erasmum Rot. & Conradum Goclenium, deprehensis, ac restitutis aliquot locis, non cuilibet obviis. Basil. in offic. Frobeniana. 1528. in 4. *Editio rara.*

——————— Officiorum Libri III. Cato major, vel de senectute: Lælius, vel de amicitia: paradoxa Stoicorum sex: somnium Scipionis ex libro

„ diveris dignum auditu, dignumque memoratu. Ex
„ hac vigilantia, ex hoc pertinaci ſtudio, ex hac
„ quotidiana exercitatione tantum profeciſti, ut lin-
„ gvæ vitiligines repurgaveris, ut ſalebras barbaris-
„ morum, qui tranſmontanis fere genuini, ac pecu-
„ liares ſunt, latinitatis dolatorio levigaveris, ut jam
„ proſa, & verſu pericliteris ingenium. Et cum in
„ eo ſis adoleſcentiæ lubrico, in quo fere aut cade-
„ re, aut titubare contingat, te nullus vitiorum tur-
„ bo jactavit; non deliciæ noſtrates, non condiſcipu-
„ lorum ſodalitates, non illicibiles voluptates trans-
„ vorſum trudere potuerunt a cultura literarum, ſine
„ quibus cultus omnis eſt incultus, & vita vix vita-
„ bilis. Non feciſti, quod compluſculi Scholaſtico-
„ rum, qui ad nos prout barbari veniunt, ita barba-
„ ri ad patriam revertuntur. - - Tu autem impenſam
„ operam das, ut in Pannoniam nitidior redeas, at-
„ que elegantior, neque ulla ex parte ſis Gyulanæ fa-
„ miliæ dehoneſtamento, quæ clara, honorataque
„ apud Pannonios eſt, ex qua non pauci longo abhinc
„ ſeculo exſtiterunt nobilitate monſtrabiles, & in præ-
„ ſentia tres fratres tui, Ladislaus, Georgius, Nico-
„ laus, præfecturis militaribus decorati, inter quos
„ Georgius cumprimis eniteſcit, comitate affabilis,
„ liberalitate munificus, & ob id maximo Pannonio-
„ rum regi perjucundus, qui cum bellum continen-
„ ter gerat adverſus Turcas truculentos, eum ducatu
„ bellico exornatum velut obicem oppoſuit, procellæ
„ efferatarum gentium ſuffrenandæ. - - - Tu vero
„ militiæ hujuſce noſtræ literariæ ſacramentis initia-
„ tus, & eloquentiæ candidatus, nihil omittis earum
„ rerum, quæ tibi, quæ tuis, quæ familiæ eſſe poſ-
„ ſint ornamento. Quod mihi hortamento ſane fuit,
„ & incitabulum, ut tibi nuncupatim dedicarem com-
„ mentarios Tuſculanarum quæſtionum &c. „ Non
poterat nobili juveni Hungaro ſincerior laus a tali vi-
ro tribui: illud tamen duriuſculum videtur; quod lin-

gvæ vitiligines, & salebras barbarismorum transmontanis fere tribuit. Sed notum est, non Hungaros solum, verum alios quoque, qui in Latio non sint, transmontanos Italis dici.

CICERONIS M. T. Tusculanarum quæstionum Libri V. Selestadii in ædibus Lazari Schurerii, mense Octobri. Anno 1521. in 4. *Editio non passim obvia, & Harvoodo incognita.*

——— De Oratore ad Q. Fratrem. — M. T. C. hoc de oratore opusculum una cum commentario Omniboni Leoniceni Rhetoris præstantissimi in eundem foeliciter finit. in fol. sine l. & anno.

——— De oratore Ciceronis ad Q. Fratrem Libri III. corrigente Paulo Manutio Aldi filio. Venetiis. 1550. in 8.

Videtur esse pars collectionis operum omnium Ciceronis eo anno vulgatorum. Si ita, tunc anno 1554. repetita per Aldum editio fuit, cujus partes aliquot itidem possidemus.

——— De perfecto oratore ad M. Brutum: Liber Topicorum ad C. Trebatium: Partitionum liber ad filium suum Ciceronem: de claris oratoribus: de petitione Consulatus ad M. T. Ciceronem fratrem suum: de optimo genere oratorum. *Aeschinis* contra Ctesiphontem de Demosthenis coronatione, per Leonardum Aretinum in latinam orationem interpretata. *Demosthenis* oratio in Aeschinem per Leon. Aretinum in latinum

converſa. — Univerſi operis finis per Bartholomeum Alexandrinum: & Andream Aſulanum impreſſi Venetiis: anno nativitatis dominicæ. 1485. III. Nonas Martias. in fol. *Editio perrara.*

CICERONIS (M.T.) Rhetoricorum ad C. Herenium libri quottuor cum eruditiſſimis elucidationibus Franciſci Maturantii, & Antonii Mancinelli; præſertim in primum librum: & cum familiari admodum Jod. Badii Aſcenſii in omneis quattuor libros explanatione. Item ejusdem M. Tullii Ciceronis de inventione libri II. a Mario Fabio Victorino Rhetore expoſiti. Venundantur in vico S. Jacobi a Johanne Parvo, & ipſo Aſcenſio. Parrhiſiis ad idus Junias. 1508. in fol. min.

Annum, & locum editionis ſumſi ex epiſtola Aſcenſii ad Lectorem, quæ in fine operis exhibetur.

——— Rhetoricorum libri IV. Florentiæ. 1515. in 8. *Utraque editio rara eſt.*

——— Philippicæ XIIII. cum enarrationibus Franciſci Maturantii Peruſini. — Impreſſum hoc opus Bononiæ per Benedictum Hectoris Bibliopolam ſolertiſſimum, civem bononienſem. Anno dominicæ ſalutis. 1501. Die vero XXIII. Decembris. in fol. *Liber perrarus, & a Maittairio omiſſus.*

Forte ſit copia editionis Vicentinæ, quam Harvoodus anno 1488. prodiiſſe refert.

beant, sed potius esse tam DD. Protestantibus, quam Catholicis execrabiles. Cracoviæ in offic. viduæ, & hæredum Francisci Cezary. 1662. in 4. *Uterque libellus parum apud nos vulgatus.*

CINGULARII (Hieronymi) Aurimontani, tersissima latini eloquii synonimorum collectanea, non modo epistolas, verum etiam carmina cudere volentibus oppido idonea. — Impressum Liptzk per Melchiorem Lotterum. 1515. in 4.

Præfatur carmine ad lectorem Wolfus Cyclopius Cicneus: ipsum opusculum dicat author Christophoro, & Nicolao de Seydelitz germanis: tum elegos suos subjungunt Franc. Sylvius Novimontanus, & Bernardinus Fragilucus. In fine annexus est *Tractatulus utilissimus de vocum proprietatibus &c.* quem sequuntur, epistola Cingularii ad suos, Joan. Ferrei Hessi elegia ad lectorem; denique Sylvii Novimontani hendecasyllabon in Ronchisonum amuseum. *Editio rara.*

CINNAMI (Joan.) de rebus gestis Imperat. Constantinop. Joannis, & Manuelis Comnenorum, Historiar. libri IV. *Cornelius Tollius* primus edidit, vertit, castigavit. Trajecti ad Rhenum typis Theodori ab Ackersdyck, & Gisberti a Zyll. 1652. in 4. M. *Liber rarus.*

CIOFANI (Herculis,) in P. Ovidii libros Metamorphoseon animadversiones. Romæ. 1575. in 8.

Exscripsi titulum ex catal. Biblioth. Collegii Posoniensis; qui si rite connotatus est, habemus editionem Romanam, nulli, quod reor, memoratam. At

vereor, ne non pro *Venetiis*, quam urbem D. Clement indicat, *Roma* irrepserit, meritoque, quod jam alias memoravi, suspicer, quosdam catalogos nobis transmissos indiligenter descriptos esse.

Libellus in ipsa quoque Transsilvania *perquam rarus*: Compilatorem operis fuisse *Honterum*, Valentinus Wagnerus Coronensis in elegia, quam operi præfixit, hoc disticho indicat:

Quas bene disponens hæc in compendia strinxit
Honterus, patriæ provida cura suæ.

Editionem hanc *Maittaire* annalibus suis inserere omisit. Possidemus idem opus in fol. sed sine anni, locique nota, quod tamen ex litterarum forma vetustius priore est.

Author exemplar nostrum nobili Hungaro adolescenti, *Joanni Nagy*, dum is Romæ litteris operam daret, donaverat, ut ejus manus testatur. *Editio rara.*

CLAVII (Christoph.) Responsio ad convicia, & calumnias *Jos. Scaligeri* in calendarium Gregorianum. Moguntiæ excudebat Joan. Albinus. 1609. in 4.

———— Refutatio Cyclomatriæ *Jos. Scaligeri.* Mogunt. apud eund. 1609. in 4. *Utrumque Scriptum minus obvium est.*

D. CLEMENTIS (Alexandrini) Recognitionum Libri X. ad Jacobum fratrem Domini, *Rufino Torano* Aquilejensi interprete. Cui accessit non poenitenda epistolarum pars vetustissimorum episcoporum, hactenus non visa, eorum qui abhinc an. MCC. Romanæ Ecclesiæ præfuerunt. — Basileæ apud Joan. Bebelum. 1526. in fol.

Editio *rara*, & a *Maittairio* omissa. Præfatur Jo. Sichardus ad Bernardum Episcopum Tridentinum. Inter epistolas, quæ accesserunt, censentur: *Clementis* epistolæ 5. *Anacleti* 1. *Evaristi*, 2. *Alexandri*, 3. *Xisti* unica: *Higyni*, 2. *Soteri*, 4. *Victoris*, *Zephyrini*, *Urbani*, *Pontiani*, *Antheri*, *Eutychiani* singulæ, quibus additur *Constantini* Imperatoris *Confessio.*

———— Alexandrini viri longe doctissimi, qui *Panteni* quidem martyris fuit discipulus, præceptor vero *Origenis*, omnia, quæ quidem extant, opera, a paucis jam annis inventa, & nunc denuo accuratius excusa, *Gentiano Herveto* Aure-

liano interprete. Basileæ per Thomam Gvarinum. 1566. in fol. *Liber rarus.*

CLEMENTIS Romani Apostolicarum constitutionum, & Catholicæ doctrinæ Libri VIII. Antverpiæ. 1578. in fol.

Laudatur Reimmanno Veneta editio anni 1563. in 4. & perrara dicitur, nostra, ut reor, non vbivis, & passim obvia est.

———— Claudii, Musei, sive Bibliothecæ tam privatæ quam publicæ extructio, instructio, cura, usus. Libri IV. Accessit accurata descriptio Regiæ Bibliothecæ S. Laurentii Escurialis: insuper Parænesis allegorica ad amorem litterarum. Auctor P. *Claudius Clemens* e Soc. Jesu, regius Professor eruditionis in Collegio Imperiali Madritensi. Lugduni sumptibus Jacobi Prost. 1635. in 4. M.

Author hic multus est in commendanda Bibliotheca *Mathiæ Corvini* regis, quem ex vero *Martigenam* vocat, etsi illum litteras, & litteratos perinde coluisse affirmet pag. 280. ubi, cum de Bibliothecarum insignium Auctoribus in XXV. Metopis ad occidentem pingendis agit, *Mathiæ Corvino* locum ilicet post *Carolum M.* tribuit. Nec illud prætereundum, quod pag. 370. affert his verbis: *Hercules Ciofanus in vita Ovidii memorat, Isabellam Pannoniæ reginam ostendisse Angelo Bargæo nobili Poetæ calamum Ovidii argenteum haud multo ante repertum in quibusdam ruinis cum hac inscriptione: OVIDII NASONIS CALAMVS.* Credo, Isabellam *Joannis Zapoliæ* conjugem hoc loco indicari.

CLESELS Cardinal Verbrechen, ümb deſswegen er von König Ferdinando &c. und Ertzhertzogen Maximiliano &c. in die Verhafftung genommen, und folgends zu gebürlicher Verantwortung gegen J. Kay. May. ſelbſten, ſeiner eignen Bekantnuſs nach, mit ſeinem Farben auſsgeſtrichen, und beſchrieben worden. Gedruckt in Jahr. 1618. in 4. pagg. 8. ſine l.

———— Kunſtboſſen, oder eygentliche Beſchreibung des degradirten Cardinals Cleſels, Lebens, Wandels, Rath und Anſchlägen, auch Practiquen, und Verräthereyen, deren er ſich hin und wider in der Welt, zwiſchen dem Römiſchen, auch Türckiſchen Kayſer, und andern Königen, Fürſten, und Herrn zubrauchen befliſſen &c.

Einem jeden ſagt man etwas nach,
Vom guten guts, vom böſen Raach.

Gedruckt zu Warpurg, durch Johan Veriman. 1619. in 4. folior. 18.

Liber carmine rudi Germanico in modum dialogi eſt exaratus. Utrumque opuſculum *perrarum* eſt; an item bona fide, & ſine partium ſtudio ſcriptum? prius ſine authore, hoc & editionis loco, & authoris nomine ſuppoſitis vulgatum, prudentem ſuſpicionem ingerunt, editorem non religioſiſſime veritati ſtuduiſſe.

CLEVISCH privilegium, oder Grundt der im Fürſtenthumb Cleve entſtandener Vneinigkeit.

S

Gedruckt zu Düesburg, im Jahr 1647. in 4. pagg. 26. cum titulo. *Libellus rarior.*

CLICHTOVEI (Jodoci,) De veneratione ſanctorum Libri II. Coloniæ in officina honeſti civis Petri Quentel. 1525. in 4. *Liber perrarus.*

CLOTZ (Stephani,) Tractatus de Angelolatria, hoc eſt, religioſa, ut vocant, adoratione, & invocatione B. Angelorum, una cum præfixa Diſſertatione, de natura & ratione Idololatrias in genere. Roſtochii litteris Joachimi Pedani 1636. in 4.

Liber in noſtris terris *infrequens.*

CLUSII (Caroli) rariorum aliquot ſtirpium per Hiſpanias obſervatarum Hiſtoria Libris II. expreſſa: ad Maximilianum II. Imp. Antverp. ex offic. Chriſtoph. Plantini. 1576. in 8. cum figg.

Manus Authoris hæc libro inſcripſit *Cl. V. D. Michaeli Lingelio Medico amicitiæ ergo Auctor dd. Viennæ X. Maji.* 1576. Bauer librum *raris* adnumerat.

CLUVERII (Johan.) Hiſtoriarum totius mundi epitome a prima rerum origine usque ad annum Chriſti M. DCXXX. &c. Acceſſit per ipſum authorem continuatio Hiſtoriæ ad annum M. DC. XXXIII. Lugduni Batavor. ex officina Hieron. de Vogel. 1645. in 4.

Eſt nobis etiam exemplum anni 1657. Lugd. Batav. editum, & ad annum M. DC. LIII. continuatum.

Bauerus ex catalogo Feuerlini editionem Amstelodamensem anni 1668. inter *raras* locat: nostram utramque tacitus præterit.

COCCEJI (Joan.) Judaicarum responsionum consideratio. Accedit præfatio de fide sacrorum Codicum Hebræorum, ac Versionis LXX. Interpretum, & oratio de caufis incredulitatis Judæorum, Amsterodami apud Casp. Commelinum. 1662. in 4. *Scriptum infrequens.*

COCH (Joan.) Bremensis, duo tituli Thalmudici: *Sanhedrin*, & *Maccoth*: quorum ille agit de synedriis, judiciis, suppliciis capitalibus Ebræorum: hic de pœna falsi testimonii, exilio, & asylis, flagellatione. Cum excerptis ex utriusque *Gemara* versa &c. Amsterodami Typis Frederici Heynsii. 1629. in 4. *Liber non passim obvius.*

COCHLAEI (Joan.) Canonici Vratislaviensis, & *Arnoldi Wesaliensis* communi studio quadruplex concordiæ ratio, & consyderatio super *Confessione Augustana* Protestantium quorundam Sac. Rom. Imp. Principum, ac Statuum, Cæs. Maiestati Augustæ exhibita. Ingolstadii ex offic. Alexandri Weissenhorn. 1544. in 8.

——— De novis ex Hebræo translationibus Sacræ Scripturæ Disceptatio. ibid. 1544. in 8. *Utriusque opusculi rara est editio.*

quod titulus nostri exemplaris videtur innuere. Author recen etur aliis sub articulo *Curopalata.*

CODRI (Antonii) Urcei, Orationes sive sermones, epistolæ, Sylvæ, Satyræ, Eglogæ, Epigrammata. in fol.

Liber in fine mutilus: itaque an sit editionis Bononiensis anni 1502. an contra Venetæ an. 1506. ignoro. *Editio perrara.*

CODRONCHII (Bapt.) de Christiana, ac tuta medendi ratione Libb. II. varia doctrina referti. Quibus additus est ejusd. Auctoris Tractatus de Baccis orientalibus, ac de Antimonio, cum examine, ac judicio aliorum doctissimorum Medicorum. Ferrariæ apud Benedictum Mammarellum. 1591. in 4. *Liber infrequentior.*

COELII Pannonii Collectanea in Sacram Apocalypsim D. Joannis Apostoli, & Evangelistæ, ex omnibus omnium quum veterum, tum etiam neotericorum castissimis commentariis. Opus omnibus sacrarum litterarum studiosis utilissimum. *Coelio Pannonio* in divinis litteris viro eruditiss. authore. Parisiis apud Michaelem Julianum in monte D. Hilarii sub stellæ coronatæ signo. 1571. cum privilegio regis. in 8.

Fuisse authorem ex ordine S. Pauli I. Eremitæ ostendunt ad calcem adjecta verba: *F. Gregorius Coelius Pannonius Ord. S. Pauli I. Eremitæ faciebat.* Liber paucis exterorum memoratus notam *raritatis* indicat.

a COLLIBUS Hipp. Princeps, Consiliarius, Palatinus, sive Aulicus, & Nobilis. c. n. Mart. Nauraths Frf. 1670. in 8. *Liber rarus.*

COLLINI (Matthæi,) Sacri argumenti hymni aliquot. Impressum Pragæ in antiqua urbe apud Joannem Colubrum. 1545. Mense Decembri. in 8. M.

Ejusdem: *De Cœna Domini aliquot odæ, exempli gratia propositæ adolescentibus in Academia Pragensi, cum Prosodiam publice prælegeret. Addita sunt & alia quædam exempla præcipuorum generum versuum, & ea quidem varii argumenti. Impressum in majori civitate Pragensi in officina Joannis Colubri.* 1546. in 8. M. Possessor utriusque libelli olim fuit *Nicolaus Olahus,* ut Author sua manu adnotavit: *Ampliss. præsuli ac DD. Nicolao Olaho Episcopo Zagrabiensi, Hungarici regni Cancellario &c. Suo D. ac patrono colendiss. Matthæus Collinus Gurimenus obt.*

COLUMBAE (Gerardi,) de febris pestilentis cognitione, & curatione disputationum medicarum Libri II. in quorum priore agitur etiam de stellarum influxibus, adversus Jo. Picum Mirandulanum: in posteriore de abusu phoenigmatum in febre pestilenti. Messanæ apud Petrum Bream. 1597. in 4. *Liber rarior.*

COLUMBI (Realdi Cremonensis,) in almo gymnasio Romano Anatomici celeberrimi, de re Anatomica Libri XV. Venetiis ex Typographia Nic. Bevilacquæ 1559. in fol. cum figg.

Galliæ descriptio; cum vita authoris. Excudebat Parisiis Andreas Wechelus. 1569. in 12. M. *Editio non passim obvia.*

COMITIS (Natalis) universæ historiæ sui temporis Libri XXX. ab anno salutis nostræ 1545. usque ad annum 1581. cum duobus indicibus Laurentii Gotti, civis Veneti: altero antiquorum, & recentium nominum variorum locorum, provinciarum, fluviorum, urbium, montium, oppidorum: altero rerum in historiis contentarum memorabilium. Cum privilegiis, summi Pontificis, invictissimi Cæsaris, regis Catholici, ac Senatus Veneti. Venetiis apud Damianum Zenarum. 1581. in fol.

Editioni huic *raritatem* tribuit quidem Clement, eamque *Lenglet du Fresnoy* aliis præfert, ille tamen meliorem esse affirmat eam, quæ Argentorati 1612. in fol. prodiit. Uter rectius?

COMITOLI (Pauli Perusini) Soc. Jesu, catena in beatissimum Job absolutissima, e quatuor, & viginti Græciæ Doctorum explanationibus contexta, e græco in latinum conuersa, atque ab eodem nunc iterum edita, nec non multarum, magnarumque rerum accessionibus locupletata. Venetiis apud Jolitos. 1587. in 4.

Freytag librum *raris* adnumerat. Author MS. codicem græcum ex biblioth. Cardinalis Antonii Caraffæ accepit, eumque præfert catenæ Vaticanæ, Petri Trivisani Patricii Veneti, Joannis a S. Andrea Cano-

Principis excudit Georgius Renius. 1655. in 8. Latine & Hungarice. *Editio rara.*

COMPUTUS novus, & ecclesiasticus totius fere Astronomie fundamentum pulcherrimum continens. Clerico non minus utilis, quam necessarius: cum additionibus quibusdam noviter appressis. — Vienne Pannonie in edibus Joannis Singrenii. Anno salutis 1517. in 4.

Author nuspiam est proditus: præfatio maximam partem confecta est in Ecclesiasticos, qui per id tempus astronomiæ studium velut religioni dissonum exsibilare solebant, hos redarguit exemplo Sixti IV. Pont. qui Joannem de Monteregio Vienna Romam ad corrigendum Calendarium accersierat, quod is, nisi morte fuisset præventus, citra dubium perfecturus erat. In fine additur, *tabula de longitudine dierum noctiumque, de tempore ortus, occasusve solis pro latitudine graduum* 48. *diligentissime supputata.* Repetita est editio Venetiis anno 1519. per Petrum Liechtenstein in 4. servata etiam tabula longitudinis dierum &c. ac præfatione. Hæc quoque in nostra Biblioth. exstat. *Utraque editio est ex rarioribus, & neutra Maittairio cognita.*

CONCERTATIO Ecclesiæ Catholicæ in Anglia, adversus Calvinopapistas, & Puritanos, a paucis annis singulari studio quorundam hominum doctrina, & sanctitate illustrium renovata. Augustæ Trevirorum apud Edmundum Hatotum. 1583. in 8.

Continentur hoc opusculo *minus communi*: epistolæ *Edmundi Campiani* Soc. Jesu ad *Consiliarios* re-

rät Zärtlin, in 76. artickel veruaſſet. in 4. ſine loco, & anno.

Wilt wiſſen in eim knopff und griff,
warumb doch ſchwanck Sant Peters ſchiff,
Und wer das hatt durchlöchert gar:
Du findſt es hye gantz offenbar:
Der ſtamm Symon, und ſein geſchelcht
Bapſt, Cardinäl, und all ir gbrecht,
Münch, Curtisän, mit hoffs genoſs
entdeckt ſeind hye an frommkeit bloſs.
Und leug ich dir, ſo binn villycht
mit inen ich ein öder wycht.
Ein wunder büchlin binn ich gnant
lang zeyt gelegen unbekant.
Nun wüſch ich fürhär rechter zeit,
glaub mir, der Has im pfeffer leyt.
Concilium. Concilium.
Concilium.

Prima opuſculi *rariſſimi* pars, quæ de Conciliis agit, eſt una cum titulo folior. 19. altera, cujus author eſt *Conradus Zärtlin*, alio nomine *Playnbacher*, cum titulo, & duabus in fine iconibus, fol. 9. Utriusque editor eſt *Ulricus Huttenus*, quemadmodum ipſe in præfatione, cui nomen ſubſcriptum eſt, in hæc verba fatetur. *Mit ſölichem fleiſſ als ich nechſt bey mainem beſondern troſtlichen güter freünd und enthalter Frantzen von Sickingen, haubtman &c. in ſeinem ſchloſs Ebernburg, unter anderen bücheren, im vilycht von ſeinem Vatter ſeligen verlaſſen, ein büchlin des titels:* von haltung der Concilien &c. *funden, und mir bald darnoch herre Cunrät Zärtlin ein vaſt*

nutzlichs büchlin, so er von dem rechten alten glauben zübehalten vermanungs weis beschriben, zugeschickt, hab ich, uff das unser gantz Vatterland nit lang solich nutzs beraubet blibe, genante zwey büchlin züsamen trucken lassen. &c. Gebenn zu Ebernburg uff den tag Valerii, im jar M.D.XXI. Author primum occupatur in ostendenda Conciliorum necessitate, ac potestate, tum in beneficiorum Ecclesiasticorum, in primis, plurium possessores invehitur phrasi prorsus Hutteniana, ut mihi fere suspicio oboriatur, illum opusculi hujus, quod is vetus, & forte fortuna ab se repertum scribit, verum authorem, aut interpolatorem fuisse: definit denique in Concilio Basileensi, clauditque in hæc verba: *auch nach der obgenanten zeit, als sye sprechen, das das Concilium uffgelöset ward zwey gantzer jor, so hab ich Römisch Kunnig Albertus seliger gedächtnifs, und alle Kurfürsten offenbarlich das Concilium gehalten und geschriben ein war bestendig concilium uff den grossen tag den sye hetten zu Franckfurt, als sich das findet in warer handelung, die da geschehen ist anno domini M. CCCC. XXXIV. &c.* Alteram opusculi partem *Conradus Zürtlin* dicat, *dem strengen, und erenwesten herrn Johan Schotten &c. Ritter.* Datum est: *Geben zu Wittenburg an XX. tag februarii Anno XXVI.* (1526.) Qui an sit annus editi utriusque opusculi, compertum non habeo. Subscribit ita: *Ewer strengkeit gütwilliger Cünrat Zürtlin, genannt Playnbacher, Vicary zü Bamberg.* Ultima duo folia, ut jam memoravi, duas icones referunt: primam ipsius *Hutteni* esse puto ex inscriptione sequenti:

So reych es recht hyn wo Gott wöll,
die sach ich im gäntzlich heymstell,
ich habs gewagt on alls ungföll.

Familiare enim fuit Hutteno in Latinis opusculis hoc lemma: *jacta est alea:* adjicere; quod a postre-

mo Germanico versu non abludit. Alteram *Caroli V.* iconem esse, non modo Insignia Hispano-Austriaca, sed epigraphe etiam docet.

O Carle Keyser lobesan,
greiff du die sach zum ersten an,
Gott würts mit dir on zweyfel han.

CONCLUSIONES XXXIX. Contra quorundam Bohemorum errores. Impressum Liptzk. 1494. in 4.

Author opusculi fertur fuisse *Nicolaus de Ausino:* pugnat contra Hussitas pro una specie Sacramenti. *Liber perrarus.*

CONCORDIA: Christliche widerholte, einmütige Bekentnüs nachbenanter Churfürsten, Fürsten und stende Augspurgischer Confession, und derselben zu ende des Buchs underschriebener Theologen Lere und glaubens &c. Dresden 1581. in fol.

Bauer ex Maschii Andr. Gottliebii Beyträge &c. *raris*, & communi consensu receptis adnumerat: annum tamen editionis ponit 1580.

——— Pia, & unanimi consensu repetita Confessionis fidei, & doctrinæ Electorum Principum, & ordinum Imperii, atque eorundem Theologorum, qui Augustanam Confessionem amplectuntur. Lipsiæ. 1580. in 4. *Editio rara.*

CONFESSIO: Interogationes & doctrine: quibus quilibet sacerdos debeat interrogare suum confitentem. in 8. Sine loci & anni nota: folior 9.

Typus Gothicus indubie ſeculi XV. Poſtremum caput hanc rubricam refert: *Caſus multum utiles circa abſolutionem :* tum ſingilatim aliquos refert in hæc verba: *Dubitatur, utrum mutus vel ſurdus, ſive bleſus poſſit abſolvi per ſigna? vel ſcripta tradendo Confeſſori? reſpondetur, quod ſic. Utrum advena, qui confitetur in ſuo ideomatę ſi debeat abſolvi? reſpondetur, quod ſic, licet Confeſſor non intelligat &c.* Hæc olim pro ruditate ſeculi, & ex privati hominis opinatione.

CONFESSIONES fidei chriſtianæ tres, diverſis quidem temporibus editæ, ſed cum veræ, & Catholicæ Eccleſiæ ſententia incorrupta congruentes; quarum prima exhibita eſt Inviɛtiſſ. Imp. Carolo V. Cæſ. Aug. in comitiis Auguſtæ anno XXX: reliquæ duæ oblatæ ſunt Synodo Tridentinæ: altera quidem nomine Eccleſiarum Saxonicarum : altera vero nomine illuſtriſſ. Principis, ac Domini, domini Chriſtophori Ducis Wirtembergenſis &c. Anno LII. Pſal. 119. Et loquebar de teſtimoniis tuis in conſpectu regum, & non confundebar. Francofurti ex offic. Petri Brubachii. 1553. in 4.

Præfatio ad Lectorem ita inchoat : *Hæc confeſſio prorſus ignorantibus Principibus, qui eam Cæſari exhibuerunt, ab avaro aliquo typographo ante ſemeſtre publicata eſt, & ita excuſa eſt, ut multis in locis appareat, de induſtria depravatam eſſe &c.* Eadem prorſus verba occurrunt in editione confeſſionis Auguſtanæ anni 1531. Alterius confeſſionis titulus ita habet: *Confeſſio doctrinæ Saxonicarum Eccleſiarum Synodo Tridentinæ oblata anno 1551. in qua Chri-*

ſtiane

ſtiane Lector videbis, quinam e Catholicæ Eccleſiæ gremio reſilierint, & per quos ſtet, quo minus Eccleſiæ pia concordia ſanciatur &c. Anno Domini 1553. Triginta ſubſcripſere huic confeſſioni, quorum primus eſt, *Joannes Bugenhagius Pomeranus, paſtor Eccleſiæ Vitæbergenſis, & Superintendens in Electoratu Saxoniæ*: poſtremus autem: *Lucas Hezerus, Diaconus Vitæbergenſis.* Tertiæ initium hujus modi eſt: *Confeſſio piæ doctrinæ, quæ nomine illuſtriſſimi Principis ac Domini, D. Chriſtophori Ducis Wirtembergenſis, & Teccenſis &c. per Legatos ejus die XXIIII. menſis Januarii anno* 1552. *congregationi Tridentini Concilii propoſita eſt.* Catalogus Biblioth. Solgerianæ hanc *admodum infrequentibus* accenſet.

CONFITENDI modus, compoſitus per reverendum epiſcopum *Andream* Hiſpanum, Sancte Romane Eccleſie Penitentionarium (ſic.) Interrogationes, & doctrine, quibus quilibet Sacerdos debet interrogare ſuum confitentem. Cannones penitentiales per epiſcopum Civitaten. compoſiti. Caſus Papales & epiſcopales. — Impreſſum Auguſte per Johannem Froſchauer. Anno Domini 1506. in 4.

Maittairio præteritus. Adjecta ſunt, ſed typo diſtincto, *ſtatuta Synodalia Eccleſie Olomucenſis anni* 1509. Sine loci & temporis indicio.

CONRADINI (Balthaſaris,) Febris miſcellanea Hungarica ΘΗΡΙΩΔΗΣ. Kurtzer unterricht, wie ein jeder ſein Haus in dieſen gefehrlichen Leuffen des malignæ Epidemialiſchen fiebers, die

Ungerisch sucht genant, halten und regiren soll. Græcii Styrorum 1571. in 8.

Hæc Styri Medici opinio cum crebresceret, ac Hungaris parum æqua esset, Facultas Medica Viennensis anno 1575. Scriptum edidit, quo *Conradini* sententia refellitur. *Darumb*, inquiunt, *dan ir vil vermaineten, es were gar ein newe Kranckheit, die in Hungern gar newlich sich erzeigt, und von dannen in andere Lande kommen sey: so doch solchs gar ein alte Kranckheit ist, von welcher die Griechen, auch Arabier vor etliche hundert jaren geschrieben haben.*

CONRINGII (Hermanni,) de finibus Imperii Germanici Libri II. quibus jura finium a primo Imperii exordio ad hæc nostra usque tempora propugnantur. Helmestadii typis, & sumptibus Heningi Mulleri, Academiæ Iuliæ Typogr. 1654. in 4. M. *Liber rarus.*

——————— Dissertatio de morbis, ac mutationibus Rerum publicarum, Helmestadii typis Henningi Mulleri. 1640. in4. M. *Liber itidem rarus.*

——————— De Bibliotheca Augusta, quæ est in arce Wolfenbuttelensi, ad illustr. & generosum Joan. Christianum L. Baronem a *Boineburg*, epistola; qua simul de omni re Bibliothecaria disseritur. Helmestadii, typis, & sumptibus Henningi Mulleri 1661. in 4. M.

Multus est in collaudanda Bibliotheca Budensi Mathiæ Corvini regis, cui post Vaticanam secundas dat. Jam alias indicavi, habere me ex viro fide digno, bonam MSS. Codicum Biblioth. Corvinianæ partem

Constantinopoli latere, ex hac autem Conringii epistola doceor, non temnendam copiam in hac, quam describit, Wolfenbuttelana itidem exstare. Verba illius pag. 119. &c. sunt: *In quorum* (MSS. Codd.) *conquisitione etiam illam felicitatem sibi contigisse, impense lætatur Princeps optimus, quod, dum ardua serenissimæ domus negotia Rudolphum II. & Ferdinandum II. Imperatores Vindobonæ adire compulissent, in Hungaria laciniam celeberrimæ quondam Bibliothecæ Matthiæ Corvini sibi comparare, quamvis magno ære, concessum fuerit. Deprehendere vero in illo MSS. ordine licuerit tibi simul incomparabilem thesaurum, & in Germania quidem nusquam antehac visum, prope ducentorum, & quidem magnam partem spissorum, omnique pagina plenissimorum - - primæ magnitudinis voluminum, de arcanis negotiis, ac rebus præcipuis, non duntaxat Germaniæ universæ, aut hujus inclyti Ducatus, sed Galliæ etiam, aliarumque rerum publicarum Europæ &c.* Mirum est, neminem Viennæ fuisse, qui hos codices voluerit suos facere: ego, si tunc vixissem, nec defuissent sumtus, quantovis precio cum Duce certaturus eram. Ita impatienter fero, res olim nostras, aliorsum translatas esse. Quid si tamen aliquid spei adhuc supersit?

CONSILIUM Politicum ad Electores, Principes, Comites, Nobiles, ac respublicas Evangelicas, de re in Catholicos Romano-Papistas bene gerenda. Occasione Bohemicæ alterationis anno 1618. propositum, examinatum, conclusum, auctum, & feliciter coeptum. Impressum Cosmopoli. Anno 1621. in 4. pagg. 13.

Scriptum plane seditiosum non dubito ab iis ipsis, quorum gratia exaratum fuit, in sui ortu confestim

ſuppreſſum eſſe, tam eſt virulentum, & omnis humani ſenſus expers. Conſilium in 17. capita diſpeſcit: huc omnia evadunt: miles, ſocii, foedera, clam parentur: illic erumpat bellum, ubi minime putatur: *hoc*, inquit, *docuit res Bohemica; fervebat negotium Hungaricæ electionis, præparabatur inauguratio Imperialis, cum nemo quidquam timeret, & Bohemia quieta videretur, derepente in loco, ubi nemo ſuſpicabatur, exorta eſt ſeditio, & omnium Papiſtarum animi per feneſtram in terram dejecti ſunt.* Liquet ex his, conſilium non tam ad Catholicos univerſe, quam ad Auguſtam Domum Auſtriacam ſpectaſſe. Sed hæc, quæ Dei gratia eſt, omnibus inſidiis ſuperior, viget, vigebitque. Nolo eſſe longior, alioquin multorum ejus ætatis ulcus contrectarem.

CONSTANTINUS M. Donationis, quæ Conſtantini dicitur, privilegium: *Bartholomeo Pincerno* (Picerno) de monte arduo ad Julium II. Pont. Max. interprete. *Laurentii Vallæ*, patricii Romani contra ipſum, ut falſo creditum, & ementitum privilegium declamatio: cùm *Vlrichi Hutteni* equitis Germani ad Leonem X. Pont. Max. præfatione. *Nicolaus de Cuſa* Tit. S. Petri ad vincula de donatione Conſtantini. *Antoninus* archiepiſcop. Florentinus de eadem re. R. P. D. *Hieronymus Paulus* Catthalanus, juris utriusque doctor, ac cubicularius Alexandri VI. Pont. Max. de eadem donatione. in 8. Sine loco, & anno. M.

Opuſculum ſimul cum titulo eſt foliorum 75. videturque ad eam editionem proxime accedere, quam Clement ex bibliotheca Telleriana memorat, niſi quod illic forma 12. exprimitur, hæc contra in 8. ſit. Da-

tum, ex quo coniectura ad editionis annum fieri possit, nuspiam alibi, quam in Hutteni præfatione reperio, in cujus calce hæc: *Ex arce Steckelberg calend. Decemb. anno post millesimum, & quingentesimum, decimo septimo.* Non ausim tamen pro comperto hunc annum editioni tribuere. Utcunque autem sit, *editio admodum rara est.*

CONSTANTINI M. Donatio Sylvestro Papæ Rom. inscripta: non ut a Gratiano truncatim, sed integre edita: cum versione græca duplici, *Theodori Balsamonis*, Patriarchæ Antiocheni, & *Matthæi Blastaris*, IC. Græci. Commentariis amplissimis illustrata. Constantinus Aug. ad Maximum P. V. *Ubi falsi examen inciderit, tunc acerrima fiat indago, argumentis, testibus, scripturarum collatione, aliisque vestigiis veritatis.* L. XXII. C. ad leg. Cornel. de fals. Typis Gotthardi Voegelini. in 4. Sine anno. M.

Sunt, qui donationem ab Isaaco Casaubono, commentarios vero a Marquardo Frehero vulgatos dicant, & anno 1610. esse editos. Annus hic videtur ex dedicatione ad Jacobum Magnæ Britanniæ, Franciæ, & Hiberniæ regem sumtus esse. Conjunctum est aliud opusculum veluti Pars II. totius operis hoc titulo: *Otthonis III. Imp. Donatio Sylvestro II. Papæ facta: in qua de fide, & auctore Constantinianæ testimonium. Cum Notis amplissimis ad Sereniss. Ducem Venetiarum Leonardum Donatum.* Sebastianus Monticulus IC. Vicentinus in tractatu de patria potestate, ad verba: *Jus autem:* num 91. *Hieronymus Donatus Venetorum Legatus Alexandro Borgiæ Papæ VI. jocose interroganti ex improviso respondit: ostendat mi-*

hi vestra Sanctitas instrumentum patrimonii S. Petri, & a tergo scriptam inveniet concessionem factam Venetis maris Hadriatici. Datum dedicationis est *Kal. Mart.* 1607. Hujus quoque commentarii, seu *Notarum* in Ottonis diploma, author esse creditur Marquardus Freherus. De authore donationis variæ sunt eruditorum sententiæ, quas hic referre longum esset, aliquibus pro Joanne Diacono, cognomento *Digitorum*; aliis pro *Isidoro*: aliis denique pro *Joanne* Diacono Ecclesiæ Romanæ, qui circa annum 963. floruit, stantibus. *Editio perquam rara.*

CONSTITUTIONES Patriæ *Fori Julii*, cum additionibus noviter impressæ. Venetiis 1565. ex officina Dominici Guerei, & Joan. Bapt. Fratrum. in 4. M. *Editio rara.*

——————— Comitiorum regni Poloniæ, Polonice. Varsaviæ 1685. in fol. *Liber parum obvius.*

——————— Patrum Congregationis Casinensis, in duas partes divisæ. Quibus adjecti sunt ordines pro regimine Monialium, eidem Congregationi commendatarum, una cum non nullis indultis, ac privilegiis per diversos summos Pontifices Casinensi Congregationi concessis. Parisiis apud Hieron. & Ambrosium Drovart. 1603. in 8. M. *Editior rarior.*

——————— Societatis Jesu. Romæ 1615. — 1616. in 8. Vol. III.

Extant editiones quoque Antverpiana, Pragensis, aliæque; omnibus tamen præferenda est Romana an-

ni 1606. in fol. cum textu originali Hispanico S. Ignatii de Loyola, & paraphrasi Latina, glossisque Hispanicis. Ceterum quia Constitutiones hæ a plerisque *raritatis* nota insigniuntur, pauci autem sint, imo vix ullus, qui earum diagnosin nobis exhibuerint, ero in iis recensendis paululum prolixior. Generatim in duo volumina dividi solent. I. Continet Litteras Apostolicas; compendium privilegiorum, examen generale cum declarationibus: Constitutionum Partes X. itidem cum declarationibus: Regulas: istarum triplex genus est: primum earum, quæ *summarii* nomine veniunt, & ad spiritualem institutionem pertinent: alterum earum; quæ *Regulæ communes* audiunt, & ad communem vitæ rationem spectant; quo referre etiam possis *regulas modestiæ*, quibus decori ratio in externa corporis conformatione continetur: tertium denique earum, quæ ad officiorum rectam administrationem faciunt, ut sunt regulæ *Provincialis*, *Rectoris &c.* verbo non est tam minutum officium, quod non ex præscripto gestum fuerit, illudque ante omnia cautum, *ne quis in alterius officium se se ingereret*: quo fiebat, ut unusquisque suo muneri intentus esset, alter tamen alterius imperio usque ad supremum totius corporis Caput obnoxius redderetur, prorsus ita, ut in recte instituta militia fit, quam cum Ignatius Loyola professus fuerit, non dubitem illum normam coordinandi, quod molitus est, corporis illinc desumsisse. Præterea insunt huic volumini, *Decreta* Congregationum generalium, harumque canones; quibus in fine subjunguntur *Censuræ*, & *præcepta sub virtute obedientiæ*. II. Volumen continet, *Formulas* Congregationum tam generalium, quam provincialium: *Rationem* studiorum, de qua ad hunc articulum seorsim agam: *Ordinationes* Generalium: *Instructiones* pro superioribus P. Claudii Aquaviva: *Instructiones* speciatim ad provinciarum Præsides:

item *Industrias* ad curandos animorum morbos: *Exercitia* spiritualia S. Ignatii, & in hæc Directorium. Atque his partibus Institutum Societatis absolvitur: aliquibus editionibus adjunguntur etiam *Epistolæ* Præpositorum Generalium; sed hæ, demta S. Ignatii epistola ad Lusitanos de obedientia, ad internam Constitutionum oeconomiam non pertinent, quod non totius Societatis consensu scriptæ essent. Hinc Lector conjiciat, cui modi id regimen fuerit, an monarchicum? an mixtum? Quo loco errorem typicum apud *Cl. Vogt* Catal Libr. Rar. anni 1747. pag. 362. qui in *Joanne Poloneo* latet, corrigendum puto. Fuit enim is *Joannes Polancus*, qui Institutum ex Hispanico in Latinum convertit. Præterea multum fabulæ redolet, quod illic de Antverpiana Instituti editione ex *Gerhardo a Mastricht* affert: nugæ autem sunt, cum putat, Institutum non nisi quartum votum professis, & peregre profecturis ad lectionem præbitum fuisse, cum jam inde ab tyrocinio singulis eæ partes Instituti quæ cuivis ætati, & officio congruebant, ad legendum, & observandum datæ fuerint, ita, ut quemvis prius, quam ad solennia vota admitteretur, perfectam Instituti cognitionem habere oportuerit. Alioquin nihil magis a ratione absonum erat futurum, quam si quis id vovisset, aut vovere jussus, permissusve esset, quod ignorabat.

CONTARENI (Casp.) Patricii Veneti, de Magistratibus, & Repub. Venetorum Libri V. Basileæ apud Hieron. Frobenium, & Nic. Episcopium. 1544. in 8. M.

Hanc inter *raras* reponit Catal. Libror. Gerhardi van Mastricht.

——————— Patritii Veneti, & Cardinalis, de sacramentis Christianæ Legis, & Catholicæ Eccle-

ſiæ Libb. IV. Ejusd. κατήχησις, ſive Chriſtiana inſtructio. Ejusd. de poteſtate Pontificis, quod divinitus ſit tradita, commentariolus ad Nicolaum Teupolum. Ejusd. Conciliorum magis illuſtrium ſumma ad Paulum III. Pont. Max. Florentiæ apud Laurentium Torrentinum. 1553. in 8.

Præfatur Antonius Pharoſius ad Franciſcum Mendocium Cardinalem. Clement citat editionem Venetam anni 1562. ſed quæ duos ſolum poſtremos titulos refert: noſtræ hujus Florentinæ, itaque auctioris, ſola, quod ſciam, meminit Biblioth. univerſal. Hagæ Comit. & *rarioribus*, ut omnia Contareni opera, accenſet.

CONTARENI (Caſp.) Opera omnia. Pariſiis apud Sebaſtianum Nivellium. 1571. in fol.

Operum index hic texitur. *De Elementis Libri V. Primæ Philoſophiæ compendii Libri VII. De immortalitate animæ Libri II. Non dari quartam figuram Syll. De Homocentricis. De ratione anni. De Magiſtratibus & Rep. Venetorum. Libri V. De Sacramentis Chriſtianæ legis, & Catholicæ Eccleſiæ Libri IV. De officio Epiſcopali Libri II. Scholia in epiſtolas Divi Pauli. Catechiſmus. Conciliorum magis illuſtrium ſumma. Confutatio articulorum, ſeu quæſtionum Lutheri. De poteſtate Pontificis. De juſtificatione. De libero arbitrio. De prædeſtinatione. Explanatio in Pſ. Ad te levavi.* Subjungitur his Catalogus librorum, qui & apud quem prius editi fuerint: *Libri V. de Magiſtratibus, & Rep. Venetorum impreſſi primum fuerunt Pariſiis apud Michaelem Vaſcoſanum.* 1543. *Item Baſil. apud Forbenium* (*Frobenium*), *& Epiſcopium.* 1547. *Item Venetiis apud Balbum Sabinum.* 1551. *&c.* Mirum eſt, editionem

anni 1544. Basil. apud Frobenium, & Episcopium, quam possideo, & supra recensui, præteritam fuisse.

COPERNICI (Nicol.) Torinensis de revolutionibus orbium Libb. VI. Habes in hoc opere jam recens nato, & ædito studiose Lector, motus stellarum tam fixarum, quam erraticarum cum ex veteribus, tum etiam ex recentioribus observationibus restitutos, & novis insuper, ac admirabilibus hypothesibus ornatos. Norimb. apud Joan. Petreium. 1543. in fol. cum figg.

Duplex exemplum possidemus: *raris* adnumeratur a Bauero.

CORASII (Joan.) Tolosatis Juriscons. Miscellaneorum Juris civilis Libri VI. Lugduni apud Guliel. Rouillium. 1549. in 8.

——— Tolosatis, Juriscons. celeberrimi Senatorisque regii Tolosæ Epistolicarum Quæstionum Liber unus. Lugduni apud Antonium Vincentium. 1555. in 8. *Utraque editio minus obvia.*

CORIO (Bernardini,) L' Historia di *Milano* volgaremente scritta. Nella quale non solamente si veggono l' origine, i fatti, & le fortune di essa città, nello spatio di duo mille e cento anni, ma gli accidenti & le revolutioni di quasi tutta l' Italia, & di molte provincie, & regni del mondo ancora. Con le vite insieme di tutti gli Imperatori, incominciando da Giulio Cesare sino a Fede

rico Barbarossa &c. In Vinegia per Giovan Maria Bonelli. 1554. in 4. *Editio perrara.*

CORNARII Jani Zviccaviensis, universæ rei Medicæ ΕΠΙΓΡΑΦΗ, seu enumeratio compendio tractata. Virg. Maro laudato ingentia rura, exiguum colito. Basil. 1529. in 4.

Dicat opus senatui, populoque Zuiccaviensi.

——— In Divi Hippocratis laudem præfatio ante ejusdem prognostica habita Basileæ 1528. Calend. Decemb. Basil. apud Frobenium 1529. in 4. *Uterque libellus rarior.*

——— Theologiæ vitis viniferæ. Libri III. &c. editi studio M. Abrahami Sculteti. Heidelbergæ apud Johan. Lancellotum. 1614. in 8. *Liber rarus.*

——— Medici Physici, in Schola Marpurgensi Professoris vulpecula excoriata. Francof. apud Christianum Egenolphum Hademarium. 1545. in 4.

Est epistola generis invectivi in Fuchsium, qui librum de stirpibus ediderat. *Editio infrequens.*

CORNUCOPIAE; Sive lingvæ Latinæ commentarii diligentissime recogniti, atque ex archetypo emendati. Venetiis in ædibus Aldi, & Andreæ Asulani soceri, mense Martio. 1527. in fol. *Liber haud facile obvius.*

Göetzio. Prodiit nunc, hoc est, anno 1777. Romæ per Joseph. Mariam Quercium correctior in Hist. Byzantinæ appendice, quam itidem possideo. Codicem MS. ejusdem *Corrippi de* bellis Lybicis, ut id ex occasione dicam, pertinuisse olim ad bibliothecam regiam Budensem Matthiæ Corvini, testis est Cuspinianus de Cæsaribus &c. in Justiniano. *Bellum vero Lybicum*, inquit, *quod Joannes contra Afros gessit, Fl. Cresconius Corrippus VIII. libris persequutus est, quibus titulum fecit Johannidos, quos in regia bibliotheca Budæ reperi. Hi sic incipiunt.*

Signa, duces, gentesque feras, Martisque ruinas,
Insidias, stragesque virum, durosque labores,
Et. Lybiæ clades &c.

Atque libros hos VIII. de bellis Lybicis Corrippum prius, quam Justini laudes, scripsisse, Quercius ostendit. Vel sola memoria, Codicem hunc olim Budæ in bibliotheca exstitisse, summo mihi dolori est.

CORROZET Gilles, les antiquitez; chroniques, & singularitez de *Paris*, ville capitale du Royaume de France avec les fondations, & bastimens des Lieux : les sepulchres, & epitaphes des Princes, Princeses, & autres persones illustres : corrigées & augmentées pour la seconde edition par *G. Corrozet* Parisien. Avec privilege du Roy. A Paris en la grand' salle du Palais en la boutique dudict Gilles Corrozet. 1561. in 4.

Prodiit idem opus, quod itidem possidemus anno 1576. ibid. in 12. sed a *Nicolao Bonfonte* auctum, ut priori titulo hæc subjecta docent: *Auteur en partie Gilles Corrozet Parisien, mais beaucoup plus augmentees par N.B.* (*Nicolas Bonfons*) *Parisien. A Paris par Nicolas Bonfons, rue neuve nostre Dame à l'enseigne S. Nicolas.* 1576.

CORROZET Gilles, Les divers Propos memorables des nobles & illuſtres homes de la Chreſtienté, reueuz & augmentez pour la ſeconde edition. A Paris, on les vend en la grand ſalle du Palais, en la boutique dudict Gilles Corrozet. 1557. avec privilege du Roy. in 8.

Prodiit quoque anno priore Pariſiis, ut Bauer ex bibliot. Sarraziana, & Oſmont dictionario indicat: Lugduni autem anno 1558. & utraque editio *perraris* adnumerari ſolet. Mirum eſt noſtram, mediam inter utramque, ab Oſmont præteritam eſſe.

CORTESII (Ferdinandi,) de inſulis nuper inventis ad Carolum V. Imperatorem narrationes. Accedunt epiſtolæ de Evangelii apud Indos incremento. Coloniæ excudebat Arnoldus Birckmann. 1532. in fol.

Liber Vogtio cenſetur inter *rariſſimos*.

CORVINI (Antonii,) Bericht, wie ſich ein edelman gegen Gott, gegen ſeine Oberkeit, sünderlich inn den itzigen kriegesleufften, gegen ſeine Elteren, weib, kinder, hauſgeſinde, und ſeine unterſoſſen halten ſoll. An den Merkiſchen, Lünenburgiſchen, Braunſchweigiſchen, und allen Sechſiſchen Adel geſchrieben. Item eyn ſendbrieff an den vheſten Joſt von Hardenberg. Gedruckt zu Erffurdt bei Melchior Sachſſen in der Archen Noe. 1539. in 4. *Scriptum minus obvium.*

CORVINI (Arnoldi Joan.) Petri Molinæi novi Anatomici mala Encheiresis, seu censura Anatomes Arminianismi: qua omnia, quæ Petrus Molinæus Pastor Parisiensis utraque libri istius editione adversus Car. V. D. Jacobi Arminii, & eorum, quos in Belgio remonstrantes vocant, doctrinam veritati S. Scripturarum consentaneam de prædestinatione, morte Christi, natura & gratia &c. disputavit, singulatim examinantur. Francof. apud Frid. Weissium. 1632. in 4. *Liber infrequens.*

——— Laurentii Novoforensis; Hortulus elegantiarum partim ex M. Tullii Ciceronis surculis, partim ex suo germine consitus. In cujus fine describitur Cracovia Polonie metropolis carmine Saphico. Impressum Maguncie per Johannem Schöffer. 1508. in 4.

Inscribit opusculum juventuti Academiæ Cracoviensis, epistola *ex Vratislavia pridie Nonas septembres* anno 1502. data. Huic sequentes elegos præmittit.

Has tibi Sarmaticum: doctissima Croca: sub axem.
Corvinus leto mittit ab orbe notas.
Hinc ubi Bressa potens & in edibus inclyta sacris
Menia: perruptis tollit ad astra jugis.
Scilicet alma meum rude pectus mater alebas
Gnati primitias excipe queso tui.
Quas meus ethereo non sat madefactus ab ymbre
Sole nec Aphrico parturit ustus ager.

Dum mihi Castalii fundet plus roris Apollo,
Et mea sub tepido rura calore coquet:
Ipse sub autumni tibi sidere vitibus hortum
Plenaque maturis fetibus arva dabo.

Urbis Cracoviensis laudem repetit primum ab Academia, philosophia, astrologia, & poetis; tum a copia salis & plumbi, postremum a proceritate virorum. *Libellus a Maittairio omissus.*

COSMINENSIS (Benedicti), Epithalamion illustriss. Principis *Joachimi* Dei gratia Marchionis Brandenburgen. S. R. Imp. archicamerarii, & Principis Electoris, ac illustrissimæ Virginis *Hedvigis*, Sereniss. Poloniæ regis *Sigismundi* filiæ. Cracoviæ per Matthiam Scharffenberg. 1535. in 4. M. *Liber rarus.*

COSTAEI (Joan.) De lactis, serique natura & in medicina usu. Bononiæ apud Joan. Rossium. 1595. in 4.

——— De humani conceptus, formationis, motus, & partus tempore. Bonon. apud hæredes Jo. Rossii. 1595. in 4.

——— De igneis medicinæ præsidiis Libb. II. Venet. apud Rubertum Meiettum. 1595. in 4.

Tria hæc Costæi opuscula in nostris ditionibus *infrequentia* sunt, nec illorum meminit Paschalis Gallus in bibliot. Medica.

COTELERII (Joan.) Bapt. Ecclesiæ Græcæ monumenta. Tomi III. Græce & Latine. Lutetiæ Parisiorum

Parisiorum apud Franc. Muguet. 1677. — 1686. in 4.

Opus ceteroquin constat IV. Tomis; quorum postremus raro in Bibliothecis occurrit, quod nostræ etiam accidit.

COTOVICI (Joan.) Itinerarium Hierosolymitanum, & Syriacum, in quo variarum gentium mores, & instituta, insularum, urbium situs &c. dilucide recensentur. Antverpiæ apud Hieron. Verdussium. 1619. in 4. cum figg.

Vogt, bibliothec. Solgeriana, Clement, Schelhornius, aliique librum *raris* adnumerant.

CRABBE (Petri,) Machlinensis, Ord. Divi Francisci de observantia; Concilia omnia tam generalia quam particularia, ab Apostolorum temporibus in hunc usque diem a sanctissimis Patribus celebrata, & quorum acta litteris mandata, ex vetustissimis diversarum regionum Bibliothecis haberi potuere, his duobus Tomis continentur. Coloniæ 1538. Mense septembri Petrus Quentel excudebat. in fol.

Collectio hæc desinit in Concilio Florentino sub Eugenio IV. serius deinde ab alio Tomis II. aucta. Primi duo dicati sunt Carolo V. Imp. cujus in throno sedentis d. gladium evaginatum, f. globum tenentis icon in aversa tituli facie visitur.

CRAGII (Nicolai Ripensis) de Rep. Lacedæmoniorum Libri IV. Apud Petr. Santandreanum. 1593. in 4.

„ dis. II. De natura plantarum, & de rebus commu-
„ nibus cultui cujuslibet generis agrorum. III. De
„ campeſtribus agris colendis, & de natura & utili-
„ tate fructuum, qui ex eis percipiuntur. IV. De vi-
„ tibus & vineis, & cultu earum, & de natura &
„ utilitate fructus ipſarum. V. De arboribus, & de
„ natura, & utilitate fructuum ipſarum. VI. De hortis, &
„ de natura, & utilitate tam herbarum, quæ ſeruntur
„ in eis, quam ceterarum, quæ in aliis locis ſine ho-
„ minis induſtria naturaliter naſcuntur. VII. De pra-
„ tis, & nemoribus. VIII. De Viridariis, & rebus de-
„ lectabilibus, & arboribus, & herbis, & fructu ipſa-
„ rum artificioſe agendis. IX. De omnibus animali-
„ bus, quæ nutriuntur in rure. X. De diverſis inge-
„ niis capiendi animalia fera. XI. De regulis opera-
„ tionum ruris: hoc libro præſcribit regulas in Libros
„ decem priores. XII. De his, quæ ſingulis menſi-
„ bus poſſunt in rure agi. „ Poſſeſſor libri fuit *Za-
charias Moſchoczy* Epiſcopus Ni'rienſis, qui haud
pauca herbarum nomina Hungarice reddidit, ſuaque
manu primo folio inſcripſit.

CRESOLII (Ludovici,) Armorici e Soc. J. Vacationes autumnales, ſive de perfecta oratoris actione, & pronunciatione Libb. III. Lut. Paris. ex offic. Nivelliana. 1620. in 4.

Additur in fine panegyricus Ludovico XIII. Galliæ regi votus, in gratiarum actionem pro ſcholis Collegii Claromontani Societatis Jeſu, item aliæ aliis gratiarum actiones. A Vogtio, & biblioth. Solgeriana *raris* adnumeratur.

CRESPI (Ludovici a Borgia) Epiſcopi Oriolenſis, Propugnaculum Theologicum diffinibilitatis proximæ, ſententiæ piæ, negantis Beatiſſimam Virginem Mariam in primo ſuæ conceptionis in-

ſtanti, originali labe fuiſſe infectam: objectum *Hyacintho Arpalego* Theologiæ Doctori. Valentiæ per Bernardum Nogues juxta molendinum de Rovella. 1653. in 4. *Editio admodum rara.*

CRINITI (Petri,) de honeſta diſciplina Libri XXV. de Poetis Latinis Libb. V. & Poematum Libri II. Rurſus ex ædibus Aſcenſianis ad Natalem Dominicum. 1513. in fol.

Poſſidemus quoque editionem Baſileenſem anni 1533. in 4. Poſtremam editionem Maittairius omiſit, prioris contra meminit, recteque cenſet, aliam prius ex Aſcenſiana officina prodiiſſe, ſed quo anno, non memorat. Editiones Pariſinæ annorum 1510. & 1520. in fol. inter *pertaras* referuntur: noſtræ, quod inter utramque media, ſit eundem locum tribuo.

CRISPI (Petri) in Hippocratis aphoriſmorum Lib. I. commentaria. Romæ apud Vincentium Accoltum. 1575. in 4. *Liber non paſſim obvius.*

CROMERI (Martini,) de origine, & rebus geſtis Polonorum Libri XXX. Baſileæ per Joan. Oporinum. 1558. in fol. *Editio rara.*

———— De falſa noſtri temporis, & vera Chriſti religione Libri IV. primi de quatuor Polonica lingva ante octo, & novem annos conſcriptis, atque editis, nunc recens latina lingva donati & aucti. Dilingæ apud Sebald. Mayer. 1559. in 4.

———— Idem opus: den gütherttzigen Chriſten zü gütem in Teutſche Sprach verfertiget,

durch *Jo. Baptisten Ficklern* von Weyl vor dem Schwartzwald &c. Gedruckt zu Dilingen durch Sebaldum Mayer. 1560. in 4. *Utrumque scriptum infrequens est.*

CROMERI (Mart.) Polonia, sive de situ, populis, moribus, Magistratibus, & Repub. regni Polonici Libri II. Authore Martino *Cromero*, Coadjutore, & designato Episcopo Varmiensi. Adjuncta est Sacerdotis cujusdam Poloni ad Lectorem admonitio de *Silesiorum* novis annalibus. Coloniæ apud Maternum Cholinum. 1577. in. 8. M.

Admonitio videtur forte annales *Curei* indicare.

——— Orechovius, sive de conjugio, & coelibatu sacerdotum commentatio, ad *Stanislaum Orechovium*, nunc primum edita. Colon. apud Matern. Cholinum. 1564. in 8. *Libellus rarus.*

CRONBERG: Des Edeln und ehrnvhesten *Hartmudts von Cronberg* tzwen Brieff: Eyner an Römische Kayserliche *Majestat*, und der ander an *Franciscus von Sickingen* sein vettern, der gotlichen und evangelischen leer und warheit, und gemeiner Christenheit zu furderung geschriben. Ein Schrifft von Hansen von *Doltzek*, und Bernhardt von *Hirsfeldt* an Joachim Marschalk zu *Pappenheym &c.* ausgangen wie folget. in 4. Sine loco & anno: folior. 10. cum titulo.

Landſzhut per Johannem Weyſſenburger, anno 1520. die quarta Maji. in fol. M.

Opuſculum eſt 6. folior. Authorem puto eſſe *Joannem Freiberger*, cujus ante Crucifixum flectentis iconem Frons opuſculi exhibet.

CRONICARUM Liber cum figuris & ymaginibus ab inicio mundi usque nunc temporis. — Finit hic, feliciter liber Cronicarum cum figuris & imaginibus ab initio mundi usque nunc temporis. Impreſſum ac finitum in vigilia purificationis Marie, in imperiali urbe Auguſta a Johanne Schenſperger. Anno ab incarnatione Domini 1497. in fol.

Additur in fine Mappa Geographica Germaniæ, ſed omnino rudis. Hæc ſecunda hujus chronici editio eſt; prima enim Norimbergæ anno 1493. prodiit, quam Clement multis titulis illi præfert. Id utcunque habeat, noſtra nihilominus *perquam raris* inſeri meretur.

CRUSII (Martini,) Turco-Græciæ Libri VIII. utraque lingva edita. Quibus Græcorum ſtatus ſub imperio Turcico in Politia, & Eccleſia, Oeconomia & ſcholis jam inde ab amiſſa Conſtantinopoli ad hæc usque tempora luculente deſcribitur. Baſileæ ex officina Leonhardi Oſtenii. 1584. in fol. M.

Subjungitur Appendix aliquot epiſtolarum Græcarum. Liber, & alter item, qui ſequitur, a plerisque inter *perraros* cenſetur.

culum, *Polonia Cromeri*: indicavi, *admonitionem* ad Lectorem subjunxit.

CURIÆ Romane stylus, in 4. sine loco & anno.

Typus Gothicus ex rudioribus. Adduntur eadem forma, & typo alia duo opuscula: primo titulus est: *Incipit modus vacandi, & acceptandi beneficiorum*: alteri: *Modus servandus in executione, seu prosecutione gratie exspectative*. Rursus sine loco, & anno. Utrumque *perraris* adnumero.

CURIONIS Cælii secundi, Christianæ religionis institutio, & brevis, & dilucida, ita tamen, ut nihil, quod ad salutem necessarium sit, requiri posse videatur. 1549. in 8. sine loco, *Libellus perrarus*.

——— Schola, sive de perfecto Grammatico Libri III. Basileæ per Joan. Oporinum. 1555. in 8.

——— De Grammatica Libri VI. cum pleniores, tum perfectiores, quam in priore editione. ibid. apud eund. 1555. in 8.

——— Selectarum epistolarum Libri II. Ejusd. orationum Liber I. ibid. per eund. 1555. in 8. *Hæc quoque minus obviis inserenda esse puto*.

——— Pasquillorum Tomi II. Vide PASQUILLI.

CURTII Q. De la vie & des Actions d'Alexandre le grand. Parisiis. 1649. in 12. *Liber apud nos infrequens*.

que corrigit, qui de Hist. Lat. Basileensem editionem primam esse putaverit.

CUSPINIANI (Joan.) Praefecti urbis Viennensis, Diarium de congressu Caesaris *Maximiliani* Aug. & trium Regum, Hung. Boh. & Pol. *Wladislai*, *Ludovici*, ac *Sigismundi* in urbe Viennensi facto XVII. Julii anno Christi, M. D. XV. in 4.

Sine loci, & anni nota: vix tamen dubium esse potest, quin Viennæ eodem, aut sequente anno opusculum sit editum. Recudi id fecit Cl. *Mathias Belius* in Apparatu ad Historiam Hungariæ, sumtum ex Cæsaribus Cuspiniani Basileæ apud Oporinum impressis. Itaque videtur nostra hæc editio, sine dubio omnium prima, doctissimum virum latuisse.

——————— Oratio protreptica ad Sac. Rom. Imp. Principes, & Proceres, ut bellum suscipiant contra Turcum, cum descriptione conflictus nuper in Hungaria facti, quo periit rex Hungariae *Ludovicus*. Et qua via Turcus *Solomet* ad Budam usque pervenerit ex Albagræca, cum enumeratione clara dotium, quibus a natura dotata est Hungaria; cum insertione multarum rerum annotatu dignissimarum. Lege Lector, & judica, in quam miseriam hodie Christianitas est conjecta. Excusum Viennæ Austriæ per Joannem Singrenium. in 4. Sine anno. M. una cum titulo folior. 16.

Hæc illa oratio est, de qua *Brodericus* in libello de clade Mohacsiana, quasi Hungari regem suum ho-

ſti prudentes, volenteſque proſtituerint, acerbe, & jure queritur. Ceterum author hic nihilo clementior in Imperii Principes, quam in Hungaros, eſt. Illud non indignum memoratu, quod refert, non longe a ruderibus pontis Traiani fontem S. Crucis titulo inſignem exſtare, & miraculis clarum. *Quoties enim*, inquit, *rex aliquis Hungariæ vel moritur, vel periculum aliquod ſubire cogitur, aqua fontis in cruorem vertitur; ad multos hominum langvores, quibus medetur, haud inutilis, quod accolis longe, lateque patet, & longa experientia probatum eſt.* Poſtremum hoc etiam *Stephanus Taurinus* in Stauromachia affirmat, de qua ſuo loco: & *Nicolaus Olahus* in ſua Hungaria Lib. I. Cap. XVII. Hæc ego iſtorum fide refero. Ceterum non recte quidam in duas orationes diſtinctas hanc unam dividunt; quarum prior in obitu Ludovici II. ad Mohacſium, altera in via, qua Solimannus Budam venerit, occupetur; ut ex titulo, quem integrum exſcripſi, liquet, qui ut unus eſt, ita unam quoque orationem ſolum indicat, quam ſequenti carmine author concludit.

Hee ſi non moveant rationes, ite repente
Turco ultro dantes oppida, regna, lacus.
Accipite inque domos veſtras, nati quoque, & uxor
Serviat æternum, hoſte vidente, nephas.

His Urſinus Velius, & Braſſicanus ſuos etiam ad Principes Imperii verſus ſubjungunt: illius perelegantes ſunt.

Qualia Majorum cineres, Germanaque virtus,
Marſque pater vobis dicere verba velint;
Quales credibile eſt necquicquam effundere queſtus
Plurima Turcaicis oppida capta viris:
Quæque fuit facies accenſæ flebilis urbis,
Quæque fuit foedæ nuper imago fugæ;

Desertus caderet cum rex Ludovicus in armis,
Pannoniasque ferus velleret hostis opes:
Parva hæc enumerat vobis oratio; sane
Parva, sed ingenio magna, sed ampla fide.
Hæc nisi vos docto succendet buccina cantu,
Non aliam spes est, posse ciere tubam.

CUSPINIANI (Joan.) De Consulibus Romanorum commentarii, cum *Sexti Rufi* Breviario, & *Cassiodori* Chronico, & ejusdem Cuspiniani Austria. Basil. 1553. in fol. *Liber ex rarioribus.*

——— De Cæsaribus atque Imperatoribus Romanis opus insigne: ab innumeris, quibus antea scatebat, mendis vindicatum: una cum *Volphgangi Hungeri* Jurisconf. doctiss. annotationibus, quibus innumera cum hujusce autoris, tum aliorum quoque historicorum loca & restituuntur, & explicantur &c. Basileæ per Joan. Oporinum, & Nicolaum Brylingerum. 1555. in fol. M.

Editionem Basileensem sine Notis Hungeri anno 1540. cum ejus vero annotationibus Francofurtiensem an. 1601. utramque in fol. Bauer *perraris* inserit: de hac autem, quæ annum 1555. refert, nec is, nec alter, quod sciam, meminit.

CYNOSURA Juristarum, loca Decretalia, & articulos novissimarum Constitutionum inclyti regni Hungariæ usque ad annum 1559. inclusive, sub titulis ordine alphabetico collectis breviter re-

præsentans. Pottendorff per Hieron. Verdussen. 1668. in 4.

Opusculum etiam inter nostros vehementer *rarum*. Erat Pottendorff locus juri Comitum Nadasdiorum obnoxius, in quo typographus Viennensis operas alternis exercebat: ita prodiit in lucem Theologia *Martini de Esparsa*, cujus partes jam Viennæ, jam Pottendorffii in Hungaria vulgatæ erant: de qua editione Sotvellus altum tacet.

D. CYPRIANI (Cæcilii,) Episcopi Cathaginensis opera ex recognitione D. *Erasmi Roterodami*. Vol. II. Apud inclytam Coloniam Jo. Soter excudebat, anno 1522. in 8.

——— Opera a mendis repurgata, ex variarum æditionum, ac vetustissimorum Codicum collatione: adjectis pluribus, quæ vulgata non fuerant, annotatis quæ vel notha ferebantur, vel ambigua, studio, curaque *Des. Eras. Roterodami*. Basileæ ex officina Frobeniana. 1525. in fol.

Nescio, quid causæ subsit, cur Clement neutri editioni notam *raritatis* voluerit tribuere. Nec doctiss. Franc. Carolo Altero in opusculo: *Bibliographische Nachrichten von verschiedenen Ausgaben orientalischer Bibeltexte, und der Kirchen-Väter. Vien.* 1779. *edito*, videntur cognitæ fuisse.

——— Des alten christlichen Lehrers und Bischoffs predigten und Schrifften. Durch *Melchior Ambach*, Prediger des Evangelii Jesu Christi zu Franckfort am Mayn verteutschet. Ge-

druckt zu Nurnberg durch Joham vom Berg, und Ulrich Neuber. 1553. in fol. *Liber rarior.*

S. CYRILLI Alexandrini eximii Patris, commentarii in Leviticum sexdecim libris digesti. In quibus varios sacrificiorum antique Legis ritus primum ad allegoricum sensum accommodat: ostendens, omnes illos aliquid mysticum designasse, quod in Christo completum est. Deinde vero eosdem ad sensum moralem, & instituendam hominum vitam congruentissime explicat. — Decimi Sexti libri, & ultimi Cyrilli in Leviticum finis. Qui cum ceteris precedentibus Parisiis emissus est ex officina Libraria Wolfgangi Hopilii in vico S. Jacobi, ad insigne beati Georgii apud S. Benedictum. Anno verbi incarnati vigesimo primo supra millesimum, & quingentesimum: (1521.) quarta die Octobris. Et eodem in loco hic liber cum non nullis aliis ejusdem Cyrilli operibus habetur venalis. in fol.

Librum *valde rarum* esse oportet, quod illius nec Maittaire, nec Harvoodus, nec cum hoc Cl. Alterus meminerint.

——— Commentarii in Evangelium Joannis. Basileæ. 1524. in fol. *Liber rarus, & Maittairio non notus.*

——— Opera in VI. Tomos distributa. Cura & studio *Joannis Auberti* Laudunensis Ecclesiæ Presby-

teri Canonici, & in ſchola Pariſienſi, Laudunenſis Collegii Magiſtri, ac Interpretis Regii. Græce & Latine. Lutetiæ Regiis Typis 1638. in fol. Vol. III. Tomo VI. ſubjunguntur ejusdem S. Cyrilli, & aliorum Collectanea.

Editionem Pariſinam anni 1639. niſi error forte in anno cubet, Bauer ex Oſmont, & bibliotheca Saltheniana a *raritate* commendat: noſtram Alterus pro optima habet, eamque pluris, quam ſeptem libris Anglicanis, ſub haſta veniſſe refert.

CYSENNATENSIS: Quam Jodocus *Cyſennatenſis* Philoſophus, & Theologus, tocius Philoſophie naturalis ſummam nuper elucubravit, eandem hoc libello comperies breviori filo contractam, & velut ab eodem epitomatam: ita tamen, ut perinde ac minime omnium ſit diſplicitura prolixitas nauſeoſa, ita nec offenſura brevitas obſcurior: quin facilia, aperta & ſyncera omnia, reſectis ſemper & ubique tricis, atque cavillis anxiis incommodisque. Venundantur Erffordie in officina Matthei Maler, in domo wulgariter *Zcum Schwartzen Horn* nuncupata prope mercatorum pontem. Erphordie per Mattheum Maler. 1517. in 4.

Editio *Maittairio* ignota, nec aliis, ut puto, memorata.

DALE

D.

DALE (Antonii van) De oraculis Ethnicorum Dissertationes duæ: quarum prior de ipsorum duratione, ac defectu: posterior de eorundem auctoribus. Accedit & schediasma, de consecrationibus Ethnicis. Amstelodami apud Henric. & viduam Theodori Baom. 1683. in 8.

Editionem anni 1700. *raris* insertam Bauer ex bibliot. Saltheniana refert; nostra videtur illum latuisse.

B. DAMASCENI Theologia in hoc opere contenta, quatuor libris explicata, & adjecto ad litteram commentario elucidata. I. De ineffabili Divinitate. II. De creaturarum genesi, ordine Moseos. III. De iis, quæ ab incarnatione usque ad resurrectionem Christi. IV. De iis, quæ post resurrectionem usque ad universalem resurrectionem. Hæc Damasceni cum expositione prima æmissio typis absoluta est Parisiis: ex officina Henrici Stephani e regione scholæ Decretorum. Anno Christi omnium conditoris, & Rectoris. 1512. Nonis Februariis. in fol. *Editio, si titulus non fallit, princeps.*

——— Opera omnia, quæ quidem extant, maxima parte hactenus non visa. Græce & Latine. Item *Joannis Cassiani* Eremitæ non prorsus dissimilis argumenti, libri aliquot. Basileæ ex offic. Henricpetrina. 1575. in fol. *Liber rarus.*

Scriptum inter ea, quæ ſine die & conſule prodeunt, referendum: quam parum author decori rationem habuerit, indicat cento, quem in equos regis Sveciæ elego carmine conſeriptum ad calcem adjicit; cujus poſtrema hæc ſunt:

Tandem etiam victis redit in præcordia virtus,
Et redit ad Danos gloria priſca meos.
Et dolus, & virtus rediit: diſcedite Sveci,
Qui vos perdiderit, non niſi Danus erit.

——— Vortrab und deduction dero Cron Dennemarck von anno 1630. bis anhero gepflogener Friedens-Tractaten, Bottſchafften, und conventionen, welche zu dem gemeinen Pacificationes weſen mit dero Cron Schweden gehalten, und was darinnen verhandelt worden: woraus abzuſehen, wie gemelte Cron Schweden under dem ſchein und prætext des Friedens den Krieg - - - mit ernſt fortgeſetzet, und den Mediatorem ſelbſten feindlicher weiſe angegriffen. &c. 1635. in 4. folior. 10.

——— Jus feciale armatæ Daniæ: neben ſt kurzen entwurff vieler hocherheblichen Bewegnüſſen, dadurch die zu Dennemarck, Norwegen, der Wenden, und Gothen &c. Königliche Maytt: hochgenöthiget worden, König Carll Guſtaffen, und der Cron Schweden - - alle nachbarliche freundſchafft auffzuheben. Kopenhagen Gedruckt bey Peter Morſing K. M. Vniv. Buchdr. 1657. in 4. plagul. 6. M.

Utraque opella iis adnumeranda, quas *deductiones historicas* in Principum controversiis vocare solent, quæ plerorumque consensu inter *raras* referuntur.

DANTISCI (Joan.) Oratoris sereniss. Regis, & Reginæ Poloniæ &c. ad *Clementem VII.* Pont. Max. & *Carolum V.* Imp. Augustum, de nostrorum temporum calamitatibus Sylva. Bononiæ ædita IX. Decembris, anno 1529. in 4. M. *Libellus admodum rarus.*

——— Soteria. Vide *Herberstein.*

DATHAENI (Petr.) Brevis, ac perspicua vani scripti, quo *Joannes a Via* Theologos Augustanæ Confessionis impie traducit, ac malitiose insectatur, Refutatio &c. Donec meliora Dominus. Ezech. 13. *Væ Prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident.* 1558. in 4. Sine loco. *Editio rara.*

DAVID Georgen aus Holand des Ertzkätzers wahrhafftige histori seines lebens, und versürischen leer, von der zyt an als er von Basel ist kummen, doselbs geläbt, und was sich nach seinem absterben mitt im und seinen verwandten allda verloffen hat. Durch ein erwirdige universitet der loblichen statt Basel beschriben. Getruckt zü Basel durch Hieron. Curionem in jor 1559. in 4.

Alii librum sub nomine *Georgii Hollandi* recensent: ego malui titulum, ut in fronte libri expressus est, sequi. Biblioth. Salthenianа, & Solgeriana, tum

t'

Clement, editionem hanc Germanicam pro *genui na*, & *rarissima* habent.

DEBRÖDY (Joan.) Refutatio Logodædalorum *Joannis Fabritii*, *Samuelis Pomarii*, & *Isaci Zabanii*. Cassoviæ 1670. in 12. *Libellus in ipsa Hungaria non facile obvius.*

DECRETALES cum summariis suis, & textuum divisionibus, ac etiam rubricarum continuationibus. — Decretalium hanc Gregoricanam compilationem cum apparatu Domini *Bernhardi* candide Lector habes illustratam lucubrationibus Clarissimi utriusque juris doctoris domini *Hiero. Clarii* Brix. cum quibusdam additamentis suis preter emendationem: rem certe novam: tam pro summulis additis singulis decretalibus cum earum divisionibus, ac continuationibus rubricarum, quam etiam casibus presertim difficilioribus, sine quibus complures decretales intelligi non possunt. Per Antonium Koberger non sine exacta diligentia Nuremberge impressam, & feliciter consummatam. Anno salutis 1496. X. die mensis Junii. in fol. *Maittairio ignota editio.*

DECRETALIUM Sexti, & Clementinarum Casus breves. — Explicit Margarita Decreti, que *Martiniana* vocatur. edita per venerabilem virum fratrem *Martinum* ordinis predicatorum summi pontificis penitentiarium, & capellanum. Impres-

ſum Argentine anno domini 1499. ipſa vigilia natalis domini. in fol.

Alias *Tabula Martiniana* vocatur ſoletque hoc nomine in ſeriem *rarorum* librorum referri.

DECRETALIUM Domini Pape Gregorii noni compilatio, accurata diligentia emendata, ſummoque ſtudio elaborata, & cum ſcripturis ſacris aptiſſime concordata. Proinde (hæc *Sebaſtianus Brant* in fine addit.) ſi quis urbis Baſilee laudes antea quidem ampliſſima gloria plenas, ex preſentis tamen operis impreſſione non mediocriter illuſtratas arbitretur, non errabit. Quippe que cum chartarum atramentique bonitate, tum vel characterum aſperitate atque elegantia cunctas, ut vides, priores impreſſiones facile antecellit, tum vel maxime opera, diligentia, correctionisque ſedula elimatione, omnium quorumcunque locorum libros longe tranſſuperat. Hanc ſibi compendioſam provinciam magiſter *Johannes de Amerbach*, & *Johannes Froben de Hamelburg* literarie officine ſolertes indagatores: regnante *Maximiliano* Romanorum rege glorioſiſſimo: *Alexandroque* ſexto pontifice maximo ſedem petri gubernante: anno ſalutifere incarnationis quingenteſimo ſupra milleſimum (1500.) auſpicato ſuſceptam nonis Octobribus felici fine conſummaverunt. Deo igitur immortali gratia habenda eſt, qui ad diu

desideratum littus fessos remiges lembum applicare concessit. in 4. *Liber infrequens.*

DECRETA & statuta provintie Gnesnensis. Antiqua, & nova, revisa diligenter, & emendata. Excussum Cracovie in vigilia sancti Stanislai. Anno dominice Incarnationis 1528. per Mathiam Scharffenbergk. in 4. *Editio rarior, & Maittairio non visa.*

——— Et Statuta Provincialium, & Dioecesanarum Synodorum Sanctæ Ecclesiæ Coloniensis, ex pervetusto & authentico Codice, qui in archivo archiepiscopali asservatur, aliisque vetustis exemplaribus restituta, & emaculata. Coloniæ ex offic. hæredum Joan. Quentel. 1554. in fol. *Liber rarus.*

DEDEKINDI Friderici, de morum simplicitate Libri III. Et *Joan. Dinckellus* de origine, & ritu creandi *Beannos* in Scholis, vulgo *Depositione.* Tubingæ per Alexandr. Hockium. 1583. in 8.

Posterius opusculum ut lepidi argumenti est, ita fortassis in hoc genere unicum.

DEE (Joan.) Londinensis, Monas Hieroglyphica. Ad Maxmilianum Dei gratia Rom. Boh. & Hungariæ regem Sapientissimum. Francof. apud Joan. Wechelum, & Petr. Fischerum consortes. 1591. in 8. M.

Opusculum *rarum*, &, ut Anton. Possevinnus in Sacro Apparatu ait, mole non omnino magnum, sed vi, & perspicuitate rationum haud exiguum.

DELPHINI Julii, in III. Galeni artis medicinalis lib. explanatio: ejusdem de ratione medicamentorum præscribendorum liber. Venet. apud Joan. Franciscum Camotium. 1557. in 4. *Liber parum communis.*

DELRIO (Martini Antonii Soc. Jesu,) Syntagma Tragoediæ Latinæ in III. partes distinctum. Antverpiæ ex offic. Plantiniana apud viduam, & Joan. Moretum. 1593. in 4.

Bauerus editionem Parisinam anni 1620. a *raritate* laudat: nostra, ut prior, sic & rarior est. Ceterum, author opus hoc prius, quam societati nomen dedisset, edidit hoc titulo: *In Senecæ tragoedias adversaria:* Antverp. typis Plantinianis anno 1574. quod postea maturior auctius recudit.

——— Disquisitionum magicarum Libri sex, in III. Tomos partiti. Moguntiæ apud Joannem Albinum. 1603. in fol.

Præter hanc editionem possidemus item Moguntinam annorum 1606. in 8. & 1624. in 4. Coloniensem anni 1657. in 4. postremas duas Bauerus ex Osmont *raris* accenset, de prioribus nihil videtur ei constitisse. Sotvellus memorat Lovaniensem, Lugdunensem, Leodiensem, aliasque: nostra anni 1603. videtur, ut ex authoris ad typographum epistola patet, prima ex auctioribus fuisse. In operis laudem præmittunt Justus Lipsius carmen; Heribertus Rosweydus parodiam, Mutius poemation græcum latine conversum, & trimetrum Joan. Gauda. Opus ipsum author locupletius

fecit, dum Græcii Stirorum facram fcripturam interpretaretur.

DEMOSTHENIS, & *Aeschinis*, Principum Græciæ Oratorum opera, cum utriusque auctoris vita, & Ulpiani commentariis, novisque scholiis, ex quarta, eaque poftrema recognitione, Græco-Latina: Sex Codd. impreffonum, & inter hos Parifienfis nuper editi: duorum MSS. alterius *Pannonii*, alterius ex Auguftana Bibliotheca fideliffima collatione a mendis repurgata, variis lectionibus adaucta, annotationibus illuftrata per *Hieron. Wolfium* Oetingenfem &c. Bafileæ ex offic. Hervagiana per Eufebium Epifcopium. 1572. in fol.

Quis fuerit ille *Pannonius*, cujus Codex Græcus MS. erat, non meminit. Si licet fufpicari, reor, *Janum Pannonium* Quinque Ecclefienfem Epifcopum hoc loco indicari, a quo Græci codices, ut mox dicetur, ad exteros pervenerunt. Editionem Francofurtienfem anni 1604. fimili fere titulo, ab eodem Wolfio poftrema cura recognitam laudat Bauerus a præftantia, & *raritate*: noftram plerique reticent: Harvoodus tamen illius meminit, fed minus correctam ait, quam quæ anno 1549. prodierat.

DESPAUTERII (Joannis) Ninivitæ, Bergarum apud Divum Guinocum Ludimagiftri ars verfificatoria. Ex fecunda recognitione. Lector eme, lege, & probabis. Argentorati ex ædibus Matthiæ Schurerii, menfe Decembri. 1512. in 4.

Deeft in annalibus *Maittairii*. Ninivita, non ab Ninive, quod aliquorum caufa moneo, urbe Affy-

riæ, ſed ab oppidulo cognomine, quod in Flandria conterminum Brabantiæ eſt, dictus.

DEVAY (Matthiæ) Hungari diſputatio de ſtatu in quo ſint Beatorum animæ poſt hanc vitam ante ultimi judicii diem. Item de præcipuis articulis Chriſtianæ doctrinæ. His addita eſt, Expoſitio examinis, quomodo a Fabro in carcere ſit examinatus. Lucæ V. Præceptor, in verbo tuo laxabo rhete. in 4. Sine loci, & anni indicio.

Libellus *valde rarus*. Sunt, qui editum Baſileæ anno 1530. putent. At, ſi non eſt iterum editus, ut vix editus eſt, tum quidem annus is mendo non caret, cum epiſtola dedicatoria ex *Sarvar* ſit data anno 1535. & in fine altera ante examen in carcere peractum addatur a *Vito Theodoro* calendis Juniis 1537. ſignata. Author primum in gratiam amici conſcripſerat opuſculum de *Sanctorum dormitione*: id Franciſcanus Zegedinenſis oppoſito ſcripto confutavit: hinc libello huic ortum argumentum de ſtatu, in quo Sint Beatorum animæ poſt vitam: ex quo invocationem ſanctorum illicitam eſſe contendit, detrito illo Eſaiæ loco uſus: *Abracham neſcit nos &c.* Faber, a quo ſe examinatum memorat, fuit Viennenſis Epiſcopus ex ſecunda quæſtione hujus examinis liquet, *Devayum* fuiſſe ſacerdotem. In hæc enim verba illi objectum eſt: *quod regreſſus e Wittenberga non miſſavit, cum fuerit ſacerdos Romanus &c.* Oportuit fuiſſe virum non pacatiſſimi ingenii, cum fateatur ſe ab utroque rege, hoc eſt Ferdinando I. & Joanne Zapolya in carcerem conjectum eſſe. Ceterum, opus dicat *Emerico Bebekio*, Præpoſito Albenſi, qui ducta uxore nuncium & fidei, & ſacerdotio miſit, mirasque deinceps in Hungaria turbas dedit.

DIALOGUS contra impia *Petri Canysii* dogmata de sacramento Eucharistiæ compositus, & Viennæ Austriæ in valvis Templi S. Stephani, V. Idus Maji affixus. M. D. LV. Ad Petrum Canysium Jesuitarum, & hypocritarum principem.

Quid tibi perverse tribuis cognomen Jesu
Quum sua non spargas dogmata, sed satanæ.

Sine loco, &. anno. in 4.

Dubium mihi non est, Viennæ, quæ per id tempus fere magnam partem Lutherum sectabatur, editum fuisse. Nihil autem refert, ut apologiam Canisio adornem, satis is & Ferdinandi I. nomine, & suis meritis Concilio etiam Tridentino, ut Georgius Draskovics Quinque Ecclesiensis episcopus in suis MSS. epistolis testatur, cum laude probatis, ab hoc convicio, & calumnia tutus est, ut nihil de materia, ob quam hic Dialogus protrusus est, dicam. Fuit enim Canisius Viennæ ad S. Stephani Ecclesiastes, & anno 1554. *Summam Doctrinæ Christianæ:* jussu Ferdinandi I. ediderat: hinc nata adversariis occasio vulgandi hujus schediasmatis, quod ita *rarum* existimo, ut vix alterum exemplar putem exstare.

———— Sive Hüpsch argument, redfragen, und antwurt dreyer personen, nemlichen ains *Curtisanen*, aines *Edelmans*, und aines *Burgers* nit allain kürtweylig sunder vast nutzlich zü lesen und zü heren. Alles D. M. L. (*Doctor Martin Luthers*) leer betreffend. in 4. folior. 22 sine loco & anno. *Libellus perrarus.*

DIARIO y relacion Historica del anno de 1687. Tocante al Estado Successos y progressos de la Liga Sagrada contra Turcos, formado de las ultimas cartas de Italia, y el norte, publicado el Jueves 13. de Marco. Con licentia en *Sevilla* por Thomas Lopez de Haro, y se vende en su casa en las siete Rebueltas. 1687. in 4. M.

Opusculum 15. §§. absolvitur, qui præter res Moscoviticas, Polonicas, & Svecicas, etiam Hungaricas rari argumenti continent. *Editio rara, & perquam paucis nota.*

DIASSORINUS: Encomium *Matæi Flaccii Illyrici* scriptum Græcis versibus a viro illustri *Jac. Diassorino*, domino Doridos, ejecto a Turcis patria & ditione, qui multis annis fuit ductor Equitum Græcorum in exercitu Caroli V. Imp. in Italia, & Gallia. Item carmen de natalibus, parentibus, vita, moribus, rebus gestis ejusd. *Flaccii*, autore *Noba Bucholcero*. Anno 1558. in 4. Sine loco. M. *Liber rarus.*

DIETRICH (Viti) Agend Büchlein für die Pfarherren auff dem Land. Gedruckt zu Nürmberg durch Johan vom Berg, und Ulrich Neuber, wonhafft auff dem newen baw bey der Kalckhutten. 1543. in 4.

Bibliotheca Saltheniana editionem Francofurtiensem anni 1546. in 4. nota *raritatis* insignit.

facit. *fratri suo germano Jo. Ludovico Brassicano Jo. Alex. Brass. dono dabat.* Et : *D. Jo. Ludovicus Brissicanus* (sic.) *me Clementi Otto dono dedit.* De præstantia & *raritate* libri cupio, ut consulatur *Cl. Michael Denisius* in Merkwürdigkeiten der K. K. garcl. Bibliothek pag. 264.

DIODORI Siculi Historiarum Libri aliquot, qui extant, opera & studio *Vincentii Obsopœi* in lucem editi, cum gratia, & privilegio ad triennium. Græce — Impressum Basileæ Germaniæ cura Joannis Oporini, sumptibus autem Roberti Chimerini anno ab incarnata Deitate 1539. Mense Augusto. in 4.

Has Diodori reliquias *Janus Pannonius* Quinque Ecclesiarum doctissimus episcopus posteritati conservavit, ut *Opsopæus* in præfatione ad *Christophorum* Episcopum Augustanum in hæc verba fatetur: *Eadem calamitate & hic noster Diodorus siculus est affectus; cujus modicas has reliquias ab Jano Pannonio quondam Quinque Ecclesiensi episcopo ab interitu vindicatas, ac deinceps ab eruditissimo Joanne Alexandro Brassicano, ne quem merita laude defraudemus, nobis per Joannem Petreium communicatas, & nunc tandem a me transcriptas edimus &c.* Hunc quoque librum puto fuisse Bibliothecæ *Mathiæ Corvini regis*, ex qua Janus Pannonius Græcos, ut in Latinum converteret, bona regis venia sumere solebat. *Editio princeps.*

DIOGENIS Cynici philosophi secta, authore Bartholomeo Coloniense latine. Insignia Diogenis. *Cratis* philosophi Cynici epistolæ elegantissimæ.

Pallia non Cynicum faciunt, atrique cuculli,
Non baculus curvus, pæra nec ipsa facit.
Ast animus recti semper servator & æqui,
Et qui fortunæ spernere dona potest.

Opusculum est folior. 10. in 4. M. Sine l. & a. Frontem ornat icon Diogenis cum suo cane, & vase. In fine visitur signum typographi, simile illi, quod Frid. Roth-scholtzius Nicolao Fabro Lipsiensi tribuit. Sectam Diogenis, carmine comprehendit Barthol. Coloniensis: cetera epistolas Cratis exhibent. Has Athanasius Constantinopolitanus, Archiensis abbas Panormi reperit, & ex græcis latinas factas Carolo Arragoniæ primogenito dicavit; edidit vero Joannes Stabius Austriacus, ut ad calcem in epistola ad *Joannem Graccum Pierium corographum Austrie*, *Apollinis vicarium* data fatetur. Freytag epistolas Cratonis in 4. sine l. & a. inter *perarras* censet: forte idem hoc opusculum fuerit cum meo.

Editio ex *infrequentioribus*. Possidemus item Coloniensem anni 1535. in 8.

Græce & Latine. *Is. Casauboni* Notæ ad Lib. Diogenis multo auctiores & emendatiores. Coloniæ Allobrogum. Apud Joan. Vignon. 1615. in 8. M. *Liber rarus.*

DIOMEDIS doctissimi, ac diligentissimi lingvæ Latinæ perscrutatoris de arte Grammatica opus utilissimum. — Impressum Venetiis per christoforum de Pensis de Mandelo. 1491. Die vero quarta mensis Junii. in fol. *Editio rara.*

Meminit illius *Maittaire*, dubitat tamen, an non confundatur cum celeberrimo Grammatico cognomine; biblioth. Gesneri utrumque secernit.

——— De arte Grammatica opus utilissimum: Additi sunt *Nonius Marcellus*; de proprietate sermonum: *Varro* de lingva Latina: *Valerius Maximus* cum commento *Oliverii Arzignanensis* Vicentini. Venetiis imprimebat Theodorus de Ragazonibus. 1495. in fol.

Videtur opus distinctum ab eo, quod Maittairius ad hunc annum recenset.

DIONYSII (Alexandrini,) de situ orbis liber, interprete *Andrea Papio* Gaudensi. *Musæi* Hero & Leander, eodem interprete. Græc. & Lat. Antverp. ex officina Christoph. Plantini. 1575. in 8.

Habemus quoque versionem Latinam Prisciani, Venetiis anno 1482. per Erhardum Ratoldt editam, ut dicetur in articulo: *Mela.*

pientum, & regis martyrum omnium honorem, finis. In alma Parisiorum academia per Henricum Stephanum artis formulariæ peritum, & sedulum opificem e regione scholæ Decretorum habitantem. Anno ab incarnatione ejusdem domini nostri Jhesu Christi 1515. die vero mensis Aprilis XIV. in fol.

Frons operis duos circulos catenis inter se nexos, quos utrinque inter binas arbores aquilæ tenent, refert: circulo primo, cui corona incumbit, hæc in gyrum inscripta: *Theologia vivificans. Cibus solidus.* usque, *Polycarpi epist. una.* Secundo hæc: *infinitus thesaurus: aut perditus, aut absconditus*: *&c.* reliqua subtus sequuntur, ut in titulo. Versio est Ambrosii Camaldulensis, quam cum scholiis Fabri Stapulensis edidit, & dedicavit Guillielmo Briconnetto Episcopo Lodovensi Jodocus Clichtoveus epistola ex Parisiis anno 1514. data. Editionem esse secundam in libri principio typographus litteris Romanis majusculis ita monet: *Haec. Secundaria. Est. Et. Castigatissima. Ex. Officina. Aemissio.*

S. DIONYSII Areopagitæ opera omnia, quæ exstant. Una cum ejusdem vitæ scriptoribus, nunc primum Græce & Latine conjunctim edita. Accesserunt *S. Maximi* Scholia nunc primum Latinitate donata: & *Georgii Pachymeræ* paraphrasis in Epistolas. Omnia studio & opera *Petri Lanssellii* Gravelingani Soc. Jesu presbyteri. Lutetiæ Parisiorum ex officina Nivelliana. 1615. in fol.

——————. Opera omnia cum scholiis *S. Maximi*, & paraphrasi *Pachymeræ* a *Balthasare Cor-*

riturque sibi abhinc, quam renascentibus in Italia bonis litteris opem afferre coeperit, omnia adversa esse, præsertim in edendis græcanicis, quod qui his opitulantur, ærumnosi futuri ex opinione vulgi essent. Vetus hæc querela est etiam in Latinis. Neque tamen ab incoepto propterea destiturum se pollicetur, quin adeo Latinis, & Græcis etiam Hebraica additurum. Petit deinde veniam, quod simplicia quædam, quæ aliis, quam græcis nominibus appellantur, in contextu Dioscoridis inseruerit, quæ in margine melius locanda erant: id tamen se omnium exemplarium fide, quibus usus est, fecisse. Præfationem sequitur index græcus in libros Dioscoridis, tum de hoc ex Suida testimonium: fuisse illum medicum, cognomento *Phocan*, id est, *lentinum*, quod lentigine os dehonestaretur: floruisse sub Cleopatra & Antonio in Aegypto, ac scripsisse libros XXIV. in usum medicinæ.

DIOSCORIDIS De materia Medica Libri VI. Ejusdem de venenatis animalibus Libri II. quibus canis rabidi signa, & curatio eorum continentur, quibus venenata animalia morsum defixerint. Index omnium plantarum, animalium, metallorum, quorum utilitatem author Dioscorides præsenti libro docet. Carmina de virtute, sive facultate quarumdam plantarum in antiquis reperta exemplaribus. Græce. Venetiis in ædibus Aldi, & Andreæ soceri, mense Junio. 1518. in 8. maj.

———— Idem opus: interprete Marcello Vergilio secretario Florentino. Ejusd. Vergilii in hosce Dioscoridis libros commentarii doctissimi, in quibus præter omnigenam, variamque eruditionem,

collatis aliorum interpretum versionibus, suæ tralationis ex utriusque lingvæ autoribus certissima adferuntur documenta. Colon. opera & impensa Joan. Soteris. 1529. mense Augusto. in fol. græce & latine.

Typographus inscribit opus Philippo Buchamero archiepiscopi Moguntinensis, & Magdeburgensis Medico.

———— Idem: ab Hermolao Barbaro tralatum, cum Jo. Bapt. Egnatii Veneti annotamentis. Hosce omnes libros intra quindecennium nullus excudito. Si quis contra faxit, impius intestabilisque esto. Leonisque X. Pont. diris obnoxius semper vivito. — Excudendos Venetiis hosce Dioscoridis libros octo Aloisius, & Franciscus Barbari, & Joan. Bartholomæus Astensis curarunt in Gregoriorum fratrum officina, Hermolao Barbaro Patritio Veneto, & Aquileiensi Patriarcha interprete. Lauredano Principe optimo Kal. Februariis. 1516. restitutæ salutis. in fol.

———— Idem: a Marcello Virgilio secretario Florentino latinitate donatum, cum ejusd. commentationibus, nuper quam diligentissime ex secunda interpretis recognitione recusum. Accedit insuper index latine græceque excusus. — Florentiæ per hæredes Philip. Juntæ Florentini. 1523. Idibus Februarii in fol.

——— Idem: Jo. Ruellio interprete: una cum Herm. Barbari corollariis, & Marc. Vergilii in ſingula capita cenſuris: adjecto indice duplici ſingulorum ſimplicium, & difficilium terminorum. In inclyta Argentorato apud Jo. Schottum 1529. in fol.

——— Idem: Joanne Ruellio Sveſſionenſi interprete. Singulis cum ſtirpium, tum animantium hiſtoriis, ad naturæ æmulationem expreſſis imaginibus, ſeu vivis picturis ultra millenarium numerum adjectis &c. Additis etiam annotationibus per Gvalterum H. Ryff Argentinum. Acceſſere in eundem autorem ſcholia nova cum nomenclaturis græcis, latinis, hebraicis, & germanicis Joanne Lonicero autore. Francof. apud Chr. Egenolphum. in fol. ſine anno.

Ryffi epiſtola ad ſenatum Francofordienſem refert annum 1543. Poſt ſcholia autem Loniceri: *Excuſum Marpurgi per Chriſtianum Aegenolphum menſe Auguſto.* 1543.

——— Libri VIII. græce & latine. Caſtigationes in eosdem libros. Pariſiis impenſis viduæ Arnoldi Birckmanni, excudebat Benedictus Prevoſt in vico Frementello ſub ſigno ſtellæ aureæ, menſe Auguſto. 1549. in. 8. *Hæ quoque editiones Dioſcoridis non ſunt paſſim obviæ.*

DISCURS, oder Bedenken vom jetzigen Ungeriſchen kriegſweſen, wie eine beſtendige allge-

meine Hülff, und darunter eine Christliche vertrawligkeit anzustellen. Gedruckt im Jahr. 1597. in 4. Sine loco. M. *Liber infrequens.*

DOCTRINÆ Christianæ summa per quæstiones tradita, & in usum Christianæ pueritiæ nunc primum edita jussu, & authoritate Sacratiss. Rom. Hung. Boh. &c. regiæ Majestatis, archiducis Austriæ &c. Edicto regio cautum est, ut hic libellus solus, prætermissis reliquis Catechismis, per omnes Austriæ inferioris provincias, & Goritiæ Comitatum, in scholis cum privatis, tum publicis prælegatur, & conservetur: atque a nullo Typographo, aut Bibliopola, invito Michaele Zimmermanno intra decennium denuo excudatur, aut excusus vendatur. Viennæ 1554. in 8.

Hæc videtur illa Doctrinæ summa esse, quam Canisium edidisse supra monui, cujus causa famosum scriptum, hujus quoque alias memini, ad valuas S. Stephani Viennæ affixum erat.

DOCTRINÆ Jesuiticæ præcipua capita, a doctis quibusdam Theologis - - retexta, solidis rationibus, testimoniisque sacrarum scripturarum, & Doctorum veteris Ecclesiæ confutata. Editio altera priori emendatior, duplo auctior. Rupellæ, 1584. in 8. *Editio rara.*

DOLCE (Ludov.) Le Transformation di M. *Lodovico Dolce*, con la Tavola delle Favole. In

Venetia appresso Gabriel Giolito de Ferrari, & Fratelli. 1555. in 4.

Est metaphrasis Librorum Metamorphoseon Ovidii, quæ Fabricium videtur latuisse. *Liber rarus.*

De DOMINIS Marci Ant. archiepiscopi (Exarchiepiscopi) Spalatensis, de Republica Ecclesiastica Libb. X. Londini ex officina Nortoniana. 1617. in fol.

———— Pars II. Continens Libros V. & VI. cum appendicibus in sexto capite quinti Libri. In quibus appendicibus refellitur opus imperfectum *D. Cardinalis Perronii* in ea parte, in qua agitur de sanctissima Eucharistia. Francof. Typis Joan. Friderici Weiss. 1620. in fol. *Liber rarus nec facile obvius.*

DONATI (Marcelli) de variolis, & morbillis Tractatus, a nullo antea editus. Ejusd. de radice purgante, quam *Mechiocan* vocant. Ad altissimum *Carolum* archiducem Austriæ. Mantuæ apud Philoterpsem, & Clidanum Philoponos fratres. 1569. in 4.

———— Serenissimi Mantuæ, & Montisferrati Principis a secretis, de Medica historia mirabili Libri VI. Mantuæ per Franc. Osanam. 1586. in 4. *Utrumque opus perrarum est.*

DONIS (Jacobi de:) Vide supra *Aggregator Paduanus.*

DRACONIS (L. Honorati,) Elementa juris civilis, seu Institutiones Imperiales in carmen contractæ. Ejusd. de jurisprudentiæ studio, & justitiæ laudibus sylva. Lugduni apud Theobaldum Paganum. 1551. in 8. *Liber infrequens.*

DRIEL (Godefr.) Rosarii Hyperaspistes, hoc est, depulsio levissimarum cavillationum, & nugarum, quibus Calvinianæ Theologiæ studiosus, nescio quis, apodixin Theologicam pro ritu precandi Rosarium B. Virg. Mariæ ab Academiæ Parthenicæ sodalibus Moguntiæ divulgatam, frustra obscurare conatus est, Pragæ ex officina Michaelis Peterle. 1588. in 4. *Editio parum communis.*

DRUGET (Sigismundi) de Homona, Nucleus rerum Hungaricarum. 1681. in 12. Sine loco. *Raro in Hungaria etiam obvius.*

DRYANDRI (Johan:) genent Eychman, sphæræ materialis, sive globi coelestis, das ist, des Hymelslauff gründtliche auslegung, so vil zur anleytung der Astronomie dienet. Getruckt zu Marpurg sub Rectoratu Joannis Dryandri. 1539. in 4.

————— Sonnawren allerhandt Künstlich zumachen: ann die maurn, und wende, auff ein Ebne und gleichen platz, an die seitten eins vierecketenn und würffelechten klotzs, Truncus genant, Compass zu der sonnen gerecht zübereyt-

muczensis antistitis in oppido Moraviæ Prostanna typis descriptus, sed, quod sciam, in celebri aliquo mercatu nunquam divulgatus. Diu enim author ipse exemplaria continuit; quæ eo demortuo in vicinis saltem locis sparsa fuisse comperimus. Cur vero author opus suum jam editum continuerit, non memorat, quod tamen ex epistola nuncupatoria ad Maximilianum conjectu facile fuit. Nam hunc in fronte illius epistolæ *inclytissimum Boiemiæ regem* appellat; &, cur opus suum ad finem perducere conatus sit, rationem ita reddit. *Nam ut gratiam huic ipsi volumini ex tempestivitate quoque conciliarem, sic opus aliquoties interruptum, ac fere tædio scribendi neglectum urgebam, ut illo potissimum tempore illud absolverem, quo regnum Boiemiæ coronabundus inires, ut hoc saltem haud intempestive de toto libro possem dicere: munus exiguum, sed opportunum.* Ex his apparet, de coronando Maximiliano in regem Bohemiæ ad annum 1552. agi quidem coeptum esse, & *Dubravium* hac de causa Historiam suam in strenæ morem futuro regi offerendam, naviter parasse: sed, cum Transsilvania recens recuperata, & in ordinem cogenda, curas Ferdinandi alio convertisset, coronatio usque ad annum 1562. dilata est; itaque author opus quoque suum, quod causa, cur id Maximiliano nuncupare parabat, protelata esset, suppressum voluit. Postremi tamen, quos exscripsi, versus indicare videntur, Dubravium aliquot exempla Maximiliano misisse.

DUBRAVII (Joan.) De Piscinis, & piscium, qui in illis aluntur, naturis Libri V. ut doctissimi, ita ad rem familiarem augendam utilissimi: Cum auctario *Joach. Camerarii*, Medici Norimb. Norimbergæ excudebat Paulus Kaufman. 1597. in 8. M.

cipio tractatus, atque theoremata. — Venetiis anno domini 1499. quinto nonas Octobris. in 4. *Editio rara.*

DUODENARIUS Sacer, complectens elogia eorum, qui post repurgatam in Ecclesia Brunswicensi doctrinam Ecclesiæ isti per CXX. & plures annos primo loco præfuerunt. Magdeburgi Typis Joan. Mulleri. 1654. in 4. M. *Liber infrequens.*

DURANDI Guilelmi, Rationale divinorum officiorum. Venetiis apud Gulielmum Tredinensem. 1487. in fol. *Editio perrara.*

——— Rationale divinorum officiorum editum per RR. in Christo patrem, & dominum D. Guilliermum *Durandi*, dei, & apostolice sedis gratia presulem Mimatensem, qui composuit speculum juris, & patrum Pontificale. — Finit rationale divinorum officiorum: quod antea mile locis depravatum: obnixa elucubratione magistri Boneti de Locatellis Bergomensis correctum est, & impressum Lugduni, per Laurentium Hyllaire, anno salutifere incarnationis 1516. duodecimo die mensis decembris. in 4.

Editionem esse *raram* id videtur indicare, quod eam *Maittairius* non commemoret.

DYMOPHANIUS (Joan.) Ableynung eines erdichten Lutherischen brieffs, durch Joannem

Dymophanium beſchrieben. 1538. Pſ. XXVI. Mentita eſt iniquitas ſibi, 2. Theſſal. 2. Darümb das ſie die liebe der wahrheit nit haben angenomen, auff das ſie ſelig würden, hierümb wirt inen Gott ſenden das werck des irrſal, und das ſie gleuben der Lügen, und das alle geurteilt werden, ſo der warheit nicht gleuben, ſonder bewilliget haben der bosheit. in 4. ſine loci nota. *Scriptum non facile obvium.*

E.

EBERI (Pauli,) Hiſtoria Judaica a reditu ex Babylonico exilio usque ad ultimum excidium Hieroſolymæ. Wittebergæ 1547. in 8.

Accenſetur *raris* in catalogo bibliot. Sarrazianæ, & a Bauero.

De ECCLESIASTICA, & *Politica* poteſtate Liber unus. Eccleſia eſt politia monarchica ad finem ſupernaturalem inſtituta: regimine ariſtocratico, quod omnium optimum, & naturæ convenientiſſimum eſt, temperata a ſummo animarum Paſtore Domino noſtro Jeſu Chriſto. 1612. Juxta exemplar Pariſiis excuſum. in 4. ſine loci nota. pagg. 43. M.

Frontem operis orniant Inſignia Galliæ, quæ indicio eſſe poſſunt, librum illic quoque excuſum fuiſſe. Author materiam in XVIII. capita diſpeſcit. Cujus ſententiæ ſit, puto liquere ex Capp. 13. & 15. Illius rubrica ſic habet: *Princeps politicus, ut Eccleſiæ protector,*

protector, & vindex canonum, judex est legitimus appellationum, quas ab abusu vocant : & hinc Ecclesiæ Gallicanæ libertatis originem sumpserunt. Istius vero ita: *In concilio generali congregato Papa habetur caput, quoad verbi Divini prædicationem, administrationem Sacramentorum, & executionem Canonum : minime vero quoad directionem, & potestatem coercitivam in totum Concilium.* Ultimo capiti subjicit : *Hæc Ecclesiæ Catholicæ judicio subjecta sunto.* Sed ludicrum omnino est; Ecclesiæ Catholicæ judicio id subjicere, quod quis illa non consulta jam prius suo unius ingenio fretus decrevit. *Libellus perquam rarus.*

ECHO Christiana & Catholica : hoc est, responsio, & repercussio, qua blasphemiæ, maledicta, & convicia Lutherana, quibus in unam, Sanctam, Catholicam, Apostolicam, Romanam Ecclesiam, in Inquisitionem adversus hæreticos sanctam, in illustrissimum, & reverendiss. D. D. *Petrum Pázmány*, archiepiscopum Strigoniensem. &c. Lucifuga Lutheranus, ordinis *Prædicatorum magistri*, & *Stephani Jairi* fictis sub nominibus impegit, reverberantur, tuendo Ecclesiæ bono breviter. Impressum anno Domini 1616. in 8.

Author sumsit sibi nomen *Taciti Benevoli :* dicatque libellum *Triumviris, Isaac sine Domini benedictione: Samueli sine vocatione: Eliæ sine prophetia, Abrahamidi Bainocʒensi, Melichio Breʒnobanyensi, Lanio Bicʒeiensi superintendentibus Lutheranis* Ex typo, & charta conjicio, opusculum extra Hungariam editum esse. *Scriptum perrarum.*

ECHO Vocalis, sine nomine, non omine Nympha, sive, peregrinis e vallibus *Echo*. Cordate. 1661. in 4. sine loco, pagg. 56. M.

Argumentum prologo præmittitur in hæc verba: *Eques Polonus Patriæ lugens calamitatem, civiumque suorum pertæsus discordiam, faventiores sibi putavit feras, quam homines, & tutiora, dulcioraque asperorum montium, rupiumque loca, quam domestica mapalia, post longum luctus, dolorisque dispendium, compendioso de vallibus, rupibusque ECHO Nymphæ responso reperit solatium.*

ECHO.

Est nihil, est aliquid: E. *quid id*? dic Oedipe, quid sum:

Sarmatici luctus numquid idea? E. *Dea*.

Opusculo ipsi præmittit Elegiam 26. Distichorum, in qua Poloniam querulantem inducit, clauditque hoc versu:

Quem virtus *magnum*, quemque aureus ornat
Torquis, & in rostris quem fera *Brute* necas.
Frange verbo, junge *Panem*
Scies Oepide (Oedipe) quis sum.

Dialogum inter Equitem Polonum, & Echo, sequitur, *Propositio genuina S. R. Majestatis Poloniæ ad senatum, & Ordines Reipub. in comitiis regni generalibus Varsaviæ die 4. Julii anno 1661. habita* Hanc excipiunt: *duodecim rationes, quibus vivente Principe electio Successoris sine partium studiis, & præjudicio publicæ libertatis expenditur.* Libellus *plane infrequens*.

ECHO Absurditatum *Ulrici* de *Nefeld* blesa: demonstrante *Valeriano Magno*. Cracoviæ. 1646. in 8. *Editio parum obvia.*

ECKII (Majoris Joan.) Chrysopassus, sive de materia prædestinationis Centuriæ VI. Augustæ Vindelicorum ex officina Millerana mense Novembri, anno 1514. Imperante Cæsare Maximiliano Austrio P. F. Aug. P. P. Roman. Imperium foeliciter, & cum speciosis triumphis gubernante. Deo gloria. in fol.

Inscribit opus, *Wilhelmo, Ludovico, & Ernesto, germanis fratribus, Comitibus Palatinis Rheni, & utriusque Bavariæ Ducibus*. Editio *valde rara*, nec *Maittairio* cognita.

——— Joannis, de Primatu Petri adversus *Ludderum* Libri tres. Multa insunt de veteri; & primitiva Ecclesia ex ipsis Conciliis, & originalibus desumpta. Lector lege, & probabis. — Finitum Ingolstadii Bavariæ, cujus oppidi meminit Carolus I. cognomento Magnus in Testamento suo septima die Februarii, quæ sacra est apud Bavaros, & Schvanfeldios Divo Richardo Anglorum regi, & Sveviæ Duci. Anno Virginei partus 1520. soli Deo gloria. Autor libri obtulit eum in syngrapha sua ad manus Domini Papæ Leonis X. in urbe Kalendis Aprilibus. 1520. Impressit Parrhisiis Petrus Vidovæus, impensis honesti viri Conradi

cipibus in obſidione fortiter geſtis, deque excidio Hieroſolymorum, aliarumque civitatum adjacentium Libri V. Divo *Ambroſio* Mediolanenſi epiſcopo interprete. Ejusdem anacephaleoſis fini operis adjecta eſt. Excudebat Johannes Soter apud ſanctam Coloniam. 1530. in fol.

Præfatur *Philip. Melanthon* ad Godefridum Hittorpium. *Hæc quoque editio annalibus Maittairii deeſt.*

ELCHANON (Pauli,) Ein tröſtlich und zu lehr ſehr nutzliches Büch wider den grewlichen Irrthumb der verſtockten Juden, ſie zu überweiſen nit allein aus den Prophetiſchen ſchrifften ſelbſt, ſonder auch aus irren fürnembſten Rabbinern ſchriften ſelbſt, velche züm theil geſcriben ſein lang vor Chriſti geburt, und zum theil auch hernach, geſtelt durch *Elchanon Paulum* von Prag, der bey den Juden iſt ein veit berümbter Rabbi geveſen, und geheiſſen mit namen *Rabbi Elchanon*, und wunderlich zu der Erkendtnis des Herren Chriſti kommen, getaufft worden im Landt zu Polen, in der ſtatt Chelm. Desgleichen zuvor nie geſechen, oder in Druck auſgangen, deſſen inhalt hernach ordentlich verzeichnet iſt. Mit Röm. Kay. Mt. &c. gnad und privilegien. Gedruckt zu Wienn in Oeſterreich bey Michael Apffel zum grünen Röſsle in der ſchuelſtraſſen. Anno 1581. in 4. *Liber haud facile obvius.*

chen general studierung, Ratschlag zu verhuetung mit Gottes hilff züvor, Pestilentzischer ansuechung sambt seinen Züfalen, erst itzt durch anhaltung seiner lieben Discipel in druck ausgangen. Gedruckt zu Wienn in Osterreych durch Michel Zimmerman in S. Annen Hof. 1554. in 4. M. *Liber infrequens.*

EMSER: Ludus in captum *Emseranum.* Wittembergæ. 1521. in 4. plagularum 4. *Libellus perrarus.*

——— Jeronymi bedingung auff *Luters* orsten (ersten) widerspruch. in 4. Sine loco, & anno. folior. 11.

Frons opusculi refert Capricornum cum inscriptione: *arma Hieronymi Emser.* Infra scutum hæc leguntur: *Idem ad Aegocerota suum.*

Parve caper, non parva subis, sed gratia parva,
Quin tibi nulla, nisi pessima vulgo datur.
Macte Caper, sanctis calamum conatibus urge,
Quod tibi terra negat, coelitus astra dabunt.

Argumentum ipse Emserus in principio confestim his verbis prodit. *Wiewol ich Jeronymus Emser prister, den Kriegischen handel zwischen Lutern und mir, umb sachen unsers heiligen glaubens schwebende jungst in meyner quadruplica tzum rechten beschlossen, und tzu erkentnus gestelt hab. Noch dann die weyl sich Luter vor der urteil beshäret, und derhalben den artickel sant Peters spruch belangend offentlich widerrufft, und mir nachlasset, das vilgemelter spruch Petri, namlich: Ir seit ein Koniglich pristerthumb.* 1. *petr.* 2. *auff zweyerley priesterthumb*

gelawt hab, nhem ich solchen seynen widerspruch an vor ein bekentnis und vberwindung, da von ich offentlich protestir, und bedinge &c. Folio autem 10. hæc: *Enntlich komet sich Luter, und schrihet ihu; ehe er uber den graben komen ist, er hab uns die zwen namen* sacerdos, *und* Ecclesiasticus, *abgeiaget, das wir weder prister noch Kirch mer seyen. Und wir sollen ouch noch wider geben on unsern danck das wortlin Cleros, und Leyen, ja weniger dann Leyhen bleyben, und also zwuschen zweyen stulen nider sitzen. Ach du armer elendiger jeger was soltest du uns abiagenn, oder wie darffst du dich wider auff die jagt wagen, so es dir vor so ubel darauff gelungen, und dich der bock so hart gestossen hat? will ich doch uns dise drey namen aus deynen eigen worten meysterlich erhalten also schlissende.*

Omnes Christiani sunt sacerdotes,
Episcopi, & presbyteri sunt Christiani,
Ergo Episcopi, & presbyteri sunt sacerdotes.

Ex alio.

Omnes Christiani sunt Ecclesiastici secundum Lutherum,
Episcopi, & presbyteri sunt Christiani,
Ergo Episcopi, & presbyteri sunt Ecclesiastici.

Ex alio.

Omnes Christiani sunt Clerici secundum Lutherum,
Episcopi, & presbyteri sunt Christiani,
Ergo Episcopi & presbyteri sunt Clerici.

Ad Calcem opusculi additur: *Clausula finalis ex litteris domini Wilhelmi Budei ad eximium sacræ Theologiæ doctorem dominum Joannem Cochleum &c.* quam Emserus in Germanicam lingvam convertit. La-

tina sic habet. *Quod si recta ratione inclarescere Martinus ille instituisset, cujus tute in fine epistolæ tuæ meministi, aut nisi blandientibus primordiis commentationum transversum se agendum auræ populari dedisset, non utique id in se se facinus admisisset, propter quod ab advocatione bonorum, ac gravium protinus desereretur. Etiamsi, ut fama est, hodie post damnationem quoque circumfusam trahit turbam, homo nimirum ingenii impotentis, qui cum ex peristylio abdito, abstrusaque exedra in scenam sua vi productus esset, primos actus fabulæ mirificos simul, ac graves, cuneorum plausu, & admurmuratione, orchestræ etiam conniventia, & assensu non nulla ex parte exceptos, dira ad extremum catastrophe, aversandaque clusit ita, ut totius caveæ reclamatione, confidentia propemodum vesana, ilicet obruta sit. Vale vir amice, & præclare, jam exorsa feliciter detexe. Divinione ad aulam, quinto Id. Junias. M. quingentesimo XXI.* Itaque hoc anno, aut sequente opusculum prodierit, quod, ut cetera omnia Emseri, *perrarum* est.

ENARRATIONES vetustissimorum Theologorum, in Acta quidem Apostolorum, & in omnes D. Pauli, ac Catholicas epistolas ab *Oecumenio*: in apocalypsim vero ab *Aretha* Cæsareæ Cappadociæ episcopo magna cura collectæ, *Johanne Hentenio* interprete. Selecta quædam fragmenta ex D. *Epiphanio* Cyprensi; *Theodoreto* Cyprensi episcopis: præterea *Remigii* Antisiodorensis episcopi luculentissima in XI. posteriores Prophetas enarratio. Omnia nunc primum edita. Antverp. in ædibus Joan. Steelsii. 1545. in fol. *Editio ex rarioribus.*

ENTSCHLIESUNG der hierinn benannten Fürsten, und Fürstenbotschofften uff sant Johannes Baptisten tag. Anno &c. XXIIII. (1524.) zu Regenspurg versamelt, zu handthabung Christenlichs glaubens, und Evangelischer leere. Wider die undertrucker, und anfechter derselben. in 4. Sine loci indicio. *Scriptum perquam rarum.*

EPICTETI Philosophi Stoici enchiridion, in quo ingeniosissime docetur, quemadmodum ad animi tranquillitatem, beatitudinemque præsentis vitæ perveniri possit: quam ingeniosus Lector profecto consequetur, si adjectas quoque commentationes in pectus admiserit. Claudiopoli apud Gasparem Helti (alias *Heltai.*) Anno 1585. in 8. Commentationes *Christianus Francken* Gardelebiensis singulis capitibus ex commentariis *Thomæ Nageorgii* in Epictetum subjecit. *Editio valde rara, & paucis apud nos cognita.*

S. EPIPHANII Constantiæ, sive Salaminis in Cypro episcopi opera omnia, in duos Tomos distributa. *Dionysius Petavius* Aurelianensis Soc. Jesu Theologus ex veteribus libris recensuit, Latine vertit, & animadversionibus illustravit. Græc. & Lat. Parisiis apud Mich. Sonnium, Morellum, & Cramoisy. 1622. in fol. *Editio rarius obvia, & Harvoodo prima.*

EPISTOLA invictissimi regis *Portugalliæ ad* Leonem X. Pont. Max. Super foedere inito cum *Presbitero Joanne* Aethiopiæ rege. 1521. in 4. Sine loco. M. *Scriptum rarum.*

Opuscula non eodem loco & anno edita sunt: quædam Romæ, Florentiæ, Antverpiæ, & Duaci: alia Moguntiæ, Lugduni, Dilingæ, & Pragæ prodierunt. *Collectio rarissima.*

EPISTOLAE Indicæ: Lovanii apud Rutgerum Velpium. 1566. in 8. M.

His *Ormuzio*, ex insulis *Moluccis*, item ex *Cochinchina*, tum *Goa* perscribitur, quid primi ex Soc. Jesu viri in eas plagas delati, propagandæ fidei causa gesserint: inseruntur, ut occasio ferebat, regionum situs, mores earum gentium, regiminis forma, religio &c. *Editio valde infrequens.*

——— Clarorum virorum selectæ de quam plurimis optimæ, ad indicandam nostrorum temporum eloquentiam. Nunc demum emendatæ, auctæ, summaque diligentia excusæ. Colon. apud Joan. Gymnicum sub Monocerote. 1569. in 8. M.

Prodiit liber simili titulo Venetiis 1556. apud Paulum Manutium Aldi filium: itaque ad normam hujus editionis illa quoque exscripta fuerit. *Libellus rarus.*

EPITHALAMIUM Symbolicum, Conjugibus Porphyrogenitis, sereniss. potentissimoque *Ferdinando III.* Hungarorum, Boemorumque regi &c. serenissimæ *Mariæ* reginæ, Hispaniarum Infanti &c. archiducis Austriæ &c. cum Viennæ Austriæ præsentibus, volentibus Augustiss. Impp. Sereniss. archiducibus; Ferdinando II. Felice, Pio, Victorioso, Triumphatore: Eleonora Mantuana: Leopoldo Austriaco Tyrolensi: Claudia Florentina: Leopoldo Gulielmo, Primate, archiepiscopo, episcopo:

Maria Anna : Caecilia Renata : regias nuptias solenniter orbe triumphante agerent, DD. ab Archiducali Collegio Soc. Jesu Graecii. Anno 1631. Graecii Typis Ernesti Widmanstadii. in fol. cum figg. *Editio luculenta*, *& rara.*

ERASMUS Desiderius Roterodamus.

Hujus scripta plerique accensent *rarioribus* : quae autem hanc notam prae ceteris mereantur, non omnibus perinde convenit. Ego illa puto in hanc seriem cogi posse, quae ante collectionem operum singilatim aut perpaucis aliis conjuncta prodierunt.

———— Moriae encomium. Ad lectorem. Habes hic lector ἐγκώμιον τῆς μωρίας, hoc est, laudem stulticiae, libellum oppido quam facetissimum, ab Erasmo Roterodamo, Germanorum decore, concinnatum, in quo varii hominum status mire taxantur. Hunc tu si emeris, & legeris, dispeream, si non impendio gaudebis. Vale. — Argentorati in aedibus Matthiae Schurerii, mense Augusto. 1511. Conrado Duntzenhemio II. Dictatore Argentorat. Regnante Caesare Maximiliano Pio Foelici. Aug. in 4.

Opusculum, cum in Angliam proficisceretur, ab se compositum fatetur in dedicatione ad Thomam Morum : *superioribus diebus*, inquit, *cum me ex Italia in Angliam reciperem &c.* In fine : *Vale disertissime More, & Moriam tuam gnaviter defende. Ex rure, quinto Idus Junias.*

———— Idem opus. Basileae apud Joan. Frobenium. 1515. in 4.

Præfatur Beatus Rhenanus ad Thomam Rappium Durlacensem III. Cal. April. ejusdem anni. Ex hoc *Dato*, qui Aldinam editionem anni 1515. possident, facile conjecturam capient, utra prior edita sit. Nostra habet adjuncta opuscula: Ludum Annæi Senecæ: de morte Claudii Cæsaris: Synesium Cyrenensem de laudibus calvitii, & Erasmi epistolam apologeticam ad Martinum Dorpium.

ERASMI (Des.) Epigrammata. Basileæ apud eundem. 1518. in 4.

Conjuncta sunt cum Utopia & epigrammatibus Thomæ Mori.

——— Auctarium selectarum aliquot epistolarum ad eruditos, & horum ad illum. Basil. apud eundem. 1518. in 4.

Rhenanus in epistola ad Michael. Humelbergium Ravenspurgensem fatetur, se has Erasmo sublegisse, & illo imprudente vulgasse.

——— Selectæ aliquot epistolæ, nunquam antehac vulgatæ. Basil. apud Joan. Hervagium, & Hieron. Frobenium. 1528. in 4. M.

——— Epistolæ aliquot selectæ de rebus cognitu dignis, quarum nulla fuit antehac excusa typis. Basil. apud Hieron. Frobenium, & Nicolaum Episcopium. 1534. in 4. M.

——— De recta latini, græcique sermonis pronunciatione dialogus: Ejusd. dialogus, cui titulus, *Ciceronianus*: sive de optimo genere dicendi, cum aliis non nullis. His accessere: *Jacobi*

Collectanea

ERASMI (Def.) Collectanea adagiorum veterum ex secunda recognitione. Argentoraci stamneis (sic) calamis exscripta sunt in officina Matthiæ Schürerii Helveten. Artium Doctoris. Mense Julio. An. a Christo nato. 1509. in 4.

——— Odarum spiritualium Liber. Argentorati ex ædibus Schurerii. Mense Martio. 1513. in 4.

——— Concio de puero Jesu, a puero in schola Coletica nuper Londini instituta, pronuncianda. in 4. plagular. 12. sine l. & anno.

Addita sunt carmina de puero Jesu ad scholam eandem pertinentia. Præfatio Erasmi ad Cæsarem est *ex Lovanio*: qui locus probabiliter editionis fuerit, ut virgo genibus nixa, & d. Leonem Lovaniensem tenens, in opusculi fronte expressa videtur indicare, cui versus hi subscripti sunt.

Me Caius exstruxit Cæsar dominator in orbe:
Blandunum est Helicon: vocor hinc bene Virgo
Caiana.

Nisi quis forte putet, Blandini non longe Gandavo apud Benedictinos libellum prodiisse, quorum coenobium monti cognomini insidet.

——— De ratione studii, ac legendi, interpretandique Authores opusculum. in 4. folior. 4.

Eadem Virginis, quæ prius, icon in fronte visitur: versus solum mutati sunt.

Caius me extruxit Cæsar dominator in orbe:
Hinc virgo Caiana vocor: Blandunum Helicon est.

Dicat opusculum Guilielmo Waramo Cantuariensium archiepiscopo. Datum est, *Londini IX. Cal. Febr.* subjungit ad eundem in Anglorum laudem trimetrum jambicum, cujus hic finis.

Quod si bonis clementer ingeniis tuæ
Benignitatis blandus aspiret favor
Ita, ut facit, tota statim Britannia
Vates videbis exoriri candidos,
Adeo canoros, atque vocaleis, uti
In alta fundant astra Cygnæum melos,
Quod ipsa & ætas posterorum exaudiat.

Lis inter utrumque orta est ex versu Ps. 8. *minuisti eum paulo minus ab angelis*: quem Divus Paulus in ep. ad Hebr. cap. 2. Christo accommodat: Fabro stante pro textu Hebræo; qui habet *a Deo*: versionem LXX. quæ exprimit, *ab angelis*: rejiciente: Erasmo contra neutrum probante, & vim vocis referente ad temporis modum, quo Christus versatus est in terris. Litigationem hanc viri docti complures ægre tulerunt, in primis Budæus: *scio, inquit, quod sit hominum de vobis judicium, sed necesse non habeo, meum interponere. - - Nollem hanc controversiam*

inter vos esse ortam &c. Erasmus tamen in prolixa admodum epistola ad Budæum ex Turego Helvetiorum anno 1517. data, testatur, se ingratiis suis in hoc certamen descendisse.

ERASMI (Des.) De libero arbitrio Diatribe, sive collatio Des. Erasmi Rot. Primum legito, deinde judicato. Basil. apud Frobenium. 1524. in 8.

——— Spongia adversus aspergines Hutteni. Basil. apud eundem. 1523. in 8.

Inscribit opus satis spissum *eruditissimo Ulricho Zwinglio, apud inclytam Helvetiorum civitatem Thurregium Concionatori.*

——— Modus orandi Deum, opus nunc primum & natum, & excusum typis. 1525. in 8. Sine l.

Dicat opusculum clarissimo Poloniæ Baroni *Hieronimo de Lasko*, in Lithuania Palatino Siradiensi.

——— Detectio præstigiarum cujusdam libelli Germanice scripti ficto authoris titulo, cum hac inscriptione: *Erasmi & Lutheri opiniones de cœna Domini.* Basil. apud Frobenium. 1526. in 8.

——— Ecclesiastæ; sive de ratione concionandi Libri IV. Opus recens, nec antehac a quoquam excusum. ibid. ex officina Frobeniana. 1535. in fol.

Possessor exemplaris nostri erat olim *Ladislaus Baro de Reva.*

ERASMI (Des.) Institutio Principis Christiani, saluberrimis referta præceptis, ab eodem recognita, cum aliis non nullis eodem pertinentibus. Basileæ apud Joan. Frobenium mense Junio. 1519. in 4.

Quantum Carolus V. litteris deferret, hinc liquere puto, quod Erasmum inter suos Consiliarios retulerit. Ita enim præfationem inscribit : *Cl. Viro D. Joanni Sylvagio regis Catholici Caroli Cancellario summo, Erasmus Roterodamus inter ejusdem regis consiliarios minimus*. Adduntur huic Institutioni, præcepta Isocratis de regno administrando ad Nicoclem eodem Erasmo interprete : Panegyricus gratulatorius ejusd. de felici ex Hispania reditu ad illustriss. Principem Philippum Maximiliani filium : Libellus Plutarchi de discrimine adulatoris & amici ad sereniss. Henricum VIII. Angliæ regem : ejusd. Plutarchi libellus, quo pacto quis efficiat, ut ex inimicis capiat utilitatem : ejusdem ; in Principe requiri doctrinam, &, cum Principibus maxime philosophum debere disputare, omnia ex Erasmi interpretatione.

ERIZZO (Sebast.) Discorso sopra le medaglie antiche, con la particolar dichiaratione di molti riversi, nuovamente mandato in luce. Con privilegio dell' Illustrissimo Senato Veneto per anni X. In Venetia nella Bottega Valgrisiana. 1559. in 8.

Editio elegantissima, & ut titulus præfert, *omnium prima, itaque valde rara*. Hieronymus Ruscillius eam dedicat Sigismundo Augusto regi Poloniæ, epistola nuncupatoria Venetiis die 4. Martii eodem anno

data. Commentarius in rem nummariam usque ad pag. 112. pertinet; inde ad pag. 469. Declarationes. Tractatus de nummis Consularibus serius postea adjici solebat: itaque hujus absentia certum vetustatis critirion esse potest.

ERYTHRAEI (Nicolai) Index in totum Virgilium. Venetiis apud Joannem Sabium. 1538. in 8.

Bauerus ex catalogo bibliothecæ Feverlinianæ editionem hanc *raris* adnumerat.

ESZTERHÁZY (Pauli) regni Hungariæ Palatini; totius orbis Thaumaturgæ Icones B. Virginis Mariæ, cum brevi singularum enarratione. Hungarice. Tirnaviæ 1690. in 4.

Possidemus aliud item exemplar in fol. incerto anno editum, & sine iconibus. *Utrumque opus etiam apud nos infrequens.*

——— Speculum immaculatum, quo demonstratur ex probatissimis authoribus, beatissimam Virginem Mariam, sine labe originali esse conceptam. Authore Paulo Sac. Rom. Imp. Principe Estoras de Galanta, regni Hungariæ Palatino. Vien. Austr. typis Leopoldi Voigt. 1698. in 4.

Jam alter hic ex primi subsellii optimatibus apud nos est, qui litteris inclaruerit: deinceps Forgacsios, Illyeshazios, Nadasdios, Petheos, Perenios, & Zrinios recensebimus, quod non potest non esse Hungariæ quam honorificentissimum.

ansbelmi tradidit. vir magisterio preditus insolente. Studii vero quod reliquum erat exercitationisve donare non potuit. Adipisceris autem si rationes preceptionis diligentia imitaberis usus frequentioris. Vale. 1505. in 4. cum titulo folior. 18. *Maittairio ignota editio*, & *perrara*.

Præmittuntur *Sebastiani Brant*, & *Jodoci* Galli Rubeaquensis hexasticha; hujus item distichon. *Georgii Relmisii* Anipimii tetrastichon; qui postremus etiam præfationem adjecit, ex qua hæc excerpo: *Igitur per imagines variis insignitas rebus, & quidem placitura simulacra, quemadmodum speramus, tibi congessimus, quo memoriam hujuscemodi formis evibrares: quas certis venuste prorsus effigiatas, uti meliores posse fieri censere nequeas. Rogamus ob id, eas jacere, atque sordere non sinas. In hoc enim animum nostrum attendimus, ut neutiquam displicerent facies ille. Lineamentis opera atque labore nostro illustres. Appensis cujusdam Petri Rosenheim numeris, monasterii Mellicensis quondam monachi alphabetica serie per capita coherentibus: dimissa, neglectaque K. littera consulto: cujus spacium J. consona suplet: neglectis quoque tribus novissimis X. Y. Z. que ad rem non pertinebant.* Operis oeconomia hæc est. Author singulis Evangelistis suas imagines, quibus discerni solent, tribuit: Joanni Aquilam cum epigrammate.

Prima viden aquile facies. Sed imago Joannis
Hec docet immensi que genitura Dei.

Huic secunda, & tertia subjicitur adjectis hieroglyphicis figuris, præcipua mysteria evangelii Joannis exprimentibus, quem morem in ceteris quoque Evangelistis observat. Matthæo Angelum: Inscriptio:

Enumerat Mattheus priscos per sæcula reges
Esse hominem monstrans de genitrice Deum.

Istius Evangelium quinque imaginibus explicatur. Marco tribuit Leonem.

Intonat horribilis Leo per deserta ferarum
Marcus: dum rectas monstrat inire vias.

Huic tres solum icones ad explicanda evangelii præcipua capita tribuuntur. Lucæ, ut mos est, bovem associat.

Victima si quondam hec fuit, & Jovis ille sacerdos,
Hanc igitur Lucæ pingimus effigiem.

Cum quatuor tabulis, & totidem imaginibus. D. Clement hujus, quam inter perraras locat, & aliarum duarum editionum meminit, nempe annorum 1502. & 1510. postrema hæc in nostra Bibliotheca quoque exstat.

EVANGELIUM Secundum Matthæum in lingva Hebraica cum versione Latina, atque succinctis annotationibus *Sebast. Munsteri.* Basil. apud Henricum Petrum. 1537. mense Februario, qui est annus mundi juxta Judæorum supputationem 5297. & mense Adar. in fol. *Liber raro obvius.*

——— Nicodemi, domini nostri Ihesu Christi discipuli, de ejusdem Passione. In lege & prophetis fundatum, ex antiquissimis libris extractum, bene correctum, & noviter impressum. in 4. Sine anni & loci nota; folior. 10.

Ex litterarum forma videtur libellus sub initia seculi XVI. prodiisse. Ejus initium hujus tenoris est. *Factum est autem anno decimo nono imperii Tiberii Cesaris: tempore Herodis filii Herodis regis galilee:*

octavo Kalendas Aprilis, quod est vigesima prima die mensis Martii, consulatus filii Nestionis anno quarto. Sub ducentesima Olimpiade: & principatu judeorum Anne, & Caiphe: post crucem & passionem domini nostri Jhesu Christi. Historiatus est Nycodemus acta Salvatoris ad principes Sacerdotum & reliquos judeorum literis hebraicis. Theodosius autem magnus imperator fecit ea transferri de Hebreo in Latinum &c. Finis ita habet: *post passionem ejus* (Christi) *nos principes Sacerdotum, & seniores plebis judeorum admirantes signa, que per eum fiebant, confestim aperuimus bibliothecam istam, cum magna sollicitudine, & ingenti labore, ac summa diligentia, multum attente exquirentes omnes generationes ab Adam usque ad generationem Joseph & Marie; & invenimus generationem Joseph, & Marie matris Jhesu Christi ex semine David esse; computantesque invenimus omnia, que fecit Dominus Deus: quando fecit celum & terram, & primum hominem omnium hominum patrem Adam &c.* Hæc pro specimine libuit afferre.

De EUCHARISTIAE Sacramento habita Disputatio in celeberrima Universitate *Oxoniensi* in Anglia. Tiguri apud Andr. Gesnerum. 1557. in 8.

Disputatores fuere; *Petrus Martyr*, & *Gulielmus Treshamus:* arbitri vero, *Henricus* Lincolniensis episcopus; *Richardus Coxus* Universitatis Oxoniensis Cancellarius; *Simon Haynes* Decanus Oxoniensis; *Richardus Morinus* Armiger, & *Christoph. Neuynsonius*, Ju. C. Doctor. *Editio apud nos perrara.*

EUCLIDIS Megarensis preclarissimum opus Elementorum; una cum Commentis *Campani* perspicaSSimi in artem Geometriam incipit felici-

sas calumnias, errores, ac mendacia *Isaaci Casauboni*, quas in exercitationibus suis infercit, in SS. Patres, scriptores vetustos, & totam Ecclesiæ antiquitatem. Libris II. comprehensa. ibid. apud eund. 1617. in 4. *Liber rarus.*

EVISCERATIO mendacissimæ nugacitatis *Austriacam Austeritatem* somniantis: ostendens, in Austriacis clementiam pro austeritate. Sed minoribus quibusque nugis prætermissis, crassiora dumtaxat scommata deterguntur. Tandemque Salomone teste Prov. 25. 17. MaIestatIs VesanVs sCrVtator DeLebItVr. (1673.) in 12. Sine loco.

Occasionem huic scripto præbuit famosus libellus 7. plagularum in 4. sine loci indicio editus, stilo, ut aiunt, Lapidari exaratus, hoc titulo: *Austriaca Austeritas:* quo nihil virulentius excogitari potuit. Itaque ut in vulgus spargi coepit, regis, & regni jussu undique conquisitus palam igni exustus est, nulla rei litterariæ jactura, & magno fidei in Principem bono.

EURIPIDIS Tragici Poetæ nobilissimi Hecuba. Latine facta *Erasmo Roterodamo* interprete. De quibus Ascensius:

Loqui Latine nesciebat antea
Tragoediarum scriptor excultissimus;
Qui nunc Camænis eloquens Erasmicis
Varronianæ certat Eloquentiæ.

Sine loco & anno. in 4. M. Forte sit annus 1506. Nam hoc quidem anno se Hecubam Cantuariensi, archiepiscopo exhibuisse fatetur in epistola ad Petrum Cracoviensem Antistitem. *Editio rara.*

merius, demum & *Joannes Multivallis* complura, quae ad haec usque tempora subsecuta sunt, adjecere. Henricus Stephanus. — Absolutum est in alma Parisiorum Academia hoc Eusebii Caesariensis de temporibus Chronicon, cum nonnullis additionibus huic operi non parum accommodis per Henricum Stephanum in formularia litterarum arte opificem, illius maxima cura, & diligentia, nec non ejusdem, & Jodoci Badii in hoc opere sociorum parvis expensis. Anno ab incarnatione domini cuncta gubernantis. 1512. Idibus vero Junii. in 4.

Clement hujus editionis meminit Tom. VIII. pag. 172. eamque tertiam ordine & inter *parum communes* locat: Bauer contra editionem anni 1518. eodem titulo exscriptam *perraris* accenset. Nostri exemplaris typus nigro, & rubro colore sine certa lege varius est, & lineis intercalaribus interceptus. Praemittit carmen Multivallis, director, & recognitor hujus operis, qui in fine epistolam quoque ad lectorem exhibet, cui decastichon subjungit Michael Pontanus.

EUSEBII Pamphili Caesariensis episcopi Chronicon interprete Divo Hieronymo. &c. Basil. excudebat Henricus Petrus. Mense Martio. 1528. in fol. *Editio rara.*

———— Habes optime lector Chronicon, opus felicissime renatum, infinitis membris emendatis, exactiusque conformatis, & adjectis multis, quibus antehac caruerat, annis perfectum &c.

Non autem duximus vulgares quosvis inferendos autores, sed eos duntaxat, qui extra aleam jure eruditionis a doctis habentur, nempe: Eusebium Pamphilum Cæsariensem D. Hieronymo interprete. D. Hieronymum Presbyterum. Prosperum Aquitanicum: Marcum Aurel. Cassiodorum Patricium Rom. Hermannum Contractum Comitem Veringen. Matthæum Palmerium Florentinum: Matthiam Palmerium Pisanum: eruditissimos & alios duos viros, qui res gestas ad tempora usque nostra extenderunt. Basil. excudebat Henricus Petrus mense Martio. 1536. in fol. M. *Liber rarus.*

Quamquam autem typographus emendandis erroribus in hac editione sedulam operam se impendisse fateatur, vitare tamen non potuit, quin in folior. coordinatione aliquoties lapsus sit. Nam post 154. sequitur confestim 208. & post 221. subditur 155.

EUSEBII Historia Ecclesiastica &c. Basileæ ex officina Frobeniana. 1522. in fol. *Editio non passim obvia, & Maittairio non memorata.*

——————— Historiæ Ecclesiasticæ Libb. IX. Ruffino interprete. Ruffini presbyteri Aquileiensis Libb. II. recogniti ad antiqua exemplaria Latina per Beatum Rhenanum. Item ex Theodorito Cyrensi, Sozomeno, & Socrate Constantinopolitano Libb. XII. versi ab Epiphanio Scholastico, abbreviati per Cassiodorum Senatorem: unde illis *Tripartitæ Historiæ* vocabulum. Emendati, & hi multis locis. Additis passim græcis epistolis pleris-

que ſynodorum, ac Impp. e tomis Theodoriti &c. Baſileæ. 1528. in fol. *Liber parum communis.*

Ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας Ευσεβιου του παμφιλου βιβλία ί. τοῦ ἀυτοῦ ἐις βίον τοῦ μακαρίου Κωνσαντίνου βασιλέως λογοι έ. &c. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ - - Libri X. Ejusd. de vita Conſtantini Libb. V. Socratis libri VII. Theodoriti Epiſcopi Cyrenſis libb. V. Collectaneorum ex hiſtoria Eccleſiaſtica Theodori Lectoris libb. II. Hermii Sozomeni libb. VI. βασιλεῖ τ' αγαθῷ κρατερῷ τ' ἀικμητῇ. Lutetiæ Pariſiorum ex offic. Roberti Stephani Typographi regii, regiis typis. 1544. cum privilegio regis. — Excudebat Robertus Stephanus Typographus regius Lutetiæ Pariſiorum anno 1544. pridie cal. Julii. in fol. *Elegans*, *&* *perquam rara editio.*

——————— De demonſtratione Evangelica libb. X. & de præparatione Evangelica libri XV. græce. Lutetiæ Pariſiorum ex officina Roberti Stephani. 1545. in fol.

Libri XV. de præparatione Evangelica priore etiam anno græce Pariſiis ex offic. Roberti prodierant: hoc autem anno conjuncti cum demonſtratione Evangelica, ut catalogus Collegii Neoſolienſis a viro docto, & græcæ lingvæ gnariſſimo optime confectus teſtatur. Quo magis miror, editionem hanc *Maittairio*, præteritam eſſe niſi forte annus in *præparatione* omiſſus ſit.

——————— De Evangelica præparatione a Georgio Trapezuntio e græco in latinum traductus: opus cuique fideli non ſolum utile, verum etiam

num Veronensem e græco translata. Lugduni apud hæredes Iuntæ. 1556. in 8. Constat II. Partibus, quarum quælibet suos *Titulos* habet : prima censet XI. altera XXIV. *Editio rara.*

EXCEPTIONES Legum Romanorum cum tractatu actionum, earundemque longinquitate. — Impressum per Johannem Schott. in inclita civitate Argentina. 1500. feria quarta post festum omnium sanctorum. in 4. *Liber prorsus infrequens, & Maittairio non notus.*

EXEMPLUM Protestationis, qua Cæs. Maiestas usa est apud Rom. Pont. Collegiumque Card. & Legatos regum, atque Principum, atque alios complures Viros, tum Ecclesiastica, tum seculari dignitate insignes. Item de clade *Turcorum* a *Sofi* accepta, & de *Persarum* præsenti imperio quædam scitu jucunda. Item de recenti *Aetnæ* incendio. Omnia ex Italico in Latinum transcripta. 1536. in 4. Sine loco. M. *Libellus parum communis.*

———— Reconciliationis cum Hungaris factæ 23. Junii anno 1606. Cui accedit sacrum votum Paci, *Abrahami Gastonis &c.* hujus reconciliationis adjuncti Legati : nec non conditiones pacis Turcicæ. Pragæ Typis Othmarianis. in 4. Sine anno. M. *Scriptum haud facile in Hungaria obvium.*

- - zugetragen: Alles aus über schicktenn glaubwürdigen schreiben - - bescrieben. 1633. in 4. sine loco. M. *Liber raro obvius.*

EYB (Alberti de:) Margarita poetarum. Oratorum omnium poetarum: hystoricorum: ac philosophorum elegantes (sic) dicta: per clarissimum virum *Albertum de Eiib* in unum collecta faeliciter incipiunt. — Summa oratorum omnium poetarum: historicorum: ac philosophorum autoritates in unum collectæ per clarissimum virum Albertum de Eyb, utriusque juris doctorem eximium: quæ Margarita poetica dicitur, foeliciter finem adepta est. M. CCCCCII. (1502.) die VII. Septembris. in fol. sine loci nota, folior. cum duplici ad calcem indice, & præfat. 173.

Editionem esse *perquam raram* silentium *Maittairii*, & D. Clement, qui plures recenset, mihi fidem præstat. Prima 8. folia numeris Romanis, cetera Arabicis, indicantur: in his errorem irrepsisse typographus post indicem monet. Nam 77. bis positus est: primum recte; deinde post 80. in quinternione L. a 74. ad 80. Author opus dicat Joanni episcopo Monasteriensi. Hoc dedicationis initium est. *Albertus de Eiib juris utriusque doctor, sanctissimi domini nostri Pii Papæ II. Cubicularius: Bambergensis, & Eiistiten. ecclesiarum canonicus.. Reverendissimo in Christo patri: & domino domino Joanni dei gratia episcopo Monasteriensi. Comiti Palatino Rheni: ac Bavariæ duci illustrissimo s. p. d. & presens dedicat opus. Optasti sæpenumero - - ut, si quando mihi adesset ocium, non nullas artis rhetoricæ præceptiones: diversas clausularum variationes: ac plurimas tam Ora-*

torum, quam poetarum: ac hystoricorum autoritates diversis in voluminibus sparsas - - deligerem consonantiam &c. Quare non male existimant, qui operi titulum *Lexici* malunt, quam *Margaritæ poeticæ* inditum esse. Cur vero Author postremum elegerit, inter ceteras, hanc quoque rationem, in dedicatione reddit: *Nunc hoc unum princeps clæmentissime: æquo fer animo velim: ut meum huic sit operi consecrare nomen Margarita poetica: haud abs re opus clarissimum tibi nomen sume: tum a genetrice mea dignissima: domina Margarita de ivolmersnausen: foemina quidem clarissima: a qua tamquam magistra optima: litterarum prima hausi elementa. &c.* Condonandum igitur Authoris in parentem amori est, si titulum libro non respondentem indiderit. Ceterum illud: *de ivolmersnausen*, Clement videtur recte restituisse: *de wolmershusen.*

EYSENGREIN (Guilielmi,) Catalogus testium veritatis locupletissimus, omnium orthodoxæ Matris Ecclesiæ Doctorum, exstantium, & non exstantium, publicatorum, & in Bibliothecis latentium, qui adulterina Ecclesiæ dogmata, impuram, impudentem, & impiam hæresium vaniloquentiam, in hunc usque diem firmissimis demonstrationum rationibus impugnarunt, variaque scriptorum monumenta reliquerunt. Dilingæ 1565. in 4.

Liber ut quidam volunt, *albis corvis rarior.* Non video autem, cur aliqui de causa suscepti ab authore operis dubitent, cum is Catalogum hunc Flacciano, qui anno 1556. prodierat, se opposuisse disertis verbis in præfatione fateatur. „ Cum itaque, *ait*, Ca„ talogus testium veritatis, quem vocat, qui ante

„ nostram ætatem Pontifici Romano, ejusque errori-
„ bus reclamarunt, authore Mathia Flaccio Illyrico
„ in lucem prodierit, qui passim apud doctos pari-
„ ter atque indoctos, &, proh dolor! inter manus
„ omnium, vel ipsius vulgi versatur, nec ego osci-
„ tanter ipsum evolverim, intellexi, a veritatis scopo
„ Illyricum penitus deflectere, & evagari, ut inter
„ scribendum non solum privatis affectibus, seu simul-
„ tate quadam laborasse, quin etiam imponere, &
„ calumniari. In votis itaque erat, cupiens Reipub.
„ Christianæ prodesse, & gratificari, per præsentem
„ hunc nostrum ingenii foetum respondere &c.„

EYZINGERI (Michaelis) Austriaci, Thesaurus Principum hæc ætate in Europa viventium: quo progenitores eorum tam paterni, quam materni simul, ac fratres, & sorores inde ab origine reconduntur, usque ad annum a Christo nato 1590. Libellus Historiarum studiosis non minus utilis, quam cognitu necessarius. Coloniæ apud Godefrid. Kempensem. 1590. in 8. M.

Catalogus biblioth Salthenianæ apud Bauerum editionem Coloniensem anni 1592. a *raritate* commendat.

——————— Niderländische Beschreibung in Hochteutsch, und Historischer weis gestelt, auff den Belgischen Löwen der XVII. Provintzen des gantzen Niderlandts, was sich darinnen zugetragen hat, vom Jahr 1559. bis auff gegenwärtiges 1584. Jar. Coloniæ apud Gerardum Kempensem. 1584. in 4. M.

lario Bohemico, Exconsiliario Heidelbergensi &c. instructæ.

Calvinistarum non possunt mille lituræ
Emendare libros: una litura potest.

Brugghovii typis Victoris Hausreich. 1623. in 4.

Liber *infrequens*, & Cancellariæ Hispanicæ, quæ anno 1622. Freistadii prodiit, oppositus. Et authoris, & loci, & typographi nomina videntur supposita esse.

FABRI (Jacobi) Stapulensis, commentarii initiatorii in quatuor Evangelia. In Evangelium secundum Matthæum. In Evangelium secundum Marcum. In Evangelium secundum Lucam. In Evangelium secundum Joannem. — Basileæ ex ædibus Andreæ Cratandri, Mense Martio, anno 1523. in fol.

Liber testimonio quatuor præstantium catalogorum apud Clement *perrarus*.

———— Commentaria in epistolas Catholicas. Antverpiæ. 1540. in 8. *Editio parum communis.*

———— Joannis, ad serenissimum Principem Ferdinandum Archiducem Austriæ, Moscovitarum juxta mare glaciale Religio. Basil. apud Joannem Bebelium. 1526. in 4. M. *Libellus rarus, & Maittairio ignotus.*

Possedit hunc olim Philippus Gundelius, qui ad calcem distichon adscripsit ut non maximi acuminis, ita se, & Fabro indignum.

Visne, tibi dicam, quis sis? volo: moribus ater,
Plumbeus ingenio, crassus es arte faber.

Phil. Gundelig.

FABRI (Joan.) Oratio de origine, potentia, ac tyranide Thurcarum ad sereniss. & potentiss. Henricum Angliæ, & Franciæ regem &c. ejus nominis VIII. dicta Londini. in 4. sine l. & a. M.

Datum epistolæ nuncupatoriæ ad Bernardum episcopum Tridentinum est, *ex Vienna XVI. Martii anno M. D. XXVIII.* Typus est citra omne dubium Singrenianus, itaque Viennensis. Dixit orationem, dum oratoris munere jussu Ferdinandi regis apud Henricum fungeretur, suppetiasque adversum Turcas peteret, usus exemplo regum Angliæ, qui olim maritimo itinere in Palæstinam contra eosdem hostes profecti erant.

———— Sermones aliquot salubres adversus nepharios, & impios anabaptistas habiti apud Moravos in conventu Znoimensi, mense Aprili anno Domini M. D. XXVIII. Viennæ ex proelo Joan. Singrenii. 1528. in 4.

Quis, quantusve fuerit Faber in tuenda religione Catholica satis sermones hi, aliaque opuscula polemica testantur. Ex his collectionem Lipsiensem anni 1538. in fol. apud Nicolaum Wolrab, & Coloniensem anni 1539. apud Petrum Quentel, itidem in fol. possidemus, nec dubium est, quin horum intuitu Cathedram Viennensem adeptus fuerit.

FABRI (Joannis) episcopi Viennensis sermones consolatorii, habiti ad plebem ejus, ac Christi milites, super immanissimi Turcorum tyranni altera imminenti obsidione, inclytæ urbis Viennensis anno a nato Jesu. M. D. XXXII. — Impressum & finitum Viennæ Pannoniæ superioris per Joann. Singrenium ultima die mensis Septembris. Quo serenissimus ac invictissimus Cæsar Carolus, hujus nominis V. ac gloriosissimus Romanorum, Hungariæ, Bohemiæque &c. rex Ferdinandus, cum potentissimo Germanorum, Hispanorum, Italorum, Hungarorum, Bohemorum, atque aliarum nationum exercitu, intra & extra urbis Viennensis moenia in occursum truculentissimi Turcorum tyranni convenerant. Anno a Christo nato. 1532. in 4.

Editio nitida, & *rarior*, minus tamen, quam vellem, correcta, cujus causam episcopus in fine hanc reddit, quod frequentibus nunciis ad Ferdinandum vocatus editionem comprendinari necesse fuerit. Opus in XXXVII. sermones tributum dicat Bernardo tit. S. Stephani in Coelio monte Presb. Card. episcopo Tridentino, qui illum frustra, ne obsidioni, si quæ urbi circumdaretur, interesse vellet, hortatus fuit. Responsum, quod dederat, dignum Pastore animarum est. *Quum oculis animi mei* inquiebat, *Viennensis Dominici gregis mihi commissi pericula intuerer, rapiebar toto impetu, meumque diutius officium desiderari pati non potui: ferreus enim sim oportet, quum Turcorum tyrannum, lupum videam truculentissimum - - ovile mihi creditum obambulantem - - -, nisi arrepto pedo me illi objicerem &c.* tametsi

episcopatum, ut subjungit, *alias tenuem, & alieno ære oppressum, & Turcicis cladibus penitus afflictum, perditumque* obtinuisset.

FABRI (Joan.) ab Heylbrunn: von ankunfft und herkommen der Römischen Bischöff, von Petro bis auff Julium den III. und die Namen aller Cardinäl, so yetzund anno Domini 1550. bey leben seynd. Auch von des Römischen Reichs monarchey, und ordenlichen succession, oder Volgung der Römisch. Kaiser, von Julio Cæsare bis auff den grossmächtigsten Kaiser Karolum den V. Gedruckt zu Augspurg durch Philipp Vlhart in der Kirchgassen bey sant Vlrich. 1550. in 4.

Liber apud nos *non facile obvius.* Fuit author cathedralis Ecclesiæ Augustanæ a sacris concionibus, cujus complura opuscula, præsertim contra anabaptistas scripta in nostra bibliotheca exstant.

FABRICII (Andreæ,) Harmonia confessionis Augustanæ, doctrinæ Evangelicæ consensum declarans. Adjunctum est Caroli V. Cæsaris semper Augusti, potentissimorumque Imperii Christiani Principum, ac doctissimorum nostri seculi hominum de eadem confessione judicium. Omnia in unum veluti fascem comportata studio & opera Andreæ Fabricii Leodii, illustrissimorum Principum Alberti, & Ernesti ejus filii, Comitum Palatinorum Rheni, ac utriusque Bavariæ Ducum Consiliarii. Coloniæ apud Maternum Cholinum. 1573. cum gratia, & privilegio Cæs. Majest. ad decennium. in fol.

Hæc prima operis *perrari*, ac præstantis, quod aliqui *virulentum* amant dicere, editio est. Altera, quam etiam possidemus in duplici exemplo, anni 1587. ibid. apud eund. in fol. quæ priore auctior est. In catalogum Bauerianum error typi irrepsit, cum secundam editionem anno 1581. prodiisse memorat. Ceteros, etiam Catholicorum scriptorum errores, quos in recensiore hujus operis commisere, in primis vero Indicis Madritensis librorum prohibitorum, in quo author noster *Fabilius*, & *Leodiensis Lutheranus Theologus* dicitur, Clement Tom. VIII. pag. 227. &c. prolixe persequitur. Scriptoris nostri consilium, & operis oeconomiam ex præmonitione ejusdem ad lectorem optime quivis pernoscet. Ita enim isthic: „ observabis, nos universa, quæ hoc opere conjunximus, ad duo illa capita secernendæ veritatis a mendacio, de quibus in dedicatoria epistola egimus, retulisse. Siquidem ex illis clarissime demonstrari posse existimavimus, confessionem Augustanam non tam Dei, qui pacis, & unitatis auctor est, voluntate, quam diaboli, qui dissensionis, & mendacii parens est, malignitate in lucem prodiisse. Nam, ut ostenderemus, eos, qui confessionem illam profitentur, doctrinis variis abduci, primo loco confessionem ipsam, non mutilatam, non arrosam, non interpolatam, sed integram, sed de verbo ad verbum, ex prototypo, quod Carolo V. Cæs. fuit oblatum, descriptam collocamus: deinde varietates in ipso illo Evangelicorum fundamento ab anno 1530. ad an. 1540. per ipsos confessionis authores excogitatas ostendimus. Nec tamen hic æditiones omnes, quæ decennio illo in vulgus sunt sparsæ, examinamus; sed duntaxat illas, quæ certo ex ipsa Papatus Saxonici cathedra procurantibus ipsis factionis magistris prodierunt &c. „ Forte hinc operi nomen *virulenti* inditum fuerit.

FABRICII (Francisci) Marcodurani, M. Tullii Ciceronis historia per Consules descripta, & in annos LXIV. distincta. Ad illustrem Comitem a nova Aquila, & Moers. Editio secunda. Coloniæ apud Maternum Cholinum. 1570. in 8. M.

Datum epistolæ dedicatoriæ est, *Dusseldorpii Idibus Septembris* 1569. qui annus in supplemento Baueri non recte ad editionem traductus, nec forma 12. rite expressa est.

———— Georgii, antiquitatis aliquot monumenta insignia ex aere, marmoribus, membranisque veteribus descripta, atque collecta. Argentorati excudebat Blasius Fabricius. 1549. in 4. folior. 18. *Liber rarus.*

Pertinent autem hæc antiquitatis monumenta primum ad testamenta: *L. Cuspidii: Galli Favonii Jucundi: Sempronii Tucidani: M. Megonii: Grunnii Porcelli: Mimi* non nominati. Deinde ad libellos: *Aelii Cæsaris: Velii Fidii Jubentii: Imp. Vespasiani.* Hos consequuntur: *Formula contractus: lex ædificantium: Instrumentum de statuendis terminis.* Denique ad decreta: *Senatus & Pop. Romani: C. Julii Cæsaris: senatus & Pop. Romani: Turci Aproniani Præfecti urbis: Duumvirum.*

———— Roma: antiquitatum libb. II. ex aere, marmoribus, membranisve veteribus collecti. Itinerum liber I. Basileæ per Joannem Oporinum. 1560. in 8. *Liber infrequens, & priore auctior.*

FABRICII (Georg.) Poetarum veterum Ecclesiasticorum opera Christiana, & operum reliquiæ, atque fragmenta, cum ejusdem commentario. Basil. apud Joan. Oporinum. 1564. in 4.

Collectio, ut Bauer ex spicilegio Daniel. Gerdesii, & biblioth. Thomasiana affirmat, *longe rarissima.*

——— Joannis Dantiscani, specimen Arabicum, quo exhibentur aliquot scripta Arabica, partim in prosa, partim ligata oratione composita, jam primum in Germania edita, versione latina donata &c. Quibus accessit judicium de soluto dicendi genere Arabum proprio, ut & coronis de poesi Arabica, hactenus a nemine in Germania tradita. Rostochii typis hæredum Richelianorum. 1638. in 4. *Liber rarus.*

Scripta, quæ in eo exhibentur, sunt hæc: Dissertatio *El-Herir* in litteratura Arabica principis de fortunæ inconstantia; floruit author circa an. Chr. 450. *Abi-El-Ula* poetæ Syri carmen in laudem Principis *Sajdon.* Poetæ Aegyptii *Iben-Phered* carmen de amore Divino, & conjunctione Dei cum creaturis.

——— Theodori, des Landgraffen von Hessen Predicanten glaubliger Bericht, wie, und welcher gestalt die Widertäuffer inn Münster irn König erwelt, und was er zů Münster inn der Statt erfaren, und gehandelt hab. in 4. Sine l. & anno, folior. 10. cum titulo. M.

Editio *perrara*, nec scio, an cuiquam hactenus memorata sit. Forte hinc Joan. Fabricii Bolandi libri

ſoris theoremata de centro gravitatis partium circuli, & ellipſis. Antverpiæ ex officina Joannis Meurſii. 1632. in 4. *Liber parum communis.*

FALCO (Bened.) Deſcrittione de i luoghi antichi di Napoli, e del ſuo ameniſſimo Diſtretto. Per *Benedetto di Falco* Napolitano. In Napoli appreſſo Gio. Franceſco Sugganappo. in 8. Sine anni nota.

Dicat author opus *Leonardo Curtz* natione Germano, cui frater erat *Sebaſtianus*, militiam ſub Carolo V. Cæſ. cum hæc ederentur, profeſſus. Poſt dedicationem ſubjungitur carmen hoc titulo: *Sonetto al ſignor Leonardo Curtz Alemanno, Parthenio de gli incogniti di Napoli.* Opinor indicari eruditorum ſocietatem, in quam Leonardus adſcitus erat. Biblioth. Sarraziana, Bauero teſte, librum eodem titulo notat, & *raris* accenſet, qui ibid. an. 1580. prodierat. Noſtrum exemplar, ſi non fallor, videtur vetuſtius eſſe.

FASCICULUS temporum. — Cronica, que dicitur faſciculus temporum edita in alma univerſitate Colonie agrippine a quodam devoto cartuſienſi & impreſſa Venetiis ſingulari induſtria atque impenſa Georii (ſic) Walch almani anno domini 1479. Sixto quarto pontifice maximo finit feliciter. in fol.

Liber titulo caret, quem ex fine operis ſumſi. Univerſe, ſi 7. folior. tabulam in principio demas, conſtat ex 64. foliis in marginis medio numeris Arabicis notatis. Charta eſt ſatis nitida, typus, ut dicimus, Italicus, figuræ urbium celebriorum ligno inciſæ. Initium hoc eſt: *Tabula brevis, & utilis ſuper libello*

quodam qui dicitur fasciculus temporum: ubi invenitur punctus ante numerum est in primo latere: ubi vero post in secundo latere: incipit feliciter. Definit autem in anno Chr. 1474. Possessor libri prophetiam Sibillæ Erythreæ, ex libro, qui dicitur *faseographus* (sic) duobus postremis foliis, inscripsit. Editionem hanc *Maittaire* memorat, itaque locum illi tribuo inter *rarissimas.*

Fasciculus Opusculum utique omni statui. atque hominum gradui ad vitam exemplandam perutile. continens succincte progressum patrum ab initio mundi usque ad hoc nostrum tempus. cum actis notabiloribus eorundem. Quod devotus quidam Carthusien. ejus autor. i. fasciculum temporum nuncupavit Impressum per me Henricum quentel. Et admissum ab alma universitate Colonien. Explicit feliciter. sub anno domini. 1481. Deo. Gracias. in fol. maj.

Titulo caret, ut prior editio, foliorum est 62. Tabula in fine adnectitur folior. 6. & dimidii. Definit in eodem anno 1474. Ad annum 1457. verba de reperta typographia paulo aliter habent, quam Cl. Schelhornius ex binis editionibus Argentinensibus annorum 1487. & 1488. referat. Sic enim nostrum exemplar: *artifices mira celeritate subtiliores solito fiunt, & impressiones librorum multiplicantur in terra, ortum sue artis habentes in Maguntia:* postremam hanc pericopen de Moguntia editio anni 1479. non habet; quæ tamen argumento Schelhorniano nihil derogant. Si Trithemio credimus,* author *Fasciculi temporum* fuit *Wernerus Rolevinck de Laer*, patria Vestphalus, & monachus ordinis Carthusiensis. Hæc quoque editio *perquam rara* est, & soli *Maittairio* memorata,

nec

nec recte confunditur cum illa, quam Clement ex catalogo Uffenbachiano, & appendice catal. biblioth. Bunavianæ memorat.

FENESTELLA L. de Romanorum Magistratibus. Romæ apud Jacobum Mazochium. 1515. in 4.

Editionem hanc catalogus Collegii Sopronienfis memorat. Si annus rite est consignatus, *liber perrarus est*. Sed cum in eodem catalogo reperiam editiones annorum 1092. & 1405. tametsi non sit insolens a typographis id modi errores committi, valde dubito de scribentis catalogum accuratione.

——— De Ro. Magistratibus nitori tandem nativo restitutus, mille fluentibus ulceribus curatis, industria doctissimi Joannis Camertis Theol. Professoris, cum locorum omnium ob commune opti. litterarum incrementum annotationibus. *Albrici* de imaginibus deorum. Viennæ Austriæ ex ædibus Joannis Singrenii. 1523. in 4.

Editio nitida, nec *passim obvia*. Joachimus Vadianus in fine subjungit octastichon in criticos, & ardeliones illos, qui minus latinum stylum in Albrico volent carpere. Scripsi olim ad Cl. *Michael. Denisium*, exstare in biblioth. Collegii Posoniensis Fenestellam, Viennæ per Hieron. Vietorem an. 1516. editum. Id mea oscitantia factum est, qui annum, quem Laurent. Vallæ *adeps elegantiarum* refert, ad Fenestellam, huic opusculo junctum, male traduxeram. Meus proinde, non viri præstantis, mihique amicissimi, error est, quem me duce in Merkwürd. der. k. k. Garell. Bibliothek pag. 269. erravit. Hoc lectorem exterte monere non tam illius. quam mea, intererat.

tione castigata. Basileæ ex offic. Henricpetrina. 1576. in fol.

Editio, ut quibusdam videtur, ordine tertia, & *rara.* Dicat illam typographus *Principi Martino, Duci, & episcopo Vratislaviensi, Silesiæ Capitaneo.*

———— De triplici vita Libri III. Basileæ. 1529. in 8. *Libellus rarus.*

FIRMICI (Jul. Materni) junioris Siculi, V. C. ad Mavortium Lollianum, Astronomicon Libb. VIII. per Nicol. Prucknerum nuper ab innumeris mendis vindicati. His accesserunt *Cl. Ptolomæi* Pheludiensis Alexandrini ἀποτελεσμάτων, quod quadripartitum vocant, Libb. IV. De inerrantium stellarum significationibus Lib. I. Centiloquium ejusdem. Ex Arabibus, & Chaldæis. *Hermetis* vetustiss. astrologi centum aphoris. Lib. I. *Bethem* centiloquium. Ejusd. de horis Planetarum Liber alius. *Almanzoris* astrologi propositiones ad Saracenorum regem. *Zahelis* Arabis de electionibus Lib. I. *Messahalah* de ratione circuli, & stellarum, & qualiter in hoc seculo operentur. *Omar* de nativitatibus Libb. III. *Marci Manilii* Poetæ disertissimi Astronomicon Libb. V. Postremo *Othonis Brunsfelsii* de diffinitionibus & terminis astrologiæ Libellus Isagogicus. Basil. per Joan. Hervagium. 1551. in fol. *Liber rarus.*

FLACCI (Verrii) quæ extant: & Sex. Pompei *Festi* de verborum significatione Libb. XX.

cum vetusto Biblioth. Farnesianæ exemplari nuper edito collati. In eos Libros *Ant. Augustini* annotationes ex editione Veneta. *Jos. Scaligeri* castigationes recognitæ ex Parisiensi. *Ful. Ursini* notæ ex Romana. Apud Petrum Santandreanum. 1593. in 8. M. *Editio rara.*

FLACCII. (Matthiæ) Illyrici, breves summæ religionis Jesu Christi, & anti-Christi. Impressum Magdeburgæ. 1550. in 8.

Pleraque Illyrici scripta *raris* accensentur aut *non passim obviis*, quædam etiam *rarissimis.*

———— Catalogus testium veritatis, qui ante nostram ætatem reclamarunt Papæ. Cum præfatione Matthiæ Flaccii Illyrici. Basileæ per Mich. Mart. Stellam. 1556. in 8.

Editio *prima & rarissima.* Atque hic Catalogus ille est, qui, ut supra indicavi, occasionem *Eysengreinio* præbuit, ut Catalogum testium veritatis pro Ecclesia Catholica contexeret, Flacciano prorsus oppositum.

———— Disputatio de originali peccato, & libero arbitrio inter *Matthiam Flaccium* Illyricum, & *Victorinum Strigelium* publice Vinariæ per integram hebdomadam præsentibus illustriss. Saxoniæ Principibus anno MDLX. initio mensis Augusti habita. Anno 1562. in 4. Sine loco.

———— ΓΝΩΘΙ ΣΕΑΥΤΟΝ. De essentia originalis justitiæ, & injustitiæ, seu imaginis Dei, & contrariæ. Basil. per Petrum Pernam. 1568. in 8.

FLACCII (Mat.) De occasionibus vitandi errorem in essentia injustitiæ originalis. Item de eximia utilitate, summaque necessitate doctrinæ de essentia imaginis Dei, ac diaboli, justitiæque ac injustitiæ originalis. Nunc primum in lucem edita. Basil. per Petr. Pernam. 1569. in 8.

———— Defensio sanæ doctrinæ de originali justitia, ac injustitia, aut peccato. ibid. 1570. in 8.

FLAMINII (Marci Antonii,) paraphrasis in Psalmos. Basileæ. 1540. in 8.

Prodiit quinto post anno etiam Venetiis apud Aldi filios, ad Alexandrum Farnesium Cardinalem. Hæc *perraris* adnumeratur, a pluribus: Basileensis editionis anni 1540. præter Jacobum Le Long. Tom. II. pag. 716. & Mylium apud Clement Tom. VIII. pag. 365. nemo, quod sciam, alius meminit.

FLEISCHMAN (Peters,) von Puntzelvicz &c. Kurtze, und aigentliche beschreibung des zu Regenspurg in disem 94. Jar gehaltenen Reichstag, sambt einverleibten Kay. Hofstadts, und corrigirten Tittulars, auff der Kay: Mtt: und deren Erb Königreich und Landen, auch aus Steyr, Karndten, und Crain, hohe und nidere officir, Regiments Rath und diener, so wol was auff den Hungerischen, Windischen, und Crabatischen Gränitzen für Bischofen, Prelaten, Obristen, Hauptleuth, Rittmaister, und andere Beuelchhabere

verhanden, und wie sie mit Namen haissen: zugleich was die Churfürsten, und Fürsten, Gaistlich und Veltlich für statliche Fürsten, Grauen, Herrn, vom Adel und andere an ihren Höfen auff disem Reichstag bey sich gehabt &c. Gedruckt zu Regenspurg durch Andream Burger. 1594. in 4. M. *Liber rarus; & utilis.*

FLINSPACHII Chunmanni de Tabernis montanis, confirmatio chronologiæ, atque locorum difficilium, qui in tota computatione occurrunt, expositio, una cum conjecturis extremi judicii. Argentor. excudebat Wendelinus Rihelius. 1552. in 8. M.

Conjecturæ de extremo judicio afferuntur decem: has Caput ultimum excipit hac rubrica: *sextum millenarium non completum iri propter peccata mundi.* Author ut Bauerus ex Bunemanno ait, *creditur a Pontificiis veneno sublatus.* Sed cur id credatur, nihil causæ affertur.

FLORI (Lucii) Gestorum Romanorum epithoma. — Romanæ historiæ per L. Florum quam elegantissime in compendium redactæ. Mediolani apud Minutianum impressio finita. 1502. Id. Jan. in fol.

Conjunctus est cum Justino Historico: præfatur Philip. Beroaldus ad Petrum Mariam Rubeum Parmensem. Charta nitidissima, typis luculentus, nisi quod initiales litteræ desunt, & pictorem exspectant. Libri *perrari* possessor fuit Joannes Listius, ut hisce manu sua adnotatis indicat: *sum Joannis Listii, Imp. Fer-*

dinandi Aug. Secretarii Hungari. Hoc propterea memoro, ut, quæ de eodem Lillio ad articulum *Wire* quasi ex diverticulo dicentur, lucem accipiant.

FLORI (Lucii) Bellorum Romanorum libri quatuor ex vetustissimo exemplari novissime, ac diligenter recogniti.

Accipe gemiferum Florum studiosa juventus,
Quem genuit casto casta Minerva toro.

Igitur

Quis quis exemplar isthoc adulterinum dixeris, sacer esto. Impressum Viennæ Austriæ per Hieron. Vietorem, & Joan. Singrenium: sumptibus Leonardi, & Lucæ Alantsee fratrum, civium Viennensium. *Joanne Heckman*, artium doctore, ac Sacræ Theologiæ Licentiato, Gymnasii Viennen. Rectore, ac moderatore dignissimo. Anno 1511. X. Calend. Augusti. in 4.

Præfantur Leonardus & Lucas Alantsei ad *Franc. Sfortiam* Mediolanensium Ducem: in fine admonitionem ad studiosam juventutem adjiciunt Hieron. Vietor, & Joan. Singrenius.

——— Libri Historiarum quatuor a *Cuspiniano* castigati cum indice. Impressum Viennæ per Joannem Winter. 1511. XII. Kalen. Augusti in 4.

Itaque bis hoc anno Florus lucem Viennæ aspexit: apud Singrenium & typus, & charta nitidior est, quam in editione Winteriana. In hanc confestim post titulum præmittit octastichon Christoph. Crassius Helvetius.

Florus in Ausonios non ultimus autor honores,
Romanæque etiam buccina lata togæ,
Cultus adest: cultum venerare, & perlege lector,
Est brevis: est varius: mellifluusque simul.
Romuleas celebrat vires: magnosque triumphos,
Et domitos alio fortiter orbe duces.
Ulcera defricuit multo stillantia tabo
Phoebi & Castalidum Cuspinianus amor.

Indicem copiosum præcedunt epistola Cuspiniani ad Vadianum, & hujus ad illum elegia: tum *Petri Aperbacchi*, fors *Amerbachii* in Florum restitutum ode, & Stephani Taurini de eodem argumento elegi.

FLORI (Lucii) Bellorum Romanorum Epitomes Libri IV. *Joannis Camertis* Ord. Minor. Sacr. Litterarum Doct. in eosdem libros quatuor annotationum libellus. *Sexti Rufi* viri Consularis de tribus Romanorum imperandi generibus, deque Rom. Imp. accessione libellus, ejusd. *Camertis* opera illustratus. Impressum Viennæ Pannoniæ per Joan. Singrenium. 1518. in 4. M.

Editio hæc gemino titulo ornata est: ego secundum, qui post indicem est, exscripsi. Priorem excipit privilegium Maximiliani Imp. post hoc Jacobi Spiegellii tetrastichon in usum indicis. Alterum titulum sequitur Camertis epistola ad Guilelmum de Reichenbach Legum Doctorem, Equitem auratum, ac regium Consiliarium, prætorioque præfectum. Hæc, ut ad Florum attinent. Rufum illi conjunctum Camers inscribit ingenuo juveni Benedicto Bekényio Pannonio, amico, ac discipulo suo, qui non multo post regi Ludovico ab epistolis fuit. In calce operis

ante consignationem anni typographus, errorum, si qui irrepsissent, veniam flagitat.

Errores pauci fuerint si forte libello,
Errores paucos tollat amica manus.

Tres has editiones Viennenses vel ex hoc capite *rarioribus* insero, quod illarum nemo exterorum meminerit, & *Maittairius* in postrema recensenda etiam errarit, Basilea in loco Viennæ perperam substituta.

FLORILEGIUM diversorum epigrammatum græcorum in VII. libros distinctum, diligenti castigatione emendatum, cui non nulla nuper inventa epigrammata in fine adjecta sunt. Venet. apud Aldi filios. 1550. in 8. *Liber infrequens.*

De FLOROVANTIS (Octaviani,) D. Augustini Canonici Viridarium illustrium Poetarum. Hagenoiæ in ædibus Thom. Anshelmi Badensis. Mense Junii, anno 1517. Max. Æmiliano (sic) Pio imperante. in 8. *Editio rara.*

FLOYDI (Joan. Soc. J. Cantabrigensis) Monarchiæ Ecclesiasticæ ex scriptis M. *Antonii* de *Dominis* Ex archiepiscopi Spalatensis Demonstratio Libris II. comprehensa. Colon. apud Bernardum Gvalterum. 1622. in 8.

Editum est opus simulato nomine, *Fidelis Annosi Verementani.* Liber apud nos *non facile obvius.*

FOLIETAE (Uberti) de causis magnitudinis imperii Turcici, & virtutis, ac felicitatis Turcarum in bellis perpetuæ. Lipsiæ. 1594. in 8. M. *Liber infrequens.*

FONTANONUS (Dionyſ.) De morborum internorum curatione Libri IV., Lugduni. 1549. in 8.

Bauerus ex catalogo biblioth. Chriſtiani Thomaſii editionem anni 1550. *raris* adnumerat.

FONTIDONII (Petri,) pro Sacro & oecumenico Concilio Tridentino adverſus Jo. Fabricium Montanum, Oratio. Coloniæ apud Maternum Cholinum. 1563. in 8. *Editio perrara.*

FORCATULI (Steph.) Necyomantia Jurisperiti, ſive de occulta Juriſprudentia Dialogi. Wittebergæ. 1588. in 4. *Liber rarus.*

FORGÁTS (Michaelis) L. B. de Ghymes, Oratio de magnanimitate, regia virtute. Witteberga typis Zachariæ Cratonis. 1589. in 4. M. folior. 30.

Præmittunt in authoris commendationem varii generis carmina, *Albertus Voitus* Boruſſus; *Demetricus Kraccovius* Tranſſilvanus, & *Joan. Decʒius* Hungarus. *Opuſculum paucis ex noſtratibus viſum.*

FORLIVIENSIS (Jac.) in afforiſmos Ypocratis expoſitiones cum queſtionibus feliciter incipiunt. — Jacobi *Forlivienſis* in afforiſmos Ypocratis expoſitio, & queſtiones feliciter expliciunt penultimo Octobris. M. CCCC. LXXIII. in fol. max. ſine loco.

Typus nitidiſſimus Romanus minuſculus, cum paucis breviationibus, nullæ paginarum notæ, ſine ſignatura, & reclamantibus, charta ſpiſſa, & candida,

ſententiæ unico ſemper puncto ſecernuntur. Litteræ initiales pictùratæ, & prima linea capitum ac §§. majuſculis quadratis ubique exſcripta. *Liber rariſſimus.*

FORLIVIENSIS In primum Canonis Avicenne expoſitiones incipiunt. — Et hic eſt finis queſtionum, que reperiuntur diſputate ab egregio, ac famoſiſſimo artium, & medicine doctore magiſtro *Jacobo de Forlivio* ſuper primo canone Avic. in fol. max. Sine loco, & anno.

Typus perinde nitidus, ſed breviationibus confertiſſimus. Ex gemina coævæ manus inſcriptione, quæ operis fini ſubjungitur, annum editionis ſic ſatis probabiliter elicere poſſumus. Prima ſic habet: *IHC. Huc refer exitum* 1475. *Mgr. Joannes Tichtll ex grein medice artis baccalaurius*: altera: *finivi eam ordinarie legendo* 1486. *in vigilia viti : ante viti naſcitur mihi quartus filius Lucas Tichtll.* Prior annus videtur aquiſitionem libri notare: igtur aut eodem anno 1475. aut, priore editus fuerit. Ceterum *Tichtelius* hic Mathiæ Corvini regis poſt occupatam Viennam Medicus erat, qui obſeſſæ ab eodem urbis Diarium conſcripſit, cujus apographum poſſideo. Quòd ſi conjectura mea de anno editionis valet, dubium non eſt, librum inter *admodum raros* referendum eſſe.

———— Expoſitio in Avicenne canonem cum queſtionibus ejusdem, caſtigata quam diligentiſſime per Hieronymum Bompillum de Oleariis de Verona, artium medicineque doctorem. — Impreſſum Venetiis per Jacobum Pentium de Leucho: arte impenſa vero Juncte de Junctis Florentini. 1508. Ultimo Octobris. in fol. *Editio rara, & Maittairio ignota.*

Adhibitis XII. Mensibus XII. Apostolis, tutelis, rebus gestis, nec non figuris, ac fabulis ad rem facientibus, a suis tenebris ad lucem, id est, Christum reductis, opus sanè sic post natalem Domini a nullo antea scriptum, aut editum. Cum privilegio ad decennium. — Excussum Romæ apud M. Antonium Bladum Asulanum. S. D. N. Papæ, & Cameræ Apostolicæ Typographum. XV. Calen. Junii, 1547. in 4.

Opus *rarissimum*, & soli Gesnero, ac Königio, quod sciam, nec enim bibliographos Italiæ ad manum habeo, memoratum, ad imitationem Fastorum Ovidii carmine elego conscriptum est, sic tamen, ut castimoniæ religionis author apprime consuleret. Id solum, quod in epigrammate ad SS. Trinitatem ait: *Vos tres, tresque Dei, Cælum hos, vos continet orbis* viro docto excidisse, non fero æquanimiter, cum imperitis facile occasionem præbere possit, perperam de Divino hoc mysterio cogitandi. Sed, ævo illo, quo scribebat, alia erat ingeniorum, quam hodie, ratio, candor, & simplicitas. Operi præmittitur Calendarium, in quo dies celebriores, & diebus propriæ consvetudines adnotantur, quæ materiæ quasi quoddam sceleton sunt. Calendarium excipiunt versus authoris ad Lividum, tum Rhamnusiæ ultricis ad obtrectatorem minæ, denique Icon Fraccii. Quo Lector, cui liber nondum visus est, conjecturam de stylo Authoris, & argumenti oeconomia possit capere, initium, & finem transcribo.

Tempora sacra cano Latium renovata per annum,
  Summaque cum causis, imaque signa suis.
Sancte pater, cujus nutu pia quæque coluntur,
  Accipe lustratæ relligionis opus.

Perque altum da vela mihi, ventumque ministra,
Assvetus cymbæ tradere vela tuæ.
Vera hic sacra leges, concessaque munere Divum,
Thureque quo veniat quæque colenda dies:
Priscaque cognosces, distent quid numina nostris,
Aucta sit ut sacri ritibus ara novi.
Emendata etiam, non & mutata videbis
Cætera, cum signis quæ novus annus habet.
Scilicet inspicies prædicta patere figuris,
Mensibus & sanctas nominis esse notas. &c.

Epilogus ita habet:

Sanctum opus exactum est, jam non ego fata timebo,
Ut veniant; aliqua parte superstes ero.
Numina donec erunt, & euntia sydera, vivam;
Romaque qua toto rem tenet orbe, legar.

Liber olim ad Bibliothecam *Pauli Gregoriancz* episcopi Zagrabiensis pertinuit, qui illum, cum Romæ 1549. Legatus Cæsareus erat, sibi comparaverit: deinceps *Nicolai Olahi* factus, ut hujus manus fidem facit: *Rmo. D. Nicolao Olaho E. Agrien. Cancellario regni Hungariæ dono me dedit Rmus D. Paulus Epus Zagrabien.*

FRAGOSI (Joan.) Philippi II. Hispan. Regis, Medici, & Chirurgi, Aromatum, fructuum, & simplicium aliquot Medicamentorum ex India utraque & orientali, & Occidentali in Europam delatorum, historia brevis, utilis, & jucunda, conscripta primum Hispanice, nunc Latine edita, opera Israelis Spachii. Argentinæ excudebat Jodocus Martinus 1600. in 8. M. *Liber rarus.*

FRANCHINI (Joan.) Bibliosofia, e memorie litterarie di scrittori Francescani Conventuali, ch' hanno scritto dopo l' anno 1585. Raccolte da' F. *Gioanni Franchini* da' Modena dello stess' ordine, e da' esso dedicate al reverendissimo Padre Ministro generale di tutto l' ordine Francescano de' Minori Conventuali. In Modena per gli Eredi Soliani stampatori Duc. 1693. in 4.

Liber, ut Bauerus in supplem. vol. II. pag. 59. affirmat, *rarissimus*, quod illius *tantum XL. exemplaria*, teste Freytagio, impressa essent. At Freytagius editionis Lipsiæ an. 1750. pag. 346. diserte habet, *quadringenta* exempla typis excusa fuisse. Continet 318. Authorum biographiam, horumque scripta, præter auctarium, & auctarii supplementum, quod a pag. 577. ad 616. excurrit.

FRANCKEN (Sebastiani von Wörd,) Chronica zeytbuch, und Geschichtbibel von anbegyn bis in das gegenwertig M. D. XXXI. jar. Getruckt zu Strasburg durch Balthassar Bech, und vollendet am fünfften tag des Herbstmonats. Im jar 1531. in fol.

Authoris hujus scripta *rarissime* occurrere, scribit God. Arnoldus Hist. Ecclesiast. Part. II. libr. XVI. pag. 283. ut Vogt monet.

———— Von anbegyn bis in diss gegenwertig 1536. jar verlengt. Ulmæ apud Joan. Varnier. 1536. in fol.

Bauer editionem anni 1538. ſine loco ſolum indicat: noſtra, ut ex titulo videtur liquere, prima eſt: in fine additur: *Ende des Regiſters über die Coſmographey Sebaſtiani Franci &c.* Optima libri pars eſt ea, quæ de America agit, quod pleraque ex Chriſtophori Columbi, aliorumque, qui illum conſequebantur, diariis ſumta ſunt. Conſului illum, ut ſoleo, quid de Hungaria haberet, cum in locum incidi, qui de veſtium genere tractat. Virorum idem, qui hodie, amictus fuit. Matronarum autem etiam primi ordinis ita deſcribit. *Die Weiber gehen allerdings erber gar bedeckt; umb den Kopff gehuld, das man in nichts dann die augen und Naſs ſihet. Doch brauchen ſie ſich ſeer edels geſteyns und perlen. Der Weiber überſchlag und ſaum an den kleydern, und was vor dem mann herauſſſichtig iſt, dis iſt koſtlich geſchmuckt. Sie tragen ob allen kleydern eyn huſecken oder langen rock. - - - Haben ſeltzam ſchüch, oder ſtiefelen bede mann und weib, ſchier wie bundſchüch.*

terſchafft

terſchafft aus der H. Schrifft, ſo vor allen flaiſch unglaublich, und unwar ſind, doch wider der gantzen Velt wahn, und achtung gewis und war &c. in 8. ſine loco & anno.

FRANCKEN (Seb.) Die guldin Arch, darein der kern, unnd die beſten hauptſprüch der heyligen ſchrifft, alten Leerer und Vätter der Kirchen, auch der erleuchten Heyden, und Philoſophen &c. eingeleibt ſeind &c. Getruckt in der Keyſerl. Statt Augſpurg durch Heynrich Steyner, am XV. Tag Martii. 1538. in fol.

——— Sechshundert drey zehen Gebot und Verbot der Juden von derſelben Rabi aus dem groſſen Propheten Moſe zuſamen gezogen, mit einer gar kurtzen auslegung der Hebreiſchen Rabin, mit welch anhang und Zusätz ſy die Gebot Gottes haben zenicht gemacht &c. Getruckt und ins Deutſch pracht zu Ulm durch *Sebaſtian Francken*. Im 1537. Jar. in 4.

——— Ein Künſtliche höffiche Declamation, und hefftiger Wortkampf, Zanck, und Hader dreyer Brüder vor gericht &c. von *Philippo Berbaldo* in Latein geſtelt, yetzund verteutſcht. Auguſtæ per Henr. Stainer. 1539. in 4.

FRANCONII (Matthiæ,) Oratio ad clariſſimos Hungariæ Proceres, inter cætera ad commiſſionem Ill. Principis Electoris Do. Joachim Bran-

denburgensis &c. Sapient. 5. *Accipiet armaturam Zelus illius, & armabit creaturam ad ultionem inimicorum.* Accessit Hungariæ deploratio. in 4. Sine loco & an. M.

Opella *admodum rara* inscripta est, *spectabili & Magnifico D. Petro Petrowith de Swraklin, Comiti Themesiensi. Datum Cracoviæ a natali Christiano.* 1552. Forte hoc quoque anno, & Cracoviæ edita oratio est. Idem *Petrovithius* hic est, qui *Joannis Zapoliæ* cognatus erat, & *Isabellam* istius viduam contra pacta conventa in Transsilvaniam 1556. reduxit, usus Solymanni authoritate, & robore, quæ illius imperio obnoxia fuit, militiæ.

Contra FRANCORUM falsas litteras 1491. & 1492. pro defensione honoris serenissimi Romanorum regis semper Augusti. in fol. plagularum 4. sine loc.

Argumentum opusculo præbuit *Urbs Nanetensis* Gallorum insidiis intercepta. Authores fuere Maximiliani I. Cæsaris Consiliarii, qui in hæc verba subscribunt: *Hec sunt serenissime rex, semper Auguste, que pro vestre Sacre maiestatis honore servando contra falsas Gallorum litteras publicanda confecimus. Ejusdem vestre Serenissime majestatis humillimi subditi Servitores, ac patriarum ejus consiliarii.* Concluditur opusculum hoc disticho:

Francorum fraudes nosces: regisque severos
Romani mores: hec modo pauca legas.

Scriptum ut ad controversias Principum attinet, ita *perrarum*, nec memini, me in Directorio Freheri, ut id ab Georg. Hambergero etiam auctum est, illius uspiam indicium reperisse.

FREHERI (Marquardi) Epiſtola reſponſoria ad Cl. Virum Chriſtophorum Gevoldum, de Electoratu S. Rom. Imp. Comitivæ Palatinæ Rheni antiquitus adnexo, & cohærente. Heidelbergæ Typis Gotthardi Voegelini. 1612. in 4. *Scriptum rarum.*

———— (Pauli) Medici Norimb. Theatrum virorum eruditione clarorum, in quo vitæ, & ſcripta Theologorum, Jureconſultorum, Medicorum, & Philoſophorum tam in Germania ſuperiore, & inferiore, quam in aliis Europæ regionibus, Græcia nempe, Hiſpania, Italia, Gallia, Anglia, Polonia, Hungaria, Bohemia, Dania, & Svecia &c. repræſentantur &c. Noribergæ litteris Chriſtiani Sigiſm. Frobergii. 1688. in fol. cum figg. *Editio rara.*

FREYGII (Joan.) De *Martini Frobiſſeri* navigatione in regiones occidentis, & Septentrionis Narratio hiſtorica ex Gallico ſermone in Latinum translata. Norimbergæ imprimebatur in officina Catharinæ Gerlachin, & hæredum Joan. Montani. 1580. in 8. M. *Editio rarius obvia.*

FRENCELII (Salom.) Poetæ nobilis, Adventus D. Maximiliani Sereniſſimi, fortiſſ. optimi Principis, electi Poloniæ regis, Archiducis Auſtriæ &c. gratulatione exceptus. Pragæ Typis M. Daniel. Adami. Anno ultimæ patientiæ. 1589. in 4. M. *Opella mole quidem exigua, ſed perrara.*

FRENORUM nova, & varia exempla, quibus equus quilibet commode domari, instituí, & ad gressum, reliquumque usum Corporis, & oris apte informari possit. Francfort. Chr. Egen (olphus.) 1546. in 4. Lat. & Germ. cum figg. copiosis. *Libellus omnino infrequens.*

FRICII (Andr.) Modrevii, Libri III. quorum I. de peccato originis: II. de libero hominis arbitrio: III. de providentia, & prædestinatione Dei æterna. Ejusdem de Mediatore Libri III. Accessit narratio simplex rei notæ, & ejusdem pessimi exempli, simul & querela de injuriis, & expostulatio cum *Stanislao Oricbovio* Roxolano. 1562. in 4. Sine loco.

Scripta hujus authoris omnia raris adnumerantur, hoc autem, titulo Orichovii, qui palinodiam cecinit, *rarioribus* accenseo.

FRIDERICI Joan. Saxoniæ Ducis encyclica ad Bohemos. in 4.

Epigraphe hæc est: *Generosis, Nobilibus, strenuis Honestis, Prudentibus, atque Egregiis viris, Comitibus, Baronibus, Senatui, populoque veteris, & novæ urbis Pragæ, cæterisque civitatibus, ac statibus regni Bohemiæ, nuper Pragæ singulari quodam foedere conciliatis, nobis singulariter dilectis.* Finis epistolæ ita habet: D*atæ Altenburgi in arce nostra die XX. Mensis Februarii anno a Christo nato* 1547. His confestim ista subnectuntur: *Hæc vobis pro singulari nostra erga vos benevolentia significanda esse duximus; ac vobis studium nostrum probari optamus.*

Bene valete. Datæ Geitan IIII. Idus Martii, anno a Christo nato 1547.

Joannes Frydrich Churfürst manu propria subscripsit.

Libelli argumentum, si quis ad ea tempora mentem reflectat, etiam me non monente nullo negotio intelliget, nec dubitabit, scriptum hoc *perquam raris* inseri posse.

FRIDERICI Joan. Etzliche nötige Artickel zu forderung der Justicien dienstlich, belangend. 1542. Gedrückt zu Wittemberg durch Georgen Rhaw. in 4. folior. 22.

Postremo appressum est sigillum anulare Ducis, quod indicio est authenticum fuisse.

——————— Rethe duplicem schrifft, so dieselbigen widder Er *Julii Pflugs*, welcher sich vor einen Bischoff zur Naumburg vermessentlich und unrechtlich thut angeben, auff hievor gehaltenen Reichstag zu Nürmberg eingegebene unergründete, und darnach durch einen Druck publicirte Replicen, uff itzigem Reichstag zu Speyr; vor der Römischen Key. auch Kön. Maei. Churfürst, Fürsten, und Stenden des heiligen Reichs furzubringen, befehl empfangen. in 4. Sine loco, & anno. folior. 40. *Liber valde rarus.*

——————— Wahrhaftige, bestendige, ergründete, Christenliche, und aufrichtige Verantwortung, wider des verstockten, gottlosen, vorma-

ledeiten, verfluchten ehrenschenders, bosthetigen Barrabas, auch hurnsüchtigen Holofernes von Braunschweig, so sich Hertzog Heinrich den jüngern nennet, unvorschempt Calpurnisch schand, und Lugenbuch, welches er abermals am Datum Wolffenbüttel auff dienstag nach omnium sanctorum anno 1540. negst wider vorgemelten Churfürsten zu Sachsen &c. wil volbracht haben, und offentlich durch einen Druck ausgesprengt hat. Anno 1541. Gedruckt zu Wittemberg durch Georgen Rhau. 1541. in 4. M.

Liber, ut Vogt ex catalogo biblioth. Menckenianæ notat, *rarissimus*, sed omnino illiberalis, quod non tam Principi, cujus nomine scriptus est, quam ei qui illius conniventia abusus fuit, tribuendum est.

FRIDERICI Joan. Ein Christlich Gebet in Creutz, Not, und anfechtung des durchleuchtigen Fürsten und Herren Johanns Friderichen des Eltern Hertzogen zu Sachsen &c. in seiner F. G. custodia zur Newstat acht meyl unter Vienn in Osterraich gemacht anno 1568. in 4. sine loco & anno: foliorum 4.

Titulus carcerem apertum exhibet, in cujus latere crucifixus pendet: e regione protoma Ducis, ante quem liber explicatus inscriptionem majusculis Romanis litteris hanc præfert: ACH HER GOT HILF AVS NOT. Non confundendus cum Electore cognomine, cui cum Carolo V. res erat, sed is intelligendus, qui, dum Grumpachii ob interfectum episcopum Herbipolitanum proscripti, causam tuetur, jussu Cæ-

ſaris ab Auguſto Saxoniæ Electore in Gothana arce obſeſſus, & hac dedita, Neoſtadii Auſtriæ in carcerem miſſus eſt, in quo anno 1568. etiam obiit. *Opella perrara.*

FRIDAEVALLIS (Hugonis) Sampaulini, de tuenda ſanitate libri VI. Antverp. ex officina Chriſtophori Plantini. 1568. in 8.

Liber *infrequens*. Author regulas ſanitatis carmine elego præſcribit, addito ubique commentario.

FRIDLANDUS (Joan.) Vera, & reale informatione dell' horrenda, & ſpaventevole rebellione del *Gio. Fridlando*, & ſuoi adherenti conſpiratori, della qualita & dell' introdote machinationi di quella &c. compoſta per univerſal Governo, fedelmente tradotta dal Tedeſco in Italiano, & ſtampata con licenza di S. Sacr. Maeſt. Ceſ. noſtro Clementiſſimo Signore. In Vienna, Appreſſo Michaele Rikes Allubek. 1634. in 4. M. *Scriptum etiam in terris noſtris raro obvium.*

FRIESEN (Laurent.) Ein kurtze Schirmred der Kunſt Aſtrologie wider etliche unverſtandene Vernichter, auch etliche antwurt uff die reden, und fragen *Martini Luthers* Auguſtiners, ſo er in ſeinen zehen geboten unformlich wider die Kunſt gethon hat, durch *Laurentzen Frieſen*, freier Künſten und artzney doctoren. Erſtmals ſol keiner den ſtein zu weit ſtoſen, uff das er ſein Zil geweren möge. Getruckt zu Straſsburg von

FROES (Ludovici,) aliorumque Soc. Jesu epistolæ ex Japonia in Europam missæ. Coloniæ in offic. Birckmannica. 1582. in 8. M.

Præter Froesium scripsere, *Franc. Cabralis*, *Organtinus*, *Joan. Stephanoni*, & *Franciscus de Castro*. Litteræ datæ sunt *Bongo*, *Meaco*, *Sanga*, & *Ocania*: ab anno 1577. ad 1580. rerum, quæ ad religionem, geographiam, & politicen spectant, refertæ. *Libellus admodum rarus*.

FRÖLICHII (Davidis) Mathematici Cæsareopolitani apud Gepidas Carpathicos, Medulla Geographiæ practicæ, peregrinantium in primis usui, deinde historiarum, & rerum hoc tempore bellicosissimo gestarum, gerendarumque pleniori cognitioni accommodata. Typis Bartphensibus. 1639. in 8.

Dicat opus etiam in Hungaria *perrarum Sigismundo Rakoczy* filio *Georgii Rakocy* Principis Transsilvaniæ: item *Francisco de Nadasd*, & *Georgio Illyeshazy* natu minori filio *Casparis Illeshazy*.

FRUTERII Lucæ Brugensis Librorum, qui recuperari potuerunt, reliquiæ. Inter quos Verisimilium Lib. II. & versus miscelli. Additus *Julii Severiani* prisci scriptoris liber. Omnia nunc primum edita, cura V. N. *Jani Dousæ* a Nortwyck. Antverpiæ apud Christoph. Plantinum. ꟾↃ. CIↃ. (sic) LXXXIV. (1584.) in 8. M.

Libellum *raris* inserit catalogus biblioth. Jo. Friderici Christii, ut Bauerus indicat.

Neutrum opus Maittairio fuit cognitum. Typus Romanus nitidus, minus crebræ abbreviationes. Capitum litteræ initiales minusculæ majoribus minio pictis inclusæ, prima autem linea cujusvis capitis, & §§. initia in ipso etiam contextu quadratis majusculis efformata. Sine ullo signo typographi.

G.

GABELMAN (Nicolai) Monomachiæ Hungaro-Turcicæ Libri II. Patavii apud Paulum Meiettum. 1590. in 4.

Editio *perrara*, & paucis apud nos cognita. Argumentum sumtum est ex ea ætate, qua mediam ferme Hungariam Turca possedit. Nihil insolitum erat pacis tempore, Hungaros cum Turcis, ut vicinia fuit, condicto loco equites serio, non ludicro, certamine singilatim congredi: quæ res ut ut non nihil ad acuendos militares animos conferret, tamen cum sæpe occasio litis, quæ bellum prope spectabat, inde enata sit, Ferdinandus I. Maximilianus II. & Rudolphus hujus modi congressus graviter vetuere.

——— Oratio funebris super obitum illustris, ac generosi Austriæ juvenis *Honorii a Konigsperg* L. B. in Pernstein; qui magnanimus Equitum ductor 28. Aug. 1594. eruptione Jaurino a Turcis obsidione vallato facta, plurimo hostili telo confossus, fortissime pugnans gloriose occubuit. Habita in exequiis Sebensteinianis 8. Dec. an. 1594. ex lege belli ad inclytum ordinem equestrem, viros Germanos, & Hungaros, ne, Turca sorbis,

fiti regii Flensburgenfis. Hamburgi apud Gothofred. Schultzen. 1676. in 8. *Liber rarus, & omnino paradoxus.*

GAGVINI (Roberti) De arte metrificandi libelli, omnibus ad poeticam anhelantibus tam jucundi, quam omnifariam fructiferi. — Finis totius. Honor immenfus tribus, & uno (fic) Genitricique Verbi. Imprimi curavit Phorce in ædibus Thomæ Anshelmi Udalricus Carinthus. Menfe Septem. 1506. in 4. *Editio rara, & Maittairio ignota.*

———— Rerum Gallicarum annales, cum *Huberti Velleii* fupplemento. In quibus Francorum origo vetuftiffima, & res geftæ, regumque Gallicorum omnium ex ordine vitæ, & quæcunque fub illis domi, forisque memorabilia acciderunt, usque ad Henricum II. defcribuntur. Cum præfat. ad RR. Principem, Dominum D. Marquardum ab Hatftain Epifcopum Spirenfem, Jo. Wolfii I. C. Francof. ex officina typogr. Andreæ Wecheli. 1577. in fol.

Monet Bauerus ex Thes. biblioth. editionem Francofurtienfem anni 1597. effe *raram*: fufpicor in anno mendum effe, & refcribendum: 1577. quem noftrum exemplar præfert, nifi forte an. 1597. repetita editio fuiffet.

GALATINI (Petri) Opus de arcanis Catholicæ veritatis: hoc eft, in omnia difficilia loca vet. Teftamenti ex Talmud, aliisque Hebraicis libris,

quum ante natum Christum, tum post scriptis, contra obstinatam Judæorum perfidiam absolutissimus commentarius. Ad hæc *Joan Reuchlini* Phorcensis LL. Doct. de arte cabalistica Libri III. Item libri III. de verbo mirifico, omnigena eruditione pleni. Insuper addidimus duplicem indicem: prior habet res ipsas, alter loca abstrusa Scripturæ declarata complectitur. Basileæ per Joannem Hervagium. 1561. in fol.

Editio, ut Bauer, & Clement ex catalogo selectissimæ biblioth. Samuelis Engel indicant, *perquam rara.*

GALENI (Claudii) de tuenda valetudine libri VI. quam plurimis in locis ad vetusta exemplaria castigati per *Joannem Caium* Britannum. Græce. Ex officina Frobeniana. 1549. in 8.

Galeni opuscula græca certe locum inter *rara* habere merentur: quo magis subit mirari, hæc a Clement penitus præterita esse.

—————— De temperamentis libri III. Ejusdem de inæquali temperie libellus. Cum his *Hippocratis* juramentum. Græce. Basileæ per Thomam Platterum. 1538. in 8.

—————— Libri aliquot græci partim hactenus non visi, partim a mendis, quibus scatebant, innumeris ad vetustissimos codices repurgati, & integritati suæ restituti, annotationibusque illustrati per *Joan. Caium* Britannum Medicum. Horum catalogum ordine versa pagina exhibebit.

Versa autem pagina exhibet: Galeni liber primus περὶ τῶν Ἱπποκράτους καὶ Πλάτωνος δογμάτων. Ejusd. περὶ τοῦ παρ' Ἱπποκράτην κώματος: nunquam hactenus impressus. Ejusd. περὶ ἀντεμβαλλομένων ex vetusto codice integer nunc factus, prius mutilus. Ejusdem περὶ ἀνατομικῶν ἐγχειρήσεων. Lib. IX. Ejusd. περὶ μυῶν κινήσεως. Libb. II. Ejusd. libri VII. περὶ χρείας μορίων. Hippocratis περὶ φαρμάκων, Basil. apud Hieronymum Frobenium, & Nicolaum Episcopium. 1544. in 4.

GALENI (Cl.) περὶ μυῶν κινήσεως βιβλία δύο, μετὰ των εἰς αυτα σχολίων τοῦ αὐτοῦ ἑβδόμου βιβλίου περὶ χρείας μορίων μέρος, ἐν τοῖς τετυπωμένοις βιβλίοις παραλελειμμένον &c. Galeni de musculorum motu libri II. cum scholiis in eosdem. Ejusd. libri VII. de usu partium corporis humani, pars in libris impressis intermissa. Hippocratis liber I. de medicamentis, per *Joan. Caium* Britannicum. Basil. apud Hieron. Froben. 1544. in 4.

Inscribit utrumque opus *Henrico VIII.* Britanniæ, Franciæ, & Hiberniæ regi.

——— Opera quæ extant, omnia. Græce. Venetiis in ædibus Aldi, & Andreæ Asulani Soceri. 1525. Partes V. in fol.

Bauer in Supplementi Parte II. pag. 98. affirmat esse *opus rarius obvium*, *præstantissimum*. Pars I. inscripta est *Clementi VIII.* Pont. Max. cujus privilegium, & Venetæ Reipublicæ cuilibet Tomo præfigitur. Pars, II. *Alberto Pio*, Carporum Principi. Pars

III. Joanni *Matthæo Giberto*, episcopo Veronensi, Clementis VII. Datario. Pars IV. *Hieronymo Aleandro* Antistiti Brundusino. Pars V. *Jo. Bapt. Opizoni*, Patritio Papiensi, & Medico. Ejusdem editionis alterum quoque exemplar possidemus, sed Parte. I. mutilum ex bibliopegi liberalitate splendidius priore, cui avara manus margines vehementer circumcidit. Supersedeo, compendii causa, a recensendis Galeni operibus, quæ partim græco-latina, partim tantum latina ad vetustos codices variis interpretibus recognita ab anno 1528. ad an. 1562. prodiere, & in nostra bibliotheca exstant.

GALEOTI (Martii Narniensis) de homine libri II. cum annotationibus *Georgii Merulæ* Alexandrini in Galeotum. Basil. apud Joan. Frobenium. Mense Maio. 1517. in 4.

Liber, ut ex catalogis biblioth. Gerdesianæ, & Thomasianæ apud Bauer liquet, *rarus*, sed probabiliter mancus. Nam refutatio Galeoti obiectorum a Merula, quam editio Mediolanensis anni 1490. exhibet, nostro exemplari deest. Merulæ annotationes nimis minutas esse patet ex eo, quod *Sclavinos* a Galeoto male dictos contendat, cum Liburni potius, Illyrii, aut Dalmatæ dicendi fuerint. At Galeoto non de accolis maris Adriatici, verum de iis, qui inter Savum, & Dravum colunt, sermo est. Inscripsit opus *Joanni Vitézio*, Strigoniensi archiepiscopo: si encomium, quod ei tribuit, exactum non est; apparet satis, quis, quantusve vir Vitézius fuerit. *Tu enim juris Pontificii*, inquit, *consultissimus, Theologiæ peritus, philosophiæ Princeps, totiusque matheseos pater, oratoriæ, ac poeticæ alumnus, ea documenta doctrinæ, & ingenii tui jam dudum dedisti, ut plures, ita nunc loquar, in te animas, hoc est, veros homines esse cernamus.*

GALLIA:

GALLIA: Commentariorum de ſtatu religionis, & rei publicæ in regno Galliæ, I. Partis Libri III. Regibus Henrico II. ad illius quidem regni finem: Franciſco II. & Carolo IX. recogniti, & plerisque in locis emendati. Excuſum anno ſalutis 1572. in 8. ſine loco. M.

——————— Partis II. Commentariorum de ſtatu, religionis &c. Libri III. Carolo IX. rege. Anno noviſſimi temporis. 1573. in 8. M.

——————— Partis III. Commentariorum &c. Libri VII. VIII. & IX. ad tertii usque belli civilis Gallici finem poſtremo pacis edicto concluſum. Carolo IX. rege. Anno noviſſimi temporis 1571. in 8. M.

Quælibet pars in fine refert hanc teſſeram: *Etiam veni Domine Jeſu.* Ceterum ex ſubſcriptis annis liquet, varias, operis hujus fuiſſe editiones; paucasque Bibliothecas eſſe memorat D. Clement, quæ integram ejusdem anni poſſideant. Idem hujus partus authorem conjicit fuiſſe, *Joannem de Serres.*

GALLICA Monarchia, quæ contra calumnias in Libello, cui titulus: *Bibliotbeca Gallo-ſvecica*, intentatas, aſſeritur, & Europæ ſalutaris futura oſtenditur. Anno 1649. in 4. M. ſine loci nota; folior. 8. *Libellus rarior.*

GANDAUO (Joan. de) expoſitio ſuper libro de ſubſtantia orbis. — Subtiliſſimis, ac difficillimis queſtionibus in libellum commentatoris de

ſubſtantia orbis a ſolertiſſimo phyſice veritatis indagatore Joanne de Gandavo compilatis. Deo optimo maximoque favente finis feliciter impoſitus eſt : impenſa ingenioque Henrici de Sancto Urſo ſumma cum diligentia impreſſis Vincentie annis domini ab incarnatione. 1486. XVII. Kal. novembris. in fol.

Typographi ſignum ſimile eſt Octaviani Scoti, niſi quod crux ſimplex ad medium globi pertingit, incumbatque faſciæ albæ per medium globi ductæ: in faſcia litteræ R. V.

GARCIÆ ab Horto, Proregis Indiæ Medici, Aromatum, & ſimplicium aliquot medicamentorum apud Indos naſcentium Hiſtoria, ante biennium quidem Luſitanica lingva per dialogos conſcripta, nunc vero primum Latina facta, & in Epitomen contracta a *Carolo Cluſio* Atrebate. ex offic. Chriſtoph. Plantini. 1567. in 8. cum figg.

Editio *rara.* Illud hoc loco non poſſum inobſervatum relinquere, quod Author Libri II. Cap. ultimo de regibus Indiæ agens memoriæ prodidit: nempe quemdam *Verido* natione Hungarum, regni *Decan* regulum fuiſſe. Hæc ſunt illius: *Verido natione Hungarus & initio Chriſtianus, anno* 1510. *mortuus eſt.* Et mox: *Verido conſervationem ſignificat : hinc Melique Verido, quaſi dicas regem conſervationis.* Ex noſtra Hungaria hominem illuc penetraſſe, & rerum iſthic potitum, difficile eſt creditu. Itaque, ſi vera modo narret Garcia, Hungaros in *Decan* Seculo XVI. ſatis potentes fuiſſe, veri eſt ſimile, cujus regni incolæ cum ſint Mogores, facilis eſt ad ea, quæ velim dicere, conjectura.

GARETII (Joan.) D. Augustini Canonici, de Sanctorum invocatione Liber, in quo orthodoxorum PP. testimoniis asseritur, Apostolicam esse traditionem, sanctorum animas post mortem in coelesti gloria Angelis esse similes; nostra non ignorare, pro nobis orare, a Deo exaudiri, & a nobis invocandos. Gandavi apud Gislenium Manilium. 1570. in 8. *Liber rarus.*

GARIOPONTI vetusti admodum Medici, ad totius corporis ægritudines remediorum πϱ ξεων Libri V. Basil. apud Henricum Petrum. 1531. in 4. *Editio rara.*

GARZONI (Thom.) Piazza universale: das ist, allgemeiner schauplatz, Marckt, und zusammenkunft aller Professionisten &c. Francofurti. 1651. in 4. cum figg. *Opus rarum.*

GATINARIAE (Marci) Expositio super Nono Almansoris. *Blasii Astarii* de febribus: *Cesaris Landulphi* de febribus: *Sebast. Aquilani* de morbo gallico: Ejusd. questio de febre sanguinis: *Nicolai Leoniceni* de morbo gallico: Disputatio utilis *Antonii Scanaroli* ad Nestorem Morandum &c. Venetiis mandato & expensis heredum quondam domini Octaviani Scoti, civis Modoetiensis, & sociorum. 1516. in fol. *Liber rarus, & Maittairio prateritus.*

GAUDENSIS (Jac.) predicatorii ordinis Erarium aureum poetarum, omnibus Latine Lingve cujuscunque etiam facultatis fuerint, proffessoribus accommodum, immo & omnium poetarum sine ipsis elucidativum. Denuo per auctorem ipsum accuratissime recognitum. — Erario aureo per d. *Jac. Gaudensem* priscarum elegantiarum diligenter coacervato finis tribuitur exoptatus. In officina vero Quentell impresso, dum magnificus Burgundionum princeps ex regnis Hibericis a Socero suo Ferdinando Hispaniarum rege gloriosissimo revertens ab Agrippinensi consulatu magnificentissime susciperetur. in 4. sine loc. & an.

Hermanus *Buschius* Monasteriensis præmittit elegiam ad Lectorem, quam excipit epistola Henrici *Zelen* Decret. Doct. Canonici, & Officialis Coloniensis ad Authorem; cujus Datum est: 1501. *die jovis decimo Cal. Majas.*

GAURICI (Lucæ) Tabulæ Directionum clarissimi Doctoris D. *Joannis de monte regio* Germani, castigatæ, & solerti calamo examinatæ. Cum plerisque additionibus, & novis tabellis, quin & Gaurici compendiolo. — Venetiis obiter, ac tumultuaria lucerna lucubratum jussu clariss. Principis Octaviani Sfortiadæ Aretini presulis olim Laudensis reverendiss. excussum in officina Lucæ Antonii Junta Florentini, labente anno christiane salutis. 1524. mense Septembri. A prima autem

mundi origine 8509. secundum Alfonsinas radices, juxta vero decreta patrum 6723. in 4.

GAURICI (Luc.) Prognosticon ab incarnatione Christi. Anno 1503. usque ad tricesimum quintum valiturum. Basil. apud Pamphilum Gengenbachium. Mense Februario. 1522. in 4. *Utrumque scriptum rarum.*

GAYLERI (Johan.) von Kaysersperg, das buch Granatapfel, im Latein genant Malogranatus. Gedruckt zu Augspurg bey sant Ursulen Closter am Lech durch Maister Hansen Ottmar. 1510. in fol.

——— Ain gaistliche Bedeutung des ausgangs der Kinder Israhel von Egipto. ibid. 1510. in fol.

GAYLER (Joan.) Gaistliche Bedeutung des Heslins. Augustæ per Joan. Ottmar. 1510. in fol.

——— Die gaistliche spinnerin nach dem exempel der hailigen Wittib Elizabeth. ibid. 1510. in fol.

——— Die siben Hauptsünd die da bedeut seind bey den siben gaistlichen schwerten &c. ibid. 1510. in fol.

——— Commentarius in passionem Christi. Argentorati per Joan. Gruninger. 1509. in fol.

——— Fragmenta passionis domini nostri Jesu Christi a celeberrimo divini eloquii ora-

testation. Geschehen den 15. Maij anno 83. 1583 in 4.

Utrumque scriptum apud nos *perrarum*, uno volumine continetur: adjunctum est aliud *Joan. Casimiri* Palatini ad Rhenum similis pene argumenti hoc titulo: *Ausschreiben, darinnen die ursachen aussgeführet werden, warumb wir uns in jetzige Kriegs expedition zu rettung des - - - betrangten hochwürdigen Fürsten - - Herrn Gebharten &c. nottranglich und durch ordenliche vocation begeben. Gedruckt zur Newstadt an der Hardt.* 1583. *in* 4. quod itidem *rarissime obvium est.*

GEBRI Arabis Alchemia. De investigatione perfectionis metallorum Liber I. Summæ perfectionis metallorum, sive perfecti magisterii Libri II. Ejusd. de inventione veritatis, seu perfectionis metallorum Liber I. De fornacibus construendis Liber. I. Norimbergæ apud Joan. Petreium. 1541. in 4.

Addita sunt alia consimilis argumenti opuscula: ut speculum Alchemiæ doctissimi viri *Rogerii Bachonis*: correctorium Alchemiæ doctiss. Viri *Richardi Anglici*: Rosarius minor de Alchemia inceti authoris: Liber secretorum Alchemiæ *Calidis* filii *Jazichi* judæi: Tabula Smaragdina de Alchemia *Hermetis Trismegisti*: item *Hortulani* Philosophi super tabulam Smaragdinam Hermetis commentarius. Bauer. ex biblioth. Engeliana editionem Bernensem anni 1545. a *raritate* commendat.

GEIERI (Martini) opera omnia Theologica. Vol. II. Amsterodami ex typographia P. & J. Blaeu. 1695. in fol.

Bauer ex catalogo bibliothecæ Solgerianæ testatur esse editionem optimam, & *raram* in Germania.

GELENI (Aegidii) ad S. Andream Canonici, de admiranda sacra & civili magnitudine Coloniæ Claudiæ Agrippinensis, Augustæ Ubiorum urbis libb. IV. Coloniæ. 1645. in 4.

Opus a *raritate*, & *foecunditate* commendant biblioth. Solgeriana, Vogt, & Clement.

GELLII (Auli) viri disertissimi Noctium Atticarum libri XX. summa accuratione Joannis Connelli Carnoten. ad recognitionem Beroaldinam repositi: cum alphabetico indice. Prostat in ædibus Oliverii Senant in divi Jacobi vico Parrhisiis, sub divæ Barbaræ intersignio, moram trahentis. 1512. in 4. M.

———— Noctes Atticæ nuper omni discussa caligine micantissimæ. Florentiæ cura, arteque, & sumptibus Philippi de Giunta. Florentini. 1513. in 8.

———— Noctium Atticarum libri undeviginti. Venetiis in ædibus Aldi, & Andreæ soceri. 1515. in 8. M.

Parisina, & Veneta editio apud plures notam *raritatis* habet, Florentinam ne Clement quidem, diligentissimus alias scrutator, memorat.

De S. GEMINIANO (Johannis) summa de exemplis, & similitudinibus rerum. Impressum Ve-

netiis per Joannem, & Gregorium de Gregoriis fratres. 1497. in 4.

Editio *rara*, nec ſcio, an liber, quem Maittaire hoc titulo: *De Cald. & S. Geminiano conſilia* : Venetiis eodem anno prodiiſſe memorat, cum noſtro idem ſit.

GEMISTI (Geor.) Plethonis, de rebus Peloponeſiacis orationes II. interprete *Gulielmo Cantero*. Græce & Latin. Ex Biblioth. Cl. V. *Joan. Sambuci*. Antverp. ex offic. Chriſtoph. Plantini. 1575. in fol. *Liber rarus*.

GEMMÆ Friſii, Medici, & Mathematici, de radio Aſtronomico, & Geometrico liber. In quo multa, quæ ad Geographiam, Opticam, Geometriam, & Aſtronomiam utiliſſ. ſunt, demonſtrantur. Illuſtriſſ. Comiti de Feria dicatus. Antverpiæ imprimebat Aegidius Dieſthemius. 1545. in 4. M. *Editio parum communis*.

GEMMÆ (Franc.) Methodus rationalis noviſſima, atque dilucidiſſima curandi Bubonis, carbunculique peſtilentis. Ad Sereniſſimum Principem Carolum Auſtriæ Archiducem. Græcii Styriæ. Joan. Faber excudebat. 1584. in 4. *Liber infrequens*.

GENEALOGIA und Chronica des durchlauchten, hochgebornen Königlichen, und Fürſtlichen Hauſes der Fürſten zu Anhalt, Graffen zu Ballenſtedt, und Aſcanie, Herrn zu Bernburgk, und Zerbſt, auff 1055. Jar in ſechs Büchern, mit viel ſchönen alten Hiſtorien, Geſchichten, und Fürſt-

lichen Wopen gezieret, und beſchrieben. Mit einer Vorrede Philipp Melanthon. 1556. Gedruckt zu Leipzigk durch Jacobum Bervaldt, wohnhaftig in der Nickels ſtraſſen. in fol. M. *Scriptum perrarum.*

GEORGII (Franciſci) Minoritani in Scripturam ſacram problemata. Bernardinus Vitalis Venetiis excudebat. Menſe Julio. 1536. in 4. Tomi, ſeu Libri VI. Vol. I.

Dicat opus Paulo III. Pont. Max. quod Vogt, Engel, aliique ſcriptis quidem *raris*, *ſed atheiſticis* inſerunt: Wadingus autorem Platonicæ doctrinæ deditum, & Talmudicis Hebræorum inanibus myſteriis nimis intentum fuiſſe ſcribit. Le Long pag. 741. editionem quoque Venetam anni 1525. in fol. indicat.

GERMANICA pacis palma, ab Auſtriacis, Hiſpanis, Polonis, ſtudioſe ſemper culta, & a Gallis, Svecis, Anglis, mira technarum, ac aſtutiarum mole deſtructa. Ratisbonæ, poſtea Caleti ad inſigne Galli poſt convaleſcentiam ſe vix, & ne vix quidem converſuri. Sumptibus Joan. Conradi Ludwig bibliopolæ Viennenſis. 1659. in 8. pagg. 104.

Scriptum *perraro obvium* eſt apologia in librum, cui titulus: *Friſmanicus Paſquillator*: cujus author Auſtriaco-Hiſpanos, horumque foederatos, pacis ruptores in vulgus ſparſerat.

GERSON (Joan.) De ymitatione Criſti cum Tractatulo de meditatione Cordis. — Tractatus

aureus, & perutilis de perfecta ymitatione Cristi, & vero mundi contemptu cum tractatulo de meditatione cordis finiunt feliciter. Per Johannem Zeiner Ulmensem. Anno 1487. in 8.

Editio *perquam rara:* Meminit quidem Maittairius ad hunc annum opusculi *de meditatione cordis* sine loco: non item de *imitatione Christi.* Non vacat mihi lites recensere, quæ olim Gersonis, & Thomæ a Kempis titulo agitatæ erant.

———— Garson (Gerson) Johannis de miseria humana. — Joannes Grüninger quarto nonas Martii 1505. Argentine imprimebat. in 4.

Liber *rarus* Maittairio ignotus. Præfatur *Thomas Wolphius* junior ad *Joan. Keyersbergium* Theologum: præmittit *Gallinarius Budorinus* octastichon.

Casibus humanam variis describere vitam
Non Garsone isto doctior alter erat.
Quæ pueri, juvenes incommoda, quæque Senectus
Ingerit, invenies hic glomerata simul.
Hunc age, præsentis rationem qui modo vitæ
Lector habes, librum, si sapis usque lege.
Quem bene perfectum facundi examine Vuolphi
ære tibi modico Bibliopola dedit.

———— Tertia pars operum Johannis de Gerson doctoris Christianissimi, continens tractatus ad mysticam vitam seu contemplationem accommodatos. — Finiunt opera cancellarii parisiensis doctoris Christianissimi magistri Johannis de Gerson. que ut frugem lectori uberrimam ferant,

emendatissima lima castigata fuere. Anno domini 1488. Idus vero mensis Septembris octavo in fol.

Ea prorsus editio videtur esse, quam Clement ex armamentario Catholico Jo. Nic. Weislinger excitat. Nostrum exemplar litteras initiales partim auratas, partim coloratas refert: folia numeris Arabicis signata sunt; a principio ordine tertium inchoat ab 54. qui per sex sequentia folia continuat, idem de aliis numeris puta, ut 55. 56. &c. incerta tamen lege, plerumque ternionem, aliquando etiam quaternionem idem numerus signat. Quod si quis inde arguat, Partem III. esse Partis II. continuationem, tunc hanc minoris molis fuisse oportuit, tertia enim definit in 99. In fine Joannes de Gerson ordinis Cælestinorum, frater Cancellarii, subjungit annotationem opusculorum Gersonis, *quorum multa deperierunt, de multis incertum est, si, & ubi supersint.*

Gerson (Jo.) Quarta pars operum prius non impressa. — Finit quarta pars operum Johannis de Gerson: que prius non fuere impressa: Jam vero prodeunt feliciter ex officina Martini flacci junioris. Argent. exactissima Mathie Schurer Sletstatini consobrini ejus opera. III. Kal. Martii. Anno 1502. in fol.

In operis titulo præmittitur hexastichon, quo indicatur, quartam partem studio Jacobi Wimphelingi prodiisse. Agit Clement prolixe de hac editione Tom. IX. pag. 140.

——————— Tertia. — Quarta pars, Wimphelingiana recognitione illustrior. Jam quoque

longe emaculatior precedentibus tribus adjecta. — Opera divi Joannis Gersonis Theologi Christianissimi, plena pietate, plenaque Christi spiritu, finita sunt Basileæ in officina Adami Petri, sumptu prudentium virorum Ludovici Hornken, & Godofredi Hitorpii, anno 1518. tertio Nonas Januarii. in fol.

Tertia pars præfert annum 1517. Hæc, quaquam manca sint, ea tamen de causa recensui, ut de variis editionibus certius constaret.

GESNERI (Conradi,) de raris, & admirandis herbis, quæ, sive quod noctu luceant, sive alias ob causas, Lunariæ nominantur, Commentariolus, & obiter de aliis etiam rebus, quæ in tenebris lucent. Inseruntur & icones quædam herbarum novæ. Ejusd. descriptio montis fracti, sive montis *Pilati*, juxta Lucernam in Helvetia. His accedunt, Jo. *du Choul* G. F. Lugdunensis, Pilati montis in Gallia descriptio. *Jo. Rhellicani* Stockhornias, qua Stockhornus mons altissimus in Bernensium Helvetiorum agro, versibus Heroicis describitur. Tiguri, apud Andream Gesnerum F. & Jac. Gesnerum fratres. 1555. in 4.

Est editio prima, & *eximiæ raritatis*.

——— Bibliotheca Scriptorum in epitomen redacta, & novorum librorum accessione locupletata, tertio recognita, & in duplum post priores editiones aucta per *Josiam Simlerum*:

jam vero postremo aliquot mille cum priorum, tum novorum Authorum opusculis ex instructissima Viennensi Austriæ Imperatoria Bibliotheca amplificata per *Joan. Jac. Frisium* Tigurinum. Habes hic optime Lector catalogum locupletissimum omnium fere scriptorum a mundi initio ad hunc usque diem extantium, & non extantium, publicatorum, & passim in Bibliothecis latitantium. Opus non Bibliothecis tantum publicis, privatisve instituendis necessarium, sed studiosis omnibus, cujuscunque artis, aut scientiæ ad studia melius formanda utilissimum. Tiguri excudebat Christophorus Froschouerus. 1583. in fol. M.

Opus *perrarum*, & ad historiam litterariam summe necessarium.

GESNERI (Conr.) De omni rerum fossilium genere, gemmis, lapidibus, metallis, & hujusmodi, libri aliquot, plerique nunc primum editi, opera Conradi Gesneri, quorum catalogum sequens folium continet. Tiguri. 1565. in 8. cum figg.

Editionem *perraram* esse, plures catalogi indicant. Continet autem liber pretiosus hæc. „ I. Jo. Kentmanni Dresdensis Medici nomenclaturæ rerum fossilium, quæ in Misnia præcipue, & in aliis quoque regionibus inveniuntur. II. Calculorum, qui in corpore, ac membris hominum innascuntur, genera XII. depicta, descriptaque cum historiis singulorum admirandis, per Jo. Kentmannum Dresdensem Medicum. III. De metallicis rebus, ac nominibus observationes variæ, & eruditæ, ex sche-

„ dis Georgii Fabricii, quibus ea potiſſimum expli-
„ cantur, quæ Georgius Agricola præteriit. IV. De
„ ſuccino libb. II. authore Severino Goebelio Medico
„ Doctore: quorum prior liber continet piam com-
„ monefactionem de paſſione, reſurrectione, ac be-
„ neficiis Chriſti, quæ in hiſtoria ſuccini depingun-
„ tur: poſterior veram de origine ſuccini addit ſen-
„ tentiam. Addit Geſnerus de ſuo, corollarium de
„ bitumine & cognatis ei Naphta, Piſaſphalto, & ele-
„ ctro. V. Valerii Cordi Simeſuſii, de Haloſantho ſeu
„ ſpermate Ceti vulgo dicto, liber nunc primum in
„ lucem æditus: cum Geſneri corollario de Haloſan-
„ tho, & ſalis flore duplici. VI. S. Patris Epiphanii
„ epiſcopi Cypri ad Diodorum Tyri epiſcopum de
„ XII. gemmis, quæ erant in veſte Aaronis; liber
„ græcus, & e regione latinus, Jola Hierotarantino
„ interprete, cum corollario Geſneri. VII. De gem-
„ mis aliquot, iis præſertim, quarum Divus Joannes
„ Apoſtolus in ſua apocalypſi meminit: de aliis quo-
„ que, quarum uſus hoc ævi apud omnes percrebuit,
„ Libri II. authore Franciſco Rueo Inſulano. Editio
„ ſecunda, nam prima mutila, & inſcio authore edi-
„ ta fuerat: cum excerptis ex auth. epiſtola apolo-
„ getica, qua de figuris, quæ inſcalpuntur gemmis,
„ agitur, & Paſchaſii Balduini epiſtola ad Rueum.
„ VIII. Conr. Geſneri de rerum foſſilium, lapidum,
„ & gemmarum maxime, figuris & ſimilitudinibus
„ liber, non ſolum Medicis, ſed omnibus rerum na-
„ turæ, & philologiæ ſtudioſis, utilis, & jucundus
„ futurus.

GEUFRAEI (Antonii) Aulæ Turcicæ, Othomanicique Imperii deſcriptio, qua Turcarum palatina officia, mores, religio: ſectæ item Mahometicæ, Imperiorumque quatuor ex ea prodeuntium ſtatus enarrantur. Per Guilel. Godelevæum

ex *Joan. Sambuci* V. C. Bibliotheca. Basileæ per Episcopios. 1572. in 8. M. *Editio rara.*

GNIDII (Matthæi) Augustensis, Defensio Christianorum de cruce, id est, Lutheranorum. Cum pia admonitione F. *Thomæ Murnar* Lutheromastigis, ordinis Minorum, quo sibi temperet a conviciis, & stultis impugnationibus *Mart. Lutheri.* Epistolæ item aliquot ad eruditos Germaniæ, ad Mart. Lutherum: ad strenuissimum Equitem Germ. Ulrichum Huttenum: ad populum Germaniæ. in 4. sine loco & anno.

Postremæ epistolæ *Datum* est : *Hagenoia VIII. Calend. Januarii anno* 1530. In fine exhibetur *Chorus Germanæ pubis* :

Ach du armer MVRnar, vuas hastu gethon
das du also blind in der heylgen schrift bist gon?
Des must in der kutten lyden pin,
Aller glerten MVRR NARR must du sin.

Ohe ho lieber Murnar.

Bauer spicilegio Gerdesiano nixus duo opuscula ex uno fecit & utrumque inter *rarissima reformationis documenta* refert.

GOLDASTI (Melchioris) Commentarius de regni Bohemiæ, incorporatarumque provinciarum juribus, ac privilegiis &c. Libri VI. Francofordiæ apud Persium. 1627. in 4.

Editio, ut Vogt testatur, *princeps & rarissima.*

Liber teſtimonio trium catalogorum *ſummæ raritatis*, non item optimæ fidei.

De GORDONIO (Bernardi) Practica ; dicta Lilium Medicine. — Expleta eſt practica excellentiſſimi artium, & medicine doctoris domini magiſtri *Bernardi de Gordonio*, dicta Lilium medicine. In qua continetur ſcientia curationis morborum tam univerſalium, quam particularium accidere potentium corpori humano. Et ſcientia decem ingeniorum curandorum morborum, cum tractatu de regimine acutorum, & tractatu de pronoſticis, diligentiſſime emendata. Impreſſa Ferrarie per providum virum magiſtrum Andream Gallum. anno domini 1486. die 18. Maji. Ad laudem omnipotentis Dei, totiusque curie celeſtis. Amen. in fol.

Author & cauſam, cur hunc operi titulum fecerit, & ætatem, qua ſcribebat, ad calcem præfationis in hæc verba prodit. *In lilio enim ſunt multi flores : & in quolibet flore ſunt ſeptem folia candida, & ſeptem grana quaſi aurea. Similiter liber iſte continet VII. partes quarum prima erit aurea rutilans, & clara. tractabit enim de morbis plurimis univerſalibus incipiens a febribus. Alie autem ſex partes erunt candide & tranſparentes propter earum grandem manifeſtationem. Inchoatus autem eſt liber iſte cum auxilio magni Dei in preclaro ſtudio montis peſſulani poſt annum. XX. lecture noſtre : anno domini M. CCC. 5. menſe julii.* Eundem authorem *Maittaire* ad hunc annum, & Ferrariæ editum memorat, ſed *de urinis, & pulſibus*. Itaque aliud hoc opus a noſtro fuiſſe oportuit, cum iſtud de *pulſibus* ex inſtituto ni-

Dialogus, quod Philosophi, & Medici dogmatici Jurisconsultos præcedant. Paradoxum, quod Latino potius, quam vulgari sermone scribendum sit. Aliud paradoxum, quod nobiliora sint litterarum studia, rei militaris peritia. Postremo Ecloga Piscatoria in Marci Ursati Patricii Patavini obitum. in 8. sine loco, & anno. M.

Typus Venetias prodit. *Editio rara.*

GOYNÆI (Joan.) Epistola ad invictissimum Romanorum Regem Ferdinandum a religione, & pace missa. in 4. sine loc. M.

Datum illius est, *ex Hercyniæ solitudine, XIII. Cal. Junii. M. D. quadragesimo salutis.* Qui an editionis quoque annus sit, non habeo, quod affirmem. Ceterum opella *perquam rara est.*

GRADIBUS (Matthæ. de) Commentarii textualis in nonum Almansoris cum ampliacionibus, & addicionibus materierum per magistrum Joannem Matheum ex Ferrariis de Gradibus. Pars I. II. in fol. Vol. II. sine loco, & anno.

Typus gothicus cum creberrimis contractionibus: litteræ initiales picturatæ, & rubricæ capitum manu scriptæ. Opus inchoavit Marcus de Gatinaria; continuavit Mathæus de Gradibus, ut postrema Partis II. verba indicant: *Inceptum per magistrum marchum de gatinaria anno* 1462. *die* 17. *octobris, & finitum in studio D. Magistri Johannis Matthei hujus operis compositoris anno* 1471. *die* 25. *Septembris.* His subjungitur rubrica capitulorum. Partem utramque Matthæus dicavit Galeatio Mariæ Sfortiæ Duci Mediola-

nensium, ut ex dedicatione, quam Parti II. præmittit, liquere puto. Excerpo initium & finem. *Illustrissime, & excellentissime princeps domine mi singularissime &c. Posteaquam sine auctoritate licentiaque tua ab assistentia incliti filii tui Hermetis & aliorum hic tuorum etiam pro visenda maiestate tua in presentia quod mihi jocundissimum esset istuc accedere non licet secundam partem operis in nonum almi... soris, quam superioribus proxime annis amplissimo nomini tuo dedicavi. nunc foeliciter expeditam precor libens per hunc prestantem doctorem nomine meo suscipias - - - Hic deo duce bene valent omnes tui. & ita valeat excellentia tua, cui in perpetuum me commendo. Ex papia die. 9. mensis Octobris.* 1471. Constat Hermetem hunc, cujus hic mentio fit, filium fuisse dicti Sfortiæ, cui cum Joannes Galeatius anno 1476. in principatu successerit, veri est simile, opus Matthæi de Gradibus ante hunc annum fuisse editum. Ejus *Maittaire* inter libros, qui anni, loci, & typographi indicio destituti sunt, non meminit.

GRADIBUS (Matt. de) Practica noviter correcta, censore prestantissimo physico domino Hieronymo Salio Faventino.— Impressum in alma civitate Venetiarum mandato, & impensis heredum nobilis viri domini Octaviani Scoti civis Modoetiansis (sic) anno salutis 1502. Tertio Idus Junias. Per Bonetum Locatellum presbyterum Bergomensem. Ad laudem omnipotentis dei. Amen. Finis. in fol.

Decastichon in laudem Matthæi de gradibus, & Salii Faventini in ipso operis titulo adornavit Jac. Philippus de pellibus nigris Torianus. *Editio rara, & a Maittairio omissa.*

GRAMONDI (Gabrielis) Historiarum Galliæ ab excessu Henrici IV. Libri XVIII. in 8. sine loc. & an.

Prodiit primum Tolosæ anno 1643. in fol. an nostrum exemplar sit Amstelodami anno 1653. editum, cujusmodi editionem Vogt, Clement, aliique referunt, ignoro.

GRAN: Gründliche, und wahrhafftige Anzaygung, wie das Kunigklich Schloss *Gran* in Hungern von den Türcken belegert, beschossen, und eingenommen ist. 1543. in 4. sine loco M. *Scriptum rarissimum.*

GRANUTII (Pauli,) oriundi Lucensis; Prothonot. Apost. Enodatum problema tertium Decadis II. Libri I. MS. Viennæ Austriæ imprimebat Michael Apffel. 1583. in 4. M.

——— Problema quartum Decadis I. primi Libri MS. ibid. ex offic. Stephani Creutzer. 1583. in 4. M.

Continetur utroque opusculo *appellatio causæ in foro Strigoniensi coeptæ*, ad Nuncium Apostolicum. Lis vertebatur inter *Alexium Thurzo* juniorem, & *Elisabetham Thurzo*, hacque mortua, inter *Annam* ejusque patrem *Julium a Salmis*: tum inter *D. Catharinam Mindzenthy* relictam *Andreæ de Bathor*, ac prædictam *Annam a Salmis*, titulo testamenti ab *Thurzone* seniore conditi. Opuscula hæc inter *rarissima* sunt, & vix ulli nostrorum cognita.

GRAPALDI (Franc.) Dictionarius de partibus ædium. Argentinæ per industrium. Joan. Pryss

GRAWERI (Alberti,) in gymnasio Neerensi Magistri, argumenta de persona Christi: de eodem articulo, & similibus controversis inter Theologos orthodoxos, & Calvinianos, proposita in duobus distinctis colloquiis *Kesmarci* in arce habitis, ad quæ *Sebastianus Lanius* Calvinista Kesmarcensis nihil solidi respondere potuit: quorum unum est habitum 5. Dec. anno 1595. alterum vero 29. Januarii anno 1596. Bartphæ Typis Davidis Guttgesell. 1596. in 8. M.

Utriusque Colloquii in articulo *Ambrosius Sebastianus* jam facta mentio est. *Scriptum rarius.*

GREGORII Magni Epistolarum Libri XII. — Gloriosissimi Doctoris Sancte Ecclesie Dei Gregorii hujus nominis primi epistole preclarissime ex Registro sui pontificatus accepte, diligentissimeque castigate: ac magna cum diligentia per Lazarum Soardum. Qui obtinuit a dominio Veneto anno domini M. D. III. quod nullus possit imprimere, nec imprimi facere in eorum dominio sub pena ut patet in suis privilegiis. Venetiis die XVIII. Decembris. 1504. in fol.

Excusatio Lazari.

Si quid forte tuos offendet Lector ocellos,
Quod mihi mendoso grammate versus eat;
Emendare velis: nam non me Lazarus istis
Confecit mendis Bibliopola tuus:

Sed turbata magis pressoris inertia, quando
Sera dedit lassas artibus hora manus.
Laus summo regi dicatur vocibus oris
Quod jam non cesset merces condigna laboris.

GREGORII M. Expositio moralis in librum Job. Basil. 1514. in fol.

———— Opera, olim diversis tomis dispersa: nunc vero beneficio magistri Bertholdi Rembolt in unum sunt volumen redacta.

Ad Lectorem.

Gregorius patria Romanus: summus & ille
Pastor erat: studiis vectus ad alta suis.
Non vano intumuit fuco: nam mente locutus
Pura est: ad celos riteque pandit iter.
Admonet: hortatur: castigat: justa tuetur,
Commissasque sibi sic bene pascit oves.
Accipias igitur que dogmata sancta sequaris:
Divino hec quoniam Lector ab ore fluunt.

Explicit Parisiis per magistrum Bertholdum Rembolt: expensis ejusdem, ac Johannis Parvi. 1518. Die vero X. Decembris. in fol.

———— Opera omnia. Parisiis. 1521. in fol. *Omnes hæ editiones raræ sunt, quarum aliquas Maittairius præteriit.*

———— Nazianseni Theologi Tragoedia: *Christus patiens*: nunc primum Latinitate donata,

multisque locis a mendis, quibus antea scatebat, repurgata *Gabriele Garcia* Tarraconensi interprete. Parisiis apud Christianum Wechelum. 1549. in 4. *Liber minus obvius.*

GREGORII (Naz.) Opera omnia. Graece. Basileae typis Joannis Hervagii. 1550. in fol. *Editio princeps, & Maittairio ignota.*

——— Opera omnia. Jac. Billius Prunaeus, S. Michaelis in eremo coenobiarcha cum MSS. regiis contulit, emendavit, interpretatus est, una cum doctissimis Graecorum *Nicetae Serronii*, *Pselli*, *Nonii*, & *Eliae Cretensis* commentariis. Aucta est haec editio aliquammultis ejusdem Gregorii epistolis, nunquam antea editis, ex interpretatione *Fed. Morelli* Professoris, & Interpretis regii. Graece, & Lat. Parisiis apud Claudium Morellum. 1630. in fol. Tom. II. *Editio rara.*

——— Neo-Caesariensis Episcopi, cognomento Thaumaturgi. *Macarii* Aegyptii, & *Basilii* Seleuciae Isauriae Episcopi opera omnia, quae reperiri potuerunt. Nunc primum Graece & Latine conjunctim edita. Accessit *Joan. Zonarae* Expositio Canonicarum epistolarum. Parisiis apud Michael. Sonnium &c. 1622. in fol.

Harvoodus editionem graeco-latinam, quae Moguntiae anno 1604. prodiit, *principem* esse testatur: Parisinam tamen illi praefert. Gregorii opera Gerardus Vossius, Macarii Joan. Picus, Basilii autem Cl. Dausqueius Soc. Jesu verterunt.

GRETSERI (Jac.) De Sacris, & religioſis peregrinationibus Libb. IV. Ejusd. de Catholicæ Eccleſiæ proceſſionibus, ſeu ſupplicationibus Libb. II. quibus adjuncti de voluntaria flagellorum cruce, ſeu de diſciplinarum uſu Libb. III. ibid. 1606. in 4.

——— Catalogus Librorum, quos evulgavit usque ad Octobrem anni 1610. ibid. 1610. in 4.

——— Prædicans Heautontimorumenos, ſeu ſeptima pro diſciplinarum uſu lucubratio adverſus Sectarios Logodulos. Ingolſt. per Andr. Angermarium. 1613. in 4.

——— Myſta Salmurienſis, ſeu myſterium iniquitatis contra Pleſſeianum. ibid. 1618. in 4.

——— Diſputatio de variis coelis, Lutheranis, Zwinglianis, Ubiquietariis &c. Ingolſtadii. 1621. in 4.

——— Rerum variarum Libri III. poſthumi, quos ex ejusdem adverſariis ſelegit *Georg. Stengelius* S. J. Theologus. ibid. formis Greg. Hænlini. 1628. in 8.

De GREVE (Philippi,) Cancellarii Pariſienſis in pſalterium Davidicum ter centum ac triginta ſermones vere aurei. Brixiæ apud Petrum Mariam Marchettum. 1600. in 8. *Liber infrequens.*

GROTII (Hug.) Annotata ad vetus Testamentum. Tom. III. Lutetiæ Parisior. apud Sebast. & Gabriel. Cramoisy. 1644. in fol.

——— Annales, & historiæ de rebus Belgicis. Amstelodami. 1657. in fol.

——— Annales, & historiæ de rebus Belgicis. Amstelædami ex Typographejo Joan. Blaeu. 1658. in 12. M.

GRUNÆI (Simonis Ligii,) Basiliensium monumentorum antigrapha. Lignicii, Typis Sartorianis. 1602. in 8.

Additur ejusdem opusculum ibidem editum hoc titulo: *Monumentorum Silesiæ pericula exposita.* Liber haud facile *obvius.*

GRUTERI (Lamberti) Episcopi Neapolitani in Austria, S. M. Cæs. Concionatoris, funebris oratio in luctuosam mortem sacratiss. potentissimique Princ. *Maximiliani II.* Rom. Imp. Augusti &c. Sicut ab authore Latine quidem conscripta, sed idiomate Germanico habita pro concione fuit finitis jam Ratisbonæ Comitiis, in ampliss. Justis, quæ *Rudolphus II.* Rom. Imp. suo patri pietatis ergo peregit die 7. Nov. anno partæ salutis. 1576. Pragæ excusum in offic. Michael. Peterle. 1577. in 8. M. *Scriptum non maxime vulgatum.*

——— Petri epistolarum centuria cum apologia ejusdem. Francof. 1615. in 8. *Editio rara.*

GVAZZO

GVAZZO (Marci) Çronica, nela quale ordinatamente contiensi l' essere de gli huomini illustri antiqui & moderni, le cose & i fatti di eterna memoria degni, occorsi dal principio del mondo sino à questi nostri tempi. Prima editione. Con privilegi di N. S. Papa Giulo III. del serenissimo Senato Venetiano & de l' Excellentissimo Duca di Fiorenza. In Venetia appresso Francesco Bindoni. 1553. in fol.

Liber *perrarus*, quem author Cosmo Mediceo inscripsit.

GUETHL (Caspars) Augustiner eyn selig new jar von newen und alten gezeyten. Nyemandt beschwerlich, menigklich tröstlich, wye dann ann yem selbst lustig, also auch in heyliger Schriefft wol gegrundt, und fast nutzlich.

Stee, mussdt nicht fueruber traben,
will dye rechten griff an sagen
wye du magst den Turcken schlagen.

Gedruckt in der loeblichen Stadt Erffurdt. 1522. in 4.

Inscribit opus, *den wolgebornen und edlen Herren, Hern Gunthern, Hern Ernsten, Hern Hoyer, Hern Gebharten, und Hern Albrechten gebrüdern, und Vettern, Graffen und Hern zu Mansfelt, unnd edler Herr zu Heldrungen &c.*

———— Dialogus, oder gesprächbüchlein von ainem rechgeschaffen Christenmenschen, nie-

GUIDONIS Manipulus curatorum. — Explicit manipulus Curatorum, libellus utilis ac sacerdotibus necessarius: impressus Colonie per Conradum de Hombourcher ad laudem dei, & ad utilitatem ecclesie sue sancte. 1478. in 4.

Editionem Parisinam, non item hanc *Maittairius* refert. Author opus nuncupat *reverendo in Christo patri ac domino d. Raymundo divina providentia sancte Valentie sedis episcopo:* ejusque judicio subjicit. *Hec ego*, ait, *attente, & vigili meditatione perpensans, sequens opusculum de instructione neophitorum curatorum composui, rudi quidem stilo, sed utili non curans de verborum ornatu, sed de animarum commodo & profectu, quod quidem opusculum ad vos, qui estis sancte ecclesie sue luminare preclarum - - duxi humiliter destinandum, ut lima correctionis vestre politum prodeat in publicum.*

GUILANDINI (Melchioris) Borussi R. de stirpibus aliquot, epistolæ IV. Conradi Gesneri Tigurini I. Ejusdem Guilandini ad illustr. C. Nicolaum a Salmo &c. *Munucodiatta*, hoc est, aviculæ Dei descriptio. Addita est Patricii Andr. ad Gabrielem Fallopium præfatio. Patavii apud Gratiosum Perchacinum. 1558. in 4.

——— Apologiæ adversus Petrum Matthæolum liber primus, qui inscribitur, Theon. ibid. apud eund. 1558. in 4.

Vogt, & biblioth. Thomasiana hoc, & prius scriptum inter *rarissima* collocant.

GUILERMI Parisiensis Rethorica divina de oratione domini. Libri sancti *Effrem* de compunctione cordis. Judicio dei & resurre. beatitudine anime. penitentia. luctamine spiritali. die judicii. in fol. sine l. & anno.

Typus illi simillimus, qualem Martinus Flaccus Argentinæ. anno 1502. in IV: Parte operum Gersonis adhibuit, cui etiam opus hoc utrumque adjectum est. Prologus biographiam, & opera Guilermi exhibet, quæ cum non sint accurate ab aliquibus quos ad manum habeo, in censum vocata, libuit mihi quædam exscribere. „ Guilermus episcopus parisiensis doctor „ profundus & unctus, ex cujus schola velut ex uber- „ rimo fonte sapientie innumerabiles preclarissimi vi- „ ri emersere: preter eximios laborum suorum fru- „ ctus, bibliotece ecclesiastice plurimos & preciosos „ librorum thesauros adjecit. Exposuit nempe lucu- „ lenter & singulari more, *Psalterium: proverbia* „ *Salomonis: Ecclesiasten*, *Cantica canticorum*, & „ *Mattheum evangelistam.* Edidit opus magnum & „ insigne *de universo*: cujus sex partes sunt, quarum „ tres prime de universo corporeo, relique vero de „ universo incorporeo, seu spirituali latissime tra- „ ctant. Composuit & *Rhetoricam divinam*, opus sin- „ gulariter devotum, in cujus conscriptione cala- „ mum in corde tinxit, cujus lectioni sedule se qui- „ vis ecclesiasticus, cujus peculiare officium orare „ est, dare deberet. Quis enim mechanicus sue vo- „ cationis & artis industriam non concupiscit habe- „ re. Tractatum etiam de *primo principio*, quod „ Deus est: tractatum de *Trinitate*, & notionibus „ ac predicamentis in divinis. Tractatum, *cur Deus* „ *homo*: librum de *Sacramentis* magnum, cui non „ est similis alter. Tractatum de *animabus humanis* „ commendatissimum. Tractatum de *bono & malo*:

„ librum de *fide & legibus*. Summam de *virtutibus*, „ *& moribus*, *de vitiis & peccatis*, *ac meritis*, *&* „ *retributionibus*. Tractatum de *operibus*, *ac mira-* „ *bilibus virtutum*. Tractatum de *laudibus patientie*. „ Tractatum de *dono scientie*. Tractatum de XXX. „ *remediis temptationum*. Tractatum de *vocatione* „ *ad beneficia Ecclesiastica*, & de *pluralitate benefi-* „ *ciorum in unitate persone*: in quo divini honoris „ zelotissimum se fuisse declarat. Tractatum de *clau-* „ *stro anime*, opus multa brevi sinu continens. De- „ clamatorios sermones *Exhortationum popularium*, „ & alios libros, & tractatus complures, qui totales „ ac tanti sunt, ut sanctos doctores Thomam & Bo- „ naventuram in sapientie eminentia a plerisque do- „ ctissimis viris vel equare, vel antecellere judicen- „ tur. „ Hæc prologus, qui addit, Guilermum anno 1227. Bartholomæo Parisiensi episcopo defuncto in cathedra Pontificali successisse. Possidemus idem opus eodem titulo in forma 4. sine l. & a.

GUILLERMI Postilla super epistolas & evangelia de tempore, sanctis, & pro defunctis: ere & arte nova impressa: cum quadam notabili interlineari hactenus invisa, cujusdam viri religiosi pro scholasticis exarata: directorioque alphabetico adornata.

Perge ad eos, quibus incumbit pastoria cura,
Ne pecus ignavum tesqua per alta ruat.
Devia vitabit plæbs nescia, te duce, cuncta,
Et properat recto ad regna beata pede.

Finit expositio super Evangelia &c. jam jam recenter ex officina providi viri Adam Petri de Langendorff civis Basileensis, impressoriæ artis

Editio *prima, & rarissima.* Præfantur ad lectorem *Marquardus de Stain* Ecclesiæ Bambergensis Præpositus, *Mattheus Marschalck, Bernhardus, & Chunradus Adelman de Adelmansfelden* Canonici, *Chunradus Peutinger*, ac *Georgius Herbart* Augustani. Subjungit C. C. (Conradus Celtis) carmen in Ligurinum, cujus etiam reor esse argumenta in X. libros metro heroico conscripta. Monet Rittershusius *Ligurini* non esse authoris, sed operis, nomen, propterea inditum, quod Friderico Aenobarbo res cum Mediolanensibus, qui & Ligures, ut plurimum fuerit. Operis dedicatio per Peutingerum Maximiliano I. facta in fine addita est, quam sequitur ejusdem Peutingeri dissertatio de genere, & posteris Friderici, tum errata typica, quæ duo integra folia, & partem tertii complent. Abhinc vero ista: *Felici fine completus Ligurinus, & per universam Germaniam & ejus publica gymnasia jam notus: & juventuti germanicæ ad legendum & enarrandum prebitus primo Vienne per C. C. Friburgi per Hieronymum Baldung: Duhingi per Heinricum Bebelium, Ingolstadii per Jacobum Philomusum, Lipsi per Hermannum Bostium, qui in predictis gymnasiis publico stipendio Romanas litteras foeliciter profitentur.*

Teneo te Europa, & tota Germania.

Adjecta in fine est, fine dubio ipsi operi præfigenda, icon, quæ Apollinem in Parnasso ad laurum cum fidibus assidentem refert: hunc Musæ, fons Bellerophontis, Oreades, Dryades, Bachus, Actæon, & Sylenus stipant: in superiori margine visitur utrinque templum Minervæ, & Dianæ; & inter utrumque hoc hexastichon.

Hic tibi Bache pater rauco sonat ære Cytheron,
Hic Helicone sacræ sunt tibi Phoebe domus.
Hic habitant claris Nymphæ Libetrides antris,
Hic est Pieridum Thespiadumque domus.

Hic fons conspicuus vatum celeberrimus undis,
Gorgoneus celeri quem pede fecit equus.

Altera icon aversam dedicationis Peutingerianæ faciem occupat, quam, quoniam minutus jam esse coepi, itidem describam. Sapientia throno insidet, d. libros, s. Sceptrum gerens. Supra, hæc est epigraphe. *Sophiam me Græci vocant; Latini sapientiam. Egipcii & Chaldei me invenere, Græci scripsere, Latini transtulere, Germani ampliavere.* Infra thronum tetrastichon.

Quicquid habet coelum, quid terra, quid aer, & aequor,
Quicquid in humanis rebus & esse potest.
Et deus in toto quicquid facit igneus orbe
Philosophia meo pectore cuncta gero.

Dextrum throni latus exhibet: πρῶτα θεὸν τίμα: sinistrum vero: πᾶσσ δίκαια νέμειν: stola a collo ad talos deflua rudibus litteris ista: Θ. Υ. Ασ. Γεο. Αρ. Ρετ. Λο. Γρα. Φ. Cum, quid hæc sibi vellent, hærerem, monitus sum a *RR. D. Joan. Bapt. Molnár* Senatus Regii Academici Consiliario, & politiorum litterarum Directore, Canonico Sabariensi, facto ab ima parte initio hæc legi oportere. Itaque verisimiliter indicare Φ. φίλει. Γρα. γραμματικήν. Λο. λογικήν. Ρετ. ρετορικήν. Αρ. αριθμητικήν. Γεο. γεογράφιαν. Ασ. αστρονόμιαν. Υ. ὑπὲρ (πάντα). Θ. θεολόγιαν.

Thronus ipse serto circumdatus est, cui insunt quatuor iconum protomæ. Supra thronum *Ptolomoeus* cernitur: perigraphe: EGIPCIORVM SACERDOTES ET CHALDEI. Subtus, *Cicero*, & *Virgilius* uno vultu: inscriptio: LATINORVM POETAE ET RHETORES. Intuentibus dextrorsum *Plato*: inscriptio: GRECORVM PHILOSOPHI. Sinistrorsum *Albertus*: epigraphe: GERMANORVM SAPIENTES.

Ejusdem editionis exemplar in nostra quoque Bibliotheca exstat, sed sine iconibus: cujus possessor magnopere adhæsit in illis Libri I. versibus:

Saxones, & quorum Ribuaria nomine tellus
Vestualiæque urbes, & Norica rura regentes,
Allobrogumque duces coeunt, Cymbrique feroces
Quos persusa suo pugnax Germania Rheno
Misit, & a magno tellus signata Luthero.

Ratus *Lutheri* nomine *Martinum* intelligi, ex quo capite etiam totum, quid quid id poematii est, putabat suppositum esse. Quod ea de causa memoro, ut in comperto sit, quam levi sæpe momento quidam critici ducantur.

GYRALDI (Jo. Bapt. Cynthii,) Ferrariensis Poematia. Basileæ in officina Roberti Winter. 1540. Mense Martio. in 8.

Accensetur *rarissimis* in catalogo biblioth. Sarrazianæ. Continentur eo, Epicedion D. Alphonsi Estensis Principis: Hercules Estensis Dux salutatus: sylvarum Liber unus cum Coelii Calcagnini hymno ad D. Hieronymum: Eclogæ aliquot: Elegiarum liber unus: Epigrammatum libb. II. Non nulla de partibus corporis humani, ejusdem de imitatione epistola, Calcagnini de eadem re commentatio, & Lilii Gyraldi epistola. Inter epigrammata illud Lib. I. pag. 152. de Carolo V. elegans est, ac, nisi fallor, victoriam Tunetanam designat.

Ut Carolum vidit victorem Juppiter, huncque
Et terra, & toto ponere jura mari:
Infelix, dixit, tu nobis proximus unus;
Astra mihi parent; cetera Caesar habes.

Joan. Briardi Athensis, non minus doctæ, quam argutæ. Lugduni apud Guliel. Rovilium. 1546. in 8.

Bauer editionem Lovaniensem anni 1518. & Parisinam anni 1531. *rarissimis* adnumerat: nec nostra facile obvia est.

HADRIANI Tituli S. Chrysogoni S. R. E. Presb. Cardinalis Botoiensis, de sermone Latino, & modis Latine loquendi. Ejusd. venatio ad Ascanium Cardinalem. Item, iter Julii II. Pont. Rom. Parisiis apud Simon. Colinæum. 1528. in 8. M.

Liber *rarus*. Bibliotheca Sarraziana apud Bauer editionem Parisinam anni 1534. solum memorat.

HALY Albohazen, filii Abenragel Liber in judiciis Astrorum. — Finit feliciter liber complectus in judiciis stellarum, quem composuit *Albohazen Haly* filius Abenragel: bene revisus, & fideli studio emendatus per dominum *Bartolomeum de Alten de Nussia Germanum*: artium & medicine doctorem excellentissimum. Impressus arte, & impensis Erhardi Ratdolt de Augusta: regnante Johanne Mocenico Duce Venetiarum. Anno dominice incarnationis Domini 1485. quarto nonas Julii Venetiis. in fol.

Operis traductionem prologus his verbis explicat: *Hic est liber magnus, & completus, quem Haly, Abenragel filius, summus astrologus composuit de judiciis astrorum: quem YHUDA filius MUSCE precepto domini ALFONSI Romanorum, & Castel-*

le Dei gratia regis illustris transtulit de Arabico in maternum, videlicet Hyspanicum idioma, & quem Egidius de TEBALDIS Parmensis, aule imperialis notarius una cum Petro de REGIO ipsius aule prothonotario transtulit in Latinum. Ipsum opus in Partes VIII. tributum est, & in capita cum rubricis divisum. Postremum, quod extra seriem est, agit de *Cometis*, & horum *significatione*, quod hic, ut authoris genius, & ævi illius mos in aperto fit, exscribo. „ In libro meo non posui Capitulum istud, nisi „ postquam ipsum expertus fui veridicum in morte „ filii *Abenhoceyn*, & in morte *Zaet*, filii *Abenhazron*, tamen antequam experirer, non tenebam, „ nec credebam, quod haberet significationem, nec „ efficaciam aliquam. Dico igitur, quod, quando „ aliqua stella cadit ab *Ariete* ad similitudinem, quasi „ scindat celum, & dimittit suum signale, significat, quod morietur *rex Christianorum* : & quod „ interfectiones, & gverre erunt in terra *Babylonie*. „ Et si casus ille fuerit de *Tauro*, significat, quod „ multe civitates depopulabuntur in terris *Christianorum*, & accidet mortalitas in terra *Babilonie*. „ Et si casus ille fuerit de *Geminis*, significat, quod „ accident rixe in terris *Christianorum*, & morietur „ rex *Egypti*, & regnabit loco ejus homo formosus, „ & appositus, & mortalitas & infirmitas accidet in „ terra *Persie*. Et si casus ille fuerit de *Cancro*, significat, quod accident in terra rixe, interfectiones, „ & *filius regis* morietur in lite, & brevi tempore „ morietur *rex*. Et si casus ille fuerit de *Leone*, significat, quod *rex* morietur, & letabuntur inimici „ ejus, & exibit de climate *Babylonie*, qui adversabitur regi, & faciet damnum. Et si in *Virgine* „ fuerit ille casus, significat, quod ille rex *Egypti* „ suos interficiet inimicos, & accident ei multe gverre. Et si casus ille fuerit de *Libra*, significat, quod „ populus faciet malum regi, & *proditiones* cooper-

„ tas. Et si casus ille fuerit de *Scorpione*, significat,
„ quod erunt multe *combustiones* aeris in terra, &
„ minuentur *aque fluviorum*. Et si de *sagittario* fue-
„ rit ille casus, significat, quod accident in terra
„ *Babylonie*, & in terra *Baldach* epydemie, & mor-
„ talitates, & quod ibi morietur rex. Et si casus ille
„ fuerit de *Capricorno*, significat, quod accidet in
„ terra *Methe*, & in terra *Alahor* multum mali per
„ lites, & id, quod eis assimilatur. Et si casus ille
„ fuerit de *Aquario*, significat, quod insurget *homo*
„ *derisus*, & appodeabit se in regno, & durabit in
„ eo modicum, & postea accident multe *interfectio-*
„ *nes fortes*. Et si casus ille fuerit de *Piscibus*, signi-
„ ficat, quod rex faciet in populo *justicias*, & recti-
„ tudines, & significat salvationes, & multas aquas:
„ & quod futurum est, melius novit Deus. „ Postre-
mum id ut est certissimum, ita ex toto hoc capite
etiam optimum est.

HAMMILTONI (Archibaldi,) Calvinianæ Confusionis demonstratio, contra maledicam Ministrorum Scotiæ responsionem, in duos divisa Libros: quorum prior proprietatum veræ Ecclesiæ evictionem: posterior earundem in hypothesi ad res subjectas applicatarum contentionem continet. Parisiis apud Thom. Brumennium. 1581. in 8.

Primum Librum nuncupat Scotorum reginæ, ejusque filio: alterum *Jac. Betonio* Glasguensi archiepiscopo, Scotorum reginæ in aula Gallica Oratori. *Liber raro obvius*.

HARDEWIGI (a Dassel) Imperatorum, ac Cæsarum Romanorum ex florentissima, & vetu-

stissima Archiducum Austriæ familia oriundorum, breves & accuratæ descriptiones ex optimis quibusque Historicis contextæ. Quibus adjecta sunt eorum symbola, Eteosticha item, diem natalem, electionis, & obitus singulorum Imperatorum indicantia. Anno Christianæ salutis 1590. Hamburgi typis Jacobi Wolfii in 8.

Libellum, præsertim apud nos, *valde rarum* author Rudolpho II. Imp. dicavit. Præter ea, quæ in titulo pollicitus est, proles etiam diligenter recenset: symbola fere plerorumque carmine reddit, ut illud Friderici III. *Rerum irrecuperabilium felix oblivio* in hunc modum:

Irreparabilium felix oblivio rerum.

Erat id Friderico ita in deliciis, ut illud monogrammate exprimi jusserit, quod lapidi incisum in vetere arce Laxenburgi ante octo annos vidi.

HARMONIA Confessionum fidei Orthodoxorum & Reformatorum Ecclesiarum, quæ in præcipuis quibusque Europæ regnis, nationibus, & provinciis sacram Evangelii doctrinam pure profitentur, quarum catalogum & ordinem sequentes paginæ indicabunt. Additæ sunt ad calcem brevissimæ observationes, quibus tum illustrantur obscura, tum quæ in speciem pugnare inter se videri possunt, perspicue, atque modestissime conciliantur, &, si adhuc controversa manent, syncere indicantur. Quæ omnia Ecclesiarum Gallicarum, & Belgicarum nomine subjiciuntur libero,

& prudenti reliquarum omnium judicio. Genevæ apud Petr. Santandreanum. 1581. in 4.

Opus *rarum* teste Theophilo Sinceto pag. 325. & Clement Tom. VII. pag. 257. qui id titulo *Confessionis* recenset.

HARTLIEB (Johan.) Christlicher, und kurtzer Bericht von dem hochwürdigen Sacrament des Altars aus der ersten Epistel an die Corinther am eilfften gezogen. Gedruckt zu Eberaw in Ungern bey Hans Manuel. 1590. in 8.

Liber ob locum, in quo editus est, *perquam rarus*, nec facile in Hungaria obvius.

HARTNACCI (Dan.) Bellorum, quæ Christianos inter & Turcas gesta sunt, incrementorumque, & decrementorum utriusque partis conspectus. Quibus accessit Liberatio Viennæ, expugnatio Neuheusolii, atque Budæ. Hamburgi impensis Gothofredi Liebezcit. 1687. in 4. *Liber infrequens.*

HASFURT (Joan.) Virdungi, nova Medicinæ methodus, curandi morbos, ex Mathematica Scientia deprompta. Excusum Hagenoæ per Valentin. Kobian. 1513. in 4.

Editio *rara*, nec *Maittairio cognita*. Bibliotheca Salthenianа editionem Ettelinganam anni 1532. indicat.

HAVENSII (Arnoldi,) Speculum Hæreticæ crudelitatis, in quo tam veterum, quam recentium hæreticorum ingenia, mores, immanisque

sævitia, in Antistites maxime, ac religiosorum hominum familias variis in locis designatæ, propriis suis coloribus depictæ exhibentur. Colon. apud Servatium Erffens. 1608. in 8. *Liber rare obvius.*

HAUERI (Georgii) Turschenreutensis Puerilia Grammatices. Augustæ Vindelicorum apud D. Ursulæ ad Lichum per Silvanum Otmar. 1514. in 4. *Nec hæc Maittairio memorata est.*

HAYMONIS Episcopi Halberstattensis, commentariorum in apocalypsin beati Johannis Libri VII. jam primum in lucem editi, & ad multorum scriptorum Codicum fidem castigati. Coloniæ ex officina Eucharii. 1529. in 8.

Scripta Haymonis omnia, ut Vogt, & Gerdesius testantur, *raris* adnumerari solent.

——————— In XII. Prophetas minores enarratio. Ejusd. in Cantica Canticorum commentarius antehac emissus nunquam. ibid. procurante M. Godefrido Hittorpio, cive & bibliopola Coloniense. 1529. Adolpho Ringo, Arnoldo Segenio Coss. in 8.

Apud Bauer irrepsit typi error, dum anno 1529. supponit annum 1526.

——————— In Isaiam Prophetam longe exactissima commentaria nunc primum typis excusa, non sine accuratissima plurimorum pariter, & vetustissimorum exemplarium collatione. ibid. 1531. in 8.

HAYTHONI

HAYTHONI (Armeni) Historia orientalis; & huic subjectum *Marci Pauli Veneti* Itinerarium: item Fragmentum e speculo historiali *Vincentii Belvacensis* ejusdem argumenti. Accedit *Reineri Reineccii* appendix ad Haythonum. Helmæstadii. 1585. in 4. M. *Editio rara.*

HEBEDIESU Metropolitæ Sobensis, catalogus librorum Chaldæorum, interprete Abrahamo Ecchellensi Maronita, qui & Notas addidit. Editio hæc post Romanam est altera, sed majoris nunc lucis ergo distincta passim numeris. Moguntiæ typis Nicolai Heyllii. 1655. in 8.

Romana prodiit anno 1653. typis Sac. Congreg. de propaganda fide, in 8. una cum syro textu, qui Moguntinæ editioni deest: abest etiam a nostro exemplari Allatii ad Joan. Christianum L. B. de Boineburg de perpetua consensione Latinæ, & Græcæ Ecclesiæ, concordia nescio cujus improtana manu avulsa, cum tamen integer frontis titulus eam videatur indicare, qui hic est: *Concordia Nationum Christianarum per Asiam, Africam, & Europam, in fidei Catholicæ dogmatibus, apud borealis Europæ Protestantes deseri contra fas pronuper coeptis indicata, ab Abrahamo Ecchellensi Maronita, & Leone Allatio Græco. Juncta sunt Bartholdi Nihusii duo ad Protestantium eorundem Academicos programmata.* Hæc libello nostro initium faciunt: tum is, quem exscripsi, titulus Hebediesu, ac Ecchellensis præfatio sequitur, quam excipit authorum, quos Catalogus repræsentat, tabula alphabetica. Correctior, auctiorque prodiit in Jos. Simonis Assemani Biblioth. Orientali Clementino-Vaticana Tom. III. Part. I.

instituendæ, augendæ, ornandæque Bibliothecæ cura, studioque proximum a Ptolomæo Aegyptio locat. Sed id nec hujus loci, nec temporis est. *Editio princeps & perrara.*

HELMESII (Henr.) Germipolitani, captivitas Babylonica *Martini Lutheri* ex ipsissimis Sac. Scripturæ sententiis plane dissoluta. Aeditio prima. Colon. apud Jasparem Gennepæum. 1557. in 8. *Liber rarus.*

HELMOLDI Presbyteri Bosoniensis, & *Arnoldi Lubecensis* chronica Slavorum. Henricus Bangertus e MSS. codicib. recensuit, & Notis illustravit. Sumptibus Statii Wesselii. Lubecæ. 1659. in 4.

Notam *raritatis* ei tribuunt Vogt, bibliotheca Feuerlini, & Freytag, qui de duabus aliis editionibus, quæ nostram præcesserant, copiose agit, omnibus tamen præfert quartam, quam Leibnitius cum eruditis commentariis Tom. II. Scriptor. rer. Brunsvic. inseruit.

HELTAI (Casparis) Historia inclyti Matthiæ Hunyiadis, regis Hungariæ augustissimi. Claudiopoli in Transsilvania. 1565. in fol.

Liber in ipsa quoque Hungaria *perrarus.* Præfatur Basilius Fabritius Szikszoviensis, præfationem sequuntur variorum carmina. Opus ipsum bifariam dividitur, prior pars ex dec. III. Libb. IV. VII. & sequentibus Bonfinii conflata est: altera ejusdem Bonfinii Dec. IV. Libros VI. prius nondum editos, continet. Id unum fere illic Heltai est, quod Mathiæ regis originem a Sigismundo Imp. repetat. Author ex Catholi-

ço factus est Augustanæ Confessionis Socius, tum ad Çalvini asseclas transiit, istorum doctrinæ pertæsus Unitariis se associaverat. Sunt quoque, qui illum ad Hebræos transitionem fecisse suspicentur, quod ego in medio relinquo. Quam scurrilis in Romanos Pontifices fuerit, ipse hic liber non uno loco docet. Sicubi enim de iis narratio occurrit, fere inversis litteris contra omnem typi rationem utitur. Eccum specimen! „ Pius enim Pontifex, Pater fideliumque, pastor „ verus Ecclesiæ, qui ne minore quidem animi „ magnitudine, quam pietate præstaret &c. „

Heltai (Casp.) Chronica az Magyaroknac Dolgairul &c. sive, Chronica de rebus Hungarorum, inde a primo ex scythia in Pannoniam adventu &c. Claudiopoli, Typis ipsius Authoris 1575. in fol. M.

Opus apud nos quoque *valde rarum* ex Bonfinio, aliisque Scriptoribus maximam partem conflatum est. De Mathia tamen Corvino multa, quæ aliis præterita sunt, nescio unde, depromat. Illud, quod pag. 177. affert, pene fidem superare videtur. Nempe, regem splendidissimam potius urbem, quam Lycæum, infra Budam molitum esse, partemque operis jam e fundo fuisse eductam, in quo XL. millia studiosorum non solum litteris operam dare, sed habitare etiam extra aliorum consortium possent.

Henlin (Joan.) Tractatus super: *Salve Regina*: Materia pro umbone valde utilis. Per modum sermonum collecta a ven. patre domino *Johanne Henlin* Sacre Theologie Lectore, ordinis predicatorum Noriburgo concionatorem. — Finit Tractatus super: salve regina: compendiosus, elegansque, emendatus quam accuratissime.

Impressus Noriburgo A. B. anno salutis nostre 1502, XVI. Febr. in 4.

Ad calcem additur hymnus ad Virginem Deiparam, *erumnarum hujus temporis deprecativus Joannis Laterani Norici, sub melodia:* Ut queant laxis: *vel*, Iste Confessor. *Liber aliis rarissimus, nec a Maittairio memoratus.*

HENNINGI (Marci) Augustani, Nova, & succincta, vera tamen Historia de amplissimo, potentissimoque, nostro quidem orbi hactenus incognito, sed perpaucis abhinc annis explorato regno, China &c. Francof. ad Moenum. 1590. in 8. M. *Scriptum perrarum.*

HENRI II. Recueil des choses memorables avenues en France sous le regne de Henri II. Francois II. Charles IX. Henri III. & Henri IV. depuis l'an M. D. XLVII. jusque au commencement de l'an. M. D. XCVII. Troisiesme edition. Contenant infinies merueilles de nostre siecle. Avec deux indices. Discite justitiam moniti, & non temnere Christum. A Heden. 1603. in 4.

Quamquam ordine tertia sit editio, *rara* tamen: authorem libri quidam Theodorum Bezam, alii Franciscum Hottomanum faciunt, plerique tamen consentiunt, partum esse Joannis de Serres, cujus supra in articulo *Gallia* memini.

Pro HENRICO II. rege Francorum justa defensio adversus impudentissima mendacia Cæsarianorum. 1552. in 4. sine loco. M.

Pont. Max. in quibus de sua ad Ecclesiæ unitatem accessione, novorumque dogmatum omnium abjuratione facta testatur, atque hoc idem paulo post per Legatum ad urbem missum confirmavit, *Anno* 1572. *datum Parisiis* 3. *die Octobris.* Item: *Antitheses primariæ eorum, qui Lutheri doctrinam sequuntur, & Calvinistarum in universa justificationis doctrina.* Item: *sequuntur insignia quædam mendacia unius Calvini circa Theologicam de justificatione doctrinam.* Item: *Confessio, & subscriptio singulorum Professorum Academiæ Francofordianæ in novam concordiæ formulam a sexviris illis conscriptam.* Subscripti autem sunt numero XVIII. Item: *Copia litterarum Electoris Brandeburgici ad Doctorem Chemnitium de Navarrica Legatione.* Datum est: *Coloniæ ad Spream* 20. *Januarii* 1584. Item: *Responsum Chemnitii illustriss. Principi ac D. D. Joanni Georgio Marchioni Brandeb. &c.* Hujus responsi datum est: *in Brunschwich* 24. *Jan.* 1584. Item: *Copia litterarum Legati Navarrici ad Imp. Maiestatem, qua se, suamque Legationem purgare nititur.* Signata est epistola, *Verdæ* 6. *April.* 1584. Item: *Regis Navarræ. Credentiales ad Imp. Maiestatem pro audiendo Segurio Legato. Neraci* 15. *Julii.* 1583. Item: *Mandata, ex quorum formula cum invictiss. & potentiss. Princ. ac D. D. Rudolpho Dei gratia Rom. Imp. semper Aug. Rege Hungariæ &c. nostro nomine acturus est D. Jac. Segurius Pardalianus, a nobis, Henrico Dei gratia rege Navarræ, Principe Bearniæ &c. ad Cæs. Majestatem ablegatus, Neraci* 15. *Julii* 1583. Caroli IX. epistola, cujus supra mentio facta est, in hæc verba exarata fuit. „ Quia fide di-
„ gnorum relatione ad nos pervenit, varios rumores
„ malitiose contra nos spargi, de processu in Admi-
„ ralium, & asseclas suos instituto, quasi vero in eo
„ fidei nostræ obliti fuerimus, quod quidem ad sum-

„ mum Coronæ, regnique nostri dedecus vergere,
„ omniumque erga nos odium concitare queat, ideo-
„ que intermittere non potuimus, quin de rei hujus
„ veritate, & caussis ad Dil. vestram etiam propria
„ manu perscriberemus, cui nostræ explicationi, &
„ nulli alteri famæ, etiam millies, & a quocunque
„ alio factæ, fidem adhibebit, & apud omnes Natio-
„ nes, atque status, tamquam ipsissimam veritatem
„ defendendam suscipiet. Deum enim supremum om-
„ nium regem testem adducimus, nos 23. Augusti
„ nullam cogitationem, multoque minus ante practi-
„ cam ullam, quod falso insimulamur, cum istis no-
„ stris subditis, adversusque illos vel suscepisse, vel
„ fovisse. Ubi vero Admirallius noster 22. die Au-
„ gusti improviso fuisset sclopeto ictus, nosque de eo
„ intellexissemus, statim in propria persona ipsum vi-
„ sitavimus, consolatique sumus, declarantes, factum
„ hoc summopere nobis displicere, sicuti quoque man-
„ davimus, de authore, quanta fieri potuit diligen-
„ tia, inquiri, captumque gravissimo supplicio affici.
„ Inter hæc ex Admirallio auditum est, se non tam
„ suam lugere mortem, cum jam sit ætate gravi, dies-
„ que suos fere vixisse videatur, quam alios, quo-
„ rum multa millia ob hunc ictum interimenda sint.
„ Id vero nos tum ex dolore potius dictum existi-
„ mantes, gravius a nobis acceptum non est, eoque
„ consolato, & adhibitis ei nostris Medicis, ad pala-
„ tium redivimus, nihil mali suspicantes. Ipse vero
„ Admirallius non ita fuit quietus, moxque 23. Au-
„ gusti, vocatis ad se affine, cognatoque nostro, Re-
„ ge Navarræ, Condæo, & aliis suis affeclis, cum
„ iis secreto consilium init, eosque ita alloquitur: „
*Charissimi, & optimi domini, ex acerbo hoc meo ca-
su accipere potestis, quo in periculo hic simus. Cer-
tum ego scio, omnium vestrum vitam in præsentissi-
mo discrimine positam, ni propere vos vindicetis,
fideleque meum consilium sequuti, præsentem Navar-*

ræ regem, quod apud omnes ſtatus gratia & authoritate multum pollet, in Galliæ regem veſtrumque aſſumatis, & evehatis; id quod hac ratione inſtitui poterit. De ipſo rege Navarræ, cum in regio palatio habitet, nihil erit ſuſpicionis. Is igitur ad 27. diem Auguſti ſuis omnibus optime armatis, & inſtructis, regem cum conjuge, matrem, fratresque uno impetu adoriatur, e medio tollat, ſicque totam hanc familiam extingvat, aut certe teterrimis carceribus ſimul concluſos teneat. Hoc vero ut ſuccedat rectius; vos ceteri domini, & amici mei, ſic inſtituetis partes veſtras: ut Condæus interiorem regis cuſtodiam invadat, & opprimat, atque ita portam, pontemque aperiat, quam ad rem exteriorem Scotorum cuſtodiam ſibi habebit addictam: Capitaneus Pilierus pontem ad civitatem occupet, ne quis ex civibus ad palatium accurrere, regique ſuppetias ferre poſſit: ceteri vicum, locumque ſuis ædibus viciniorem quisque obſervet, ac tueatur: ſolus Montgomerius ſit extra civitatem ad S. Germanum, ubi per hos dies militem colligere, & vobis ſuccurrere in tempore queat. Et hoc in ſecreto vos ſervaturos, noctemque dicti diei exequuturos, mihi promittetis, & jurabitis: ſic ego lætior hinc migrabo, ubi regnum ad noſtros hæredes translatum videro. „ Hic habet Dil.
„ Veſtra proditoriam illam conſpirationem in ſangvinem, familiamque noſtram, inſtitutam, de qua ita ad nos pervenit. Catilinæ illi, ubi in horrendum illud latrocinium conſpiraſſent, & ab invicem diſceſſiſſent, affinem noſtrum, & jam vere fratrem, Navarræum, divina procul dubio bonitate ſic providente, tanta invaſit melancholia, ut omnes ejus actiones, & mores a prioribus penitus diſcreparent. Ex quo ſoror noſtra dilectiſſima Margarita, ejus Conjunx intelligere facile potuit, rem haud recte ſe habere: unde adducta ea cauſas hujus triſtitiæ quæſivit. Ad quod maritus poſt ingentia ſuſpiria,

„ manuum contorſiones, & ſublatos in coelum ocu-
„ los, rem, & inſtitutum Admirallii latrocinium de-
„ texit, his quoque verbis additis: „ *Omnipotens, ſempiterneque Deus! quomodo poſſem, aut deberem etiam in cor admittere, ut ſummos meos benefactores, ſed & propinquiſſimos cognatos tam proditorie interimam! Oro te per Deum dilectiſſima ſoror, indica hoc matri noſtræ, reginæ viduæ, ut ipſa de eo ad dominum noſtrum regem explicet:* „ id quod ſta-
„ tim quoque factum eſt; & nos e veſtigio regem
„ Navarræ, Condæumque ad nos vocavimus, qui hoc
„ ex ore ſuo nobis confeſſi gratiam rogarunt, quam
„ etiam conſecuti ſunt. Jam Dil. Veſtra, totusque
„ mundus judicet, ſi Admirallio quicquam, præter
„ quod juſtum fuit, acciderit, per quod vitam, &
„ regnum conſervavimus nobis, & malum punivi-
„ mus. Datum &c. „ Si epiſtola hæc genuina ſit, ut probabilius eſt, tunc quidem apud D. Voltaire permulta eorum hiant, quæ is Part. III. *verſuch einer allgemeinen Weltgeſchichte &c.* de Colignii, aliorumque cæde ſcribit.

Scriptum *rarissime obvium.* Datum illius hoc est: *Geben zü Londin aus unser Pfaltz bey Westminster am achten tag Aprilis, unsers Künigreichs im XXIX. jar.*

HENRICI Mediolanensis, veteris Poetæ, ac Philosophi de controversia hominis, & fortunæ Libri II. nunc recens ab interitu vindicati, & commentariis in lucem editi auctore *Cypriano* a *Popma* Phrysio. Colon. ex offic. Thedori Graminæi. 1570. in 8.

Author est seculi XIII. quippe qui opus suum Clementi IV. Pont. Max. dicarit. In ejus laudem præmittit elegiam Henricus Hoxarianus: hanc sequitur ad Zvichemum Consilii regis Hispaniarum præsidem dedicatio Popmæ qui in fine commentarium quoque subjungit. *Liber infrequens.*

——— Thomæ, Anatomia Confessionis Augustanæ instituta per omnes articulos, cui centum abhinc annis in lucem editæ, & a parente in cunabulis exstinctæ secularem nuper jubilum pro lesso accinuerunt. Friburgi Typis Theodori Meyeri. 1631. in 4. *Editio rara.*

HERACLIDAE Pontici de politiis libellus cum interpretatione Latina. Edente *Nicolao Cragio.* Apud Petr. Santandreanum. 1593. in 4. *Editio parum communis.*

HERBERSTEIN (Sigism.) L. B. gratæ posteritati actiones suas a puero ad annum usque ætatis suæ LXXIII. brevi commentariolo notatas

novæ aliquot Tabulæ, ſed multa etiam alia nunc demum ab ipſo authore adjecta ſunt. Baſil. per Joan. Oporinum. 1556. in fol. M.

Conjunguntur eodem paginarum tenore alia duo opuſcula: *Pauli* Jovii de Legatione Baſilii Magni Principis Moſcoviæ ad Clementem VII. Pont. Max. & *Georgii Werneri* de admirandis Hungariæ aquis, cum *Braſſicani* carminibus in laudem Herberſteinii.

HERBORN (Nicolai,) Monas Sacroſanctæ Evangelicæ doctrinæ ab Orthodoxis Patribus in hæc usque ſecula veluti per manus tradita. Abſterſæ ſunt foeculentiores *Franciſci Lamperti* Avenionenſis apoſtatæ aſpergines, quibus immaculatam Chriſti ſponſam impudentius foedare demolitus eſt. Ejusd. epiſtola ad *Minoritas*, quod optima apologia eſt, veteris vitæ emendatio. 1529. Coloniæ apud P. Quentel. in 8. *Liber ex rarioribus.*

HERCULANI (Joan.) Veronenſis, Expoſitio in primam Fenquarti canonis Avicenne. Venetiis per Philipp. Pincium Mantuanum. 1512. in fol.

Idem opus videtur Bauerus ex Bunemanno indicare, quod Venetiis anno 1565. in fol. prodiit. Noſtræ editionis nec hic, nec *Maittairius* meminerunt.

HERMOGENIS Tarſenſis Rhetoris de ratione inveniendi oratoria Libb. IV. latinitate donati, & ſcholiis explicati a *Joan. Sturmio.* Argent. 1570. in 8. *Liber rarus.*

HERMOGENIS Rhetorica, *Ausonii* Sophistæ præludia. Græce. Florentiæ apud Philippum Juntam. 1515. in 8.

Editio *rara*, cujus exemplar pluris, quam una libra Anglicana in auctione emtum esse, Harvoodus affirmat.

ΗΡΩΔΙΑΝΟΥ ἱστοριῶν βιβλία ή. Herodiani Histor. Libri VIII. cum *Angeli Politiani* interpretatione, & hujus partim supplemento, partim examine *Henrici Stephani* utrique margini adscripto. Ejusd. Henr. Stephani emendationes quorundam Græci contextus locorum, & quorundam expositiones. Historiarum Herodianicas subsequentium Libri. II. nunc primum græce editi. Excudebat Henr. Stephanus. 1581. in 4.

Operis præstantis editio *perrara*. Dicat id Stephanus *Philippo Sidneo*, dedicationem his versibus claudens:

Roma habuit facies, quas pauco in tempore multas
Cernere quisquis vult, has legat historias.
Qui titubantem vult Romam, tandemque cadentem
Cernere, præ cunctis, hos legat, historicis.

Libri II. qui Herodianicas subsequuntur, sunt *Zozimi* Comitis, & Exadvocati Fisci, quos Latine interpretatus est idem Stephanus.

——————— De Imperatorum Romanorum præclare gestis Libri VIII. græci, & latini. Et

propter prima discentium lingvas studia ita disposuimus, ut græca latinis e regione exacte per omnia respondeant, conferrique sine vel negotio vel impedimento possint: postremum nunc recognitione diligentiori castigati. Basileæ per Henrichum Petri. 1549. in 8.

Editus est liber curante Joanne Huobero, Medico Basileensi, cujus studio jam prius anno 1535. & 1543. prodierat. Hæc tamen editio, teste Clement, correctior prioribus est. Possideo ipse etiam editionem græco-latinam, quæ Argentorati 1644. in 8. apud Philip. Mulbium prodiit curante Jo. H. Boeclero, & ob hujus Notas non inutiles; tum Librorum in capita divisionem non temnenda est.

——————— Historiæ de imperio post Marcum, vel de suis temporibus Liber primus, e græco translatus Angelo Politiano interprete ad Innocentium VIII. Pontificem Maximum Prohoemium. Hæc rubro colore exscripta sunt. — Herodiani librorum octo de imperio post Marcum: vel de suis temporibus: Angelo Politiano interprete finis. Quod quidem opus novum, & aureum Plato de Benedictis acuratissime anno Domini M. CCCC. LXXXXIII. (1493.) pridie Kalen. septembres Bononiæ quam pulcherrimis his caracteribus impressit. in fol.

De editionis hujus *raritate* non est, quod moneam. Charta, & typus nitidissima sunt: Notæ marginales breviculæ, nulli pagg. aut folior. numeri, nullum

signum, ut dicitur, reclamantis, sola adest signatura: foliorum cum præfat. & dedicatione 64. Præfatur Politianus ad *Andream Magnanimum*, a quo codicem græcum acceperat vertendum. Quam brevi tempore id effectum dederit, illa indicant: *Accedit & illud*, inquit, *quod hoc mihi munus interpretandi, quasi levioris operæ fuit: utpote qui diebus pauculis dictaverim sic deambulans.* Suscepit autem id laboris hortatu Innocentii VIII. Pont. Max. Ita enim in dedicatione ad hunc: *Cum Romæ abhinc triennium ferme in comitatu essem Florentinæ legationis, quæ Tibi sancte Pater Innocenti Pont. Max. ad supremæ istius dignitatis fastigium nuper evecto gratulatum advenerat, memini abs Te mihi magna celebritate coram delegari, vertendi in latinam orationem Romanorum Principum res gestas, si quæ adhuc inter Græcorum monumenta nostris intacta hominibus reperirentur. - - - Occurrit autem in primis Herodianus hic excellens rerum scriptor, & qui diu in palatina versatus aula, affectæque jam ætatis historiam suis temporibus componere aggressus, neque eloquentiæ caruerit laudibus, & fidem tamen in primis, libertatemque retinuerit &c.* Quamquam quæ ad scriptoris hujus characterem attinent, malim, ut ex Photii bibliotheca quis sumat. Mirum autem est, quanti versionem Politiani homines eruditi fecerint. Eodem enim anno 1493. tertium Herodianus prodiit. Romæ die XX. Junii: Bononiæ semel, iterumque: primum pridie calen. Septemb. per Platonem de Benedictis, tum pridie calen. Octob. per Bazalerium de Bazaleriis. Exemplum nostrum olim fuit *Vincentii Longini*, ut scriptura primo folio adjecta docet. *Hunc codicem Vincentio Longino Leonhardus Wolhawer dd.* 1500.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ

ΗΡΟΔΟΤΟΥ λογοι εννεα, οιπερ επικαλουνται Μουσαι. Herodoti libri novem, quibus Muſarum indita ſunt nomina. Κλειώ Ευτέρπη Θάλεια Μελπομένη Τερψιχόρη Ερατώ Πολύμνια Ουρανία Καλλιόπη. Clio. Euterpe. Thalia. Melpomene. Terpſichore. Erato. Polymnia. Urania. Calliope. Ad hæc, Γεωργιου Γεμιστου, του και Πληθωνος, περι των μετα την εν Μαντινεια μαχην βιβλια β. Georgii Gemiſti, qui & Pletho dicitur, de iis, quæ poſt pugnam ad Mantineam geſta ſunt, libri II. Una cum Joachimi Camerarii præfatione, annotationibus, Herodoti vita: deque figuris: & qua uſus eſt dialecto: omnia in ſtudioſorum utilitatem diligenter conſcripta. — Baſileæ in officina Hervagiana, Menſe Martio, anno 1541. in fol.

Editio *rara*, & correcta. Præfatur Camerarius ad Georgium Principem Anhaltinum, narratque, quibus Magiſtris in diſcenda lingva græca uſus ſit, quantum profecerit ex Herodoti lectione, & qua hic methodo cum fructu ab aliis legendus ſit.

——— Ἱστοριῶν λόγοι Θ, ἐπιγραφόμενοι Μοῦσαι. Hiſtoriarum libri IX. qui inſcribuntur Muſæ. Cteſiæ quædam. 1570. Excudebat Henricus Stephanus. in fol.

Editio, ut Clement teſtatur, *perquam rara*; & Harvoodo dicitur omnium, quæ in genere Græcorum Claſſicorum apud Stephanos prodiere, *correctiſſima*.

——— Αλικαρνασσηρο· Ισορκῶν λόγοι θ, επιγραφομενοι Μοῦσαι. Τοῦ αυτοῦ ἐξήγησισ περὶ τῆς Ὁμή-

libris acceſſione, caſtigationeque ad græcum exemplar facta, id quod diligens lector conferendo facile deprehendet. Item de genere vitaque Homeri libellus, jam primum ab eodem Heresbachio e græco in latinum converſus. Utriusque translationem emendavit Sebaſtianus Caſtalio. Coloniæ apud Martinum Cholinum. 1562. in fol. *Editio infrequens.*

HEROLDI (Joan.) Orthodoxographia Theologiæ ſacroſanctæ, ac ſyncerioris fidei, Doctores numero LXXVI. Eccleſiæ columina, luminaque clariſſima, authores partim Græci, partim Latini, ob vetuſtatem & eruditionem venerandi, quorum quidam nulli hactenus viſi &c. Utinam hæc legant, cognoſcant, & ſequantur quicunque in his periculoſiſſimis temporibus Eccleſiaſtico funguntur miniſterio. Baſil. per Henric. Petri. 1555. in fol.

Opus ex aliorum ſententia *rariſſimum, & incaſtratum.*

HEROLT (Johannis,) Sermones diſcipuli de tempore per circulum anni, & de Sanctis. — Finit opus perutile ſimplicibus curam animarum gerentibus, per ven. & devotum *Johannem Herolt*, Sancti Dominici Sectatorem profeſſum, de tempore & de Sanctis, cum promptuario exemplorum, atque tabulis ſuis collectum, idcirco *Diſcipulus* appellatum, induſtria Anthonii Koburger incole Nurembergk quam diligenter ſic effigiatum,

HESIODI Opera & dies, Theogonia, Clypeus: Theognidis sententiæ: Sibillæ carmina: Musæi & Orphei opera. Græce. Florentiæ apud Benedictum Junctam. 1540. in 8. *Editio rarissima.*

——— Opera & dies, una cum duabus præfationibus, ac luculentissimis enarrationibus Philip. Melanthonis jam recens conscriptis. Græce. Francof. ex offic. Petri Brubachii. 1546. in 8.

Miror, Bauerum, qui bene multas editiones ex aliis refet, hanc penitus præteriisse.

——— Poemation de Herculis clypeo, jam recens Latino Carmine redditum, *Joan. Ramo de Goes* apud Austriacorum Viennam Græcæ Lingvæ Professore publico interprete. Græc. & Lat. Viennæ Austriæ apud Joan. Syngrenium. 1550. in 4.

Liber non facile *obvius*, nec scio, an ante hunc qui integer græcis litteris exscriptus sit, Viennæ prodierit. Possideo ipse etiam exemplum hujus editionis. Dicat id Ramus Nicolao Olaho Episcopo Agriensi R. Majest. per Hungariam & Bohemiam Cancellario: sequitur ejusd. octastichon interjecto ubique pentametro græco, ad Petrum Nannium: tum ad Joan. Hasenbergium Archiducum Austriæ præceptorem carmen græcum. Versionem latinam præcedunt epigrammata Nicol. Politæ, & Christoph. Coturnossii: hujus plus, quam illius, saporis habet.

——— Poema inscriptum Ἔργα καὶ ἡμέραι id est, opera & dies. Accedunt in idem brevia scholia *Jac. Ceporini*, per *Joan. Frisium* Tigu-

rinum aucta. Enarrationes item luculentissimæ una cum præfat. *Phil. Melanthonis.* Adjecta est etiam recens Latina interpretatio Joan. Frisii, qua verbum verbo quam propriissime redditur. Tiguri apud Christophor. Froschouerum. 1562. in 8. M. *Editio rara.*

Hessels (Joan.) a Lovanio, Probatio corporalis præsentiæ corporis, & sangvinis Dominici in Eucharistia, cum dissolutione eorum, quæ contra objiciuntur. Colon. ex offic. Godefridi Cervicorni. 1563. in 8.

Epistola nuncupatoria est ad Joan. Franciscum Commendonum, episcopum Zacinrium. Scriptum autem ipsum ex cristicis, ut solidum, ita etiam mira modestia temperatum, a Jöchero tamen, incertum, quam ob causam, prætermissum. Commentario data occasio est ex quæstione, quæ per id tempus agitabatur; an vox *Transubstantiationis* contra Berengarianos a Concilio Lateranensi recepta, posset propter hæreticos, vel quosdam Catholicos id postulantes, taceri, aut omitti, dum de veritate corporalis præsentiæ dominici corporis in Eucharistia tractatur.

Hessen: Copey, wie Landtgrave Wilhelm zu Hessen sich gegen der Keiserlichen Majestat verwarret. 1552. in 4. M. Sine loco. *Scriptum non facile obvium.*

——— Landgrevisch gemayn ausschreiben, Protestation, und Ursach, das sein F. G. neben ettlichen dess Reichs Churfürsten, Fürsten, und Stenden, in jungsten des Reichs zu Speyr be-

ſchehnen abſchyd, Chriſtenlichen glauben belangend, nit haben gehellen, noch bewilligen wöllen. in 4.

Sine loc. annus ad calcem ita exprimitur: *zu urkundt unnſers hierunden getruckten ſecrets am funfften tag May nach Chriſti unſers ſeligmachers geburt im* 1529. *jar. Das wort Gottes bleybt in ewigkait.* Quantum conjectura poſſum aſſequi, non errabo, ſi opuſculum hoc *rarioribus* accenſeam.

HESSI Eobani, operum farragines duæ. Francof. excudebat Petrus Brubachius. 1564. in 8.

——————— Bonæ valetudinis conſervandæ rationes aliquot. in 8. ſine loc. & an.

Epiſtolæ datum, ad Georgium Sturtiadan, eſt *Nurembergæ Cal. Nov.* 1532. Utriusque opuſculi editio inter *raras* cenſetur.

HESSUS (Simon) *Luthero* oſtendit cauſas, quare Lutherana opuſcula a Colonienſibus, & Lovanienſibus ſint combuſta. Id ipſum enim petit Martinus Lutherus in libello quodam, ubi rationem reddit facti ſui. Nam ob XXX. articulos erroneos in Papalibus libris inventos, Jus Canonicum ſe in flammas conjeciſſe ſcripſit. Item Dialogus *Simonis Heſſi*, & *Martini Lutheri* Wormacie nuper habitus, lectu non injucundus. in 4. folior. 21. ſine loco & anno.

Prioris datum eſt, *ex Zeringen pago Briſgaudiæ* 6. *Januarii* 1521. poſterioris indidem 30. *Maji* 1521. Bauerus ex biblioth. Feuerliniana Germanicam editio-

nem anni 1521. fine loco memorat, *rarisque* inferit. Utra prior fit, mihi incertum eft. Ambiguus libelli titulus ignaris facile poffet imponere, quafi Heffus hæc adverfus Lutherum fcripferit, cum re ipfa defendendum fufcipiat, caufas ludicras, & fatyris plenas reddendo, cur illius fcripta a Colonienfibus, & Lovanienfibus igni tradita fint.

ΗΣΥΧΙΟΥ ΛΕΞΙΚΟΝ, Hefychii Dictionarium. — Hagenoæ, in ædibus Thomæ Anshelmi Badenfis. Anno falutis 1521. Menfe Decembri. græce. in fol.

Bauer ex catalogo bibliothecæ Engelianæ Florentinam editionem anni 1520. & noftram *rariffimis* adnumerat. In hac præfatur Aldus Manutius ad Joan. Jacobum Bardellonum, data epiftola Venetiis menfe Augufto, an. 1514. In fine cernitur confuetum typographi fymbolum. Habemus aliud quoque exemplar, longiore tamen, quam prius, titulo. Is fic habet. *Hefychii Dictionarium locupletiff. ea fide ac diligentia excufum, ut hoc uno, ad veterum autorum fere omnium, ac poetarum in primis lectionem, jufti commentarii vice, uti quivis poffit, & plane nihil fit, quod ad rectam interpretationem defiderari hic queat.* in fol. fine loco & anno. Ceterum eadem Aldi præfatio, fed fine dato, idem typus & charta, lineæ lineis, verba verbis ad amuffim refpondentia, idem denique columnarum, geminis utrumque eft exfcriptum, numerus, qui utrobique in 776. definit, mihi argumento funt, id quoque ex officina Anfelmiana prodiiffe.

——————— Milefii, cognomento Illuftrii, de his, qui eruditionis fama claruere, Liber. *Hadriano Junio* Medico interprete. Græce & Lat.

Ex Bibliotheca *Joannis Sambuci* Pannonii Tirnaviensis. Antverp. ex offic. Christoph. Plantini Prototypographi regii. 1572. in 8. M.

Biblioth. Menckeniana editionem anni 1613. a *raritate* commendat, hujus contra non meminit. Græco Hesychio præmittit Sambucus epistolam nuncupatoriam ad Augerium Busbequium; in qua pollicetur inter cetera repurgatum Dioscoridem se vulgaturum : qui an prodierit, compertum non habeo. Certe inter tot editiones Dioscoridis, quas supra recensui, nulla Sambuci nostri fit mentio. Ad suam traductionem præfatur Junius ad Cornelium Bickerum Amstelodamensem, subditque in fine suas castigationes in Hesychium, ex quibus aliquot etiam Laertii loca consanantur.

HEVELII (Joan.) Selenographia, sive Lunæ descriptio, atque accurata tam macularum ejus, quam motuum diversorum &c. delineatio. Gedani authoris sumptibus, Typis Hünefeldianis. 1647. in fol. cum figg.

——————— Cometographia, totam naturam Cometarum &c. exhibens. ibid. Imprimebat Simon Reininger Authoris typis & sumptibus. 1668. in fol. cum figg.

——————— Annus Climactericus, sive rerum Uranicarum observationum annus 39. &c. ibid Authoris sumptibus, Typis Dav. Friderici Rhetii. 1685. in fol. *Hæc Hevelii opera apud nos rarius obvia sunt.*

HIEREMIÆ (Petri,) Sermones predicabiles de diverſis. Sumptibus Jacobi Britannici. 1512. in 4. ſine loco. *Liber parum vulgatus.*

S. HIERONYMI Cardinalis presbiteri Incipit prologus - - in libros vitas Patrum ſanctorum Egiptiorum, etiam eorum qui in Scithia Thebaida, atque Meſopotamia morati ſunt: non ſolum quos oculis vidit, maximoque labore conſpexit, verum & quamplura a fide dignis relata conſcripſit notabili diligentia. Denique aliorum etiam autenticorum libellos fideliter e greco in latinum tranſtulit, & ab aliis translata pro ſui perfectione huic operi inſeruit. — Anno chriſti nativitatis 1483. Nonas vero April. ob beatorum patrum profectum vitam heremiticam degentium geſta, quorum haud immerito memoriter ſunt commendanda. Opus *Vitaſpatrum* appellatum inſigne a quamplurimis excerptum codicibus per ſacrarum ſcripturarum viros admodum peritiſſimos ornatum. In oppido Nurenbergen per Anthonium Koburger oppidi prefati incolam quam compte impreſſum finit feliciter. in fol.

Editionis hujus meminit *Maittairius*, videturque, ut ex titulo conjicio, ad normam exemplaris anni 1478. quod idem Koburger, teſte Freytagio, edidit, excuſa, itaque *perraris* accenſenda eſſe.

———— In vitaſpatrum percelebre opus, oculos mortalibus, celumque aperiens.

Scandere celsa volens supremi sydera celi
Me planum lecto quisquis habebit iter:
Hic cernet magno celum subiisse labore
Antiquos: levior ad datur astra via.

Venundantur Lugduni abs Jacobo Huguetan in vico Mercuriali ad angiportum, qui in Ararim ducit. — Beatissimi Hieronymi Cardinalis presbyteri, Sancte Romane Ecclesie Catholice Doctoris precipui Libris, qui vitaspatrum inscribuntur, diligenter examinatis, vigilantique studio emendatis, atque per punctos & comata distributis nuper finis imponitur. Impressis Lugduni per honestum virum Jacobum Myt. 1515. die vero XVII. mensis Augusti. in 4.

Editio *rara*, nec Maittairio videtur cognita fuisse.

HIERONYMI (Eusebii) Stridoniensis Aepistolarum Libri, plurimis quidem quibus minoribus excusæ formis, & mendis, & mutilationibus squalebant, solutarum. Partes III. — Impressum fuit hoc opus Lugduni per magistrum Jacobum Saccon. Anno Domini 1518. die vero XXVI. mensis Octob. in fol.

Liber *rarus*. Annum 1518. Pars II. refert: tertia vero eundem annum quidem, sed diem XX. mensis Augusti, quod indicio est, ultimam partem præ secunda proelum deseruisse.

D. HILARII Pictaviensis Episcopi lucubrationes per Erasm. Roterodamum non mediocribus

lapii Liber I. Argentorati apud Joan. Schottum. 1533. in fol. *Liber infrequens.*

HIPPOCRATES de præparatione hominis ad Ptolemoeum regem nuper e græco in Latinum traductus a *Joan: Reuchlin* Phorcensi legum Imperialium doctore. — Finit Hippocrates de præparatione hominis, quem de græco in latinum transtulit Joan. Reuchlin Phorcensis legum Imperialium doctor, Cæs. Majestatis, archiducis Austriæ illustrissimorum Imperii Electorum, & cæterorum Principum in confoederatione Sveviæ judex ordinarius. 1512. XIII. Kal. Martias Tubingæ in ædib. Thom. Anshelmi Badensis. in 4. *Libellus ex rarioribus.*

———— Opera omnia Græce. Venetiis in ædibus Aldi, & Andreæ Asulani soceri. Mense Maji. 1526. in fol. *Editio rara.*

———— Libri omnes ad vetustos codices summo studio collati, & restaurati. Græce. Basil. apud Hieron. Frobenium & Nic. Episcopium. 1538. in fol.

Hæc a quibusdam Aldinæ editioni præferri solet.

HIRSCH (Sigefridi) Amussis Ferdinandea, ad problemata universæ Matheseos, & præsertim architecturæ militaris explicata. Monachii formis Nicol. Henrici. 1654. in 4. cum figg. *Liber raro obvius.*

HISTORIAE Augustae scriptores minores XIII. cum Jo. Bapt. Egnatii Veneti in Aelium Spartianum &c. annotationibus. Basileæ apud Joan. Frobenium Mense Junio. 1518. in fol.

Inscribit hos Des. Erasmus Roterod. Saxoniæ Ducibus Friderico Electori, hujusque patrueli Georgio, epistola Antverpiæ Nonis Junii an. 1517. signata. Biblioth. Solgeriana editionem Florentinam per hæredes Philippi Juntæ anni 1519. a *raritate* commendat: Sarraziana vero Aldinam ejusdem anni. Nostræ similem ipse etiam possideo.

——— Scriptores Latini minores. Additæ in eosdem adnotationes variorum. Opera Friderici Syllburgii. Tomi II. Francof. apud Andr. Wecheli heredes Cl. Marnium, & Joan. Aubrium. 1588. in fol.

Editio *rara* etsi non integra, cum Tom. III. nobis desit, qui ibid. anno 1599. prodiit.

——— Germanorum. Quisquis es gloriæ Germanicæ, & Majorum studiosus, hoc utare, ceu Magistro, libello. Excusum Tubingæ apud Hulderichum Morhardum mense Augusto. 1515. in 8. M.

Authoris nomen nuspiam est proditum: re autem vera, est *Lamberti Schaffnaburgensis*, princeps, eaque *rarissima* editio.

——— Necis Petri Loysii Farnesii. Honestissimæ sententiæ Gonzagæ narratio, quæ convenit cum veteribus exemplis, quorum alterum ab Augustino descriptum, alterum recitatur in

mine, & cura morbi gallici, vulgo, *Malafranczos.* Argent. per Joannem Schottum. 1514. in 4.

Editio *rara*, & a Maittairio, aliisque, quod sciam, omissa.

HOCQUARDI (Bonavent.) Perspectivum Lutheranorum, & Calvinistarum, ad confirmationem Orthodoxorum, & confusionem hæreticorum. Partes II. Viennæ 1649. in 8.

Liber, ut Bauer ex catalogo bibliothecæ Salthenianæ notat, *rarior.*

HOLDERI (Wilhelmi) Calvinianus candor: hoc est, de eximia pietate, fide, doctrina, & modestia *Theodori Bezæ* Genevensis Theologi, qui Calviniani dogmatis fascino dementatus, alios etiam dementare conatur. Calvinianum symbolum. Es. 28. *Posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus.* Tubingæ 1582. in 4.

——— Cuculus Calvinisticus. Tubingæ excudebat Georgius Gruppenbachius. 1585. in 8. *Uterque liber apud nos raro obvius.*

HOLKOT (Roberti,) Lectiones sacre super sapientia Salomonis. Spire excudebat Petrus Drach. 1483. in fol.

Vetustiorem hactenus editionem nuspiam recenseri me legisse memini: forte hæc princeps omnium sit. Possidemus quoque editionem Basileensem anni 1489. in fol. Utraque inter *perraras* locum habet. Laudant aliqui etiam editionem anni 1511. apud nos paululum vetustior exstat in fol. in cujus fine hæc leguntur:

Opus preclarissimum Roberti Holkot viri doctissimi ordinis fratrum predicatorum in Sapientie librum eterni patris sapientiam elucidantis per magistrum Jacobum de Pforczen Basilee elaboratum finit feliciter. Anno a partu Virginis salutifero. Millesimo quingentesimosexto. (1506.)

HOLTZWARTI (Mathiæ) ab Harburg, Eikones cum brevissimis descriptionibus duodecim primorum, primariorumque, quos scire licet, veteris Germaniæ Heroum, in gratiam Patriæ, & nobilissimi expertissimique viri, Burcardi Waldneri a Frundstein &c. Latinitati, & carmine Heroico utcunque redditæ. Argentorati per Bernhardum Jobinum. 1573. in 8. M.

Icones Heroum præcedit Germania alata globo terraqueo insistens, coronata, dex. sceptrum; sin. globum tenens, cum epigraphe: *Germania domitrix gentium.* Infra:

Salve sancta parens, terrarum gloria summa,
Tum non suppressa, nescia tumque doli.

Opusculum confecit in lecto ex morbo decumbens, ut in epistola nuncupatoria fatetur. Præfatio ad Lectorem hæc est.

Cum quondam juvenis Germano ludere versu,
Theutonio & Rhithmo, subii monstrare genesin
Clarorum Heroum, & cantu perstingere gesta
Divum, quos veteres olim cecinere poetæ:
Nosceret ut patrius, lingva & cognosceret ista,
Quam nutrix docuit, fuerit, quam vana vetustas,
Cæca deos fecit sibi quæ turpissima quæque.

Nunc contra & Latium prudens, Gallosque ſeveros,
Atque Anglos vigiles, Hyſpanos nitar alacres,
Omnigenasque viros noſtros docuiſſe priores
Lingva illa celebri, toto quæ innotuit orbe.
Muſa fave, & plectro modulanti pulcher Apollo.

Forte libellus hic ſit compendium operis illius, quod ſub titulo: *Luſtgart newer deutſcher Poeterie &c.* Argentor. 1568. in fol. vulgatum eſt, & author, ut a pluribus Nationibus legi poſſet, operæ precium eſſe putarit, ut id Latine compendio redderet. Ita ſuſpicor, nam opus id Germanicum videre mihi nondum licuit.

HOMERI Odyſſea, Batrachomyomachia, & Hymni XXXII. Vita Homeri ex Herodoto, & Plutarcho. Græce. Venetiis in ædibus Aldi. 1504. in 8.

Editio, inter Aldinas ordine tertia, & *rariſſima.* Ilias, quod dolenter refero, nobis deeſt, utcunque tamen defectum ſupplevimus editione Argentina anni 1525.

——— Opera omnia cum commentariis græcis Euſtathii, archiepiſcopi Theſſalonicenſis. græce. Vide ſupra: *Euſtathius.*

——— Opera omnia, græce. Baſileæ apud Joannem Hervagium, menſe Auguſto. 1551. Vol. II. in fol. *Editio rara, & a Maittairio prætérita.*

——— Ilias, ſeu potius omnia ejus, quæ quidem extant, opera, ſtudio & cura Ob. Gipha-

ctisque memorabilibus. Impressit Liptzipk vir diligentissimus Jacobus Abiegnus Herbipolensis. 1507. in 4.

Editio apud nos *perrara:* Bauer ex Freytagio vetustiorem, quæ Lipsiæ anno 1503. prodiit, memorat.

HONTERI (Joan.) Coronensis (in Transsilvania) Rudimentorum Cosmographicorum Libri III. cum Tabellis Geographicis. 1520. in 8. sine loci nota. *Liber raro obvius.*

HORATII (Q. Flacci) Epistolarum Liber. Liber epistolarum Horatii ad Lectorem.

Jam censura gravis me castigavit ad ungvem
 Crispantes nasos tutus adire quero. (queo.)
Nam si me vitio quisquam labefecerit ullo,
 Id mihi jam censor sedulus eripuit.
Omnipotens pro quo Deus olim premia donet,
 eternis faciat vivere temporibus.

Impressum Liptzik per Melchiorem Lotter. 1507. in 4.

——— Institutiones ad Pisones, sive ars Poetica, una cum duobus carminibus ejusdem, de fragilitate vite humane ad Torquatum, & ad Posthumum. Lips per Baccalarium Martinum Herbipolensem. Anno a reconciliata divinitate. 1508. in 4.

Utrumque opusculum *perrarum* est, & Maittairio ignotum. Quisquis possessor illius fuit, diligentissi-

mum fuisse oportuit, cujus manus inter lineas confertissima apparet.

HORATIUS cum quatuor commentariis. — Finis. Laus Deo. Qu. Horatii flacci opera : Venetiis impressa. Anno salutis. 1495. die XVI. februarii. in fol.

Editio *rara*. Commentaria sunt, Acronis, Porphyrionis, Antonii Mancinelli, & Christoph. Landini. Mancinellus præmittit commentariis epistolam ad Pomponium Lætum, Venetiis 1492. Idibus Octobribus datam: tum quid ode sit, breviter explicat, vitamque Horatii ab se concinnatam subjungit: his addit Domicus Palladius Soranus decastichon ad lectorem. In fine post vocum & rerum indicem cernitur fons saliens cum litteris B. F. quæ Benedictum Fontanam indicant.

——— Horatii poemata. in 8. sine loco & anno. M.

Est Aldi Romani editio, qui ad Marinum Sannutum ita præfatur: *Impressis nuper Virgilianis operibus mox Horatium Flaccum aggressi sumus, ut, sicut post Maronem cultu & doctrina facile secundus est, ita secundus exeat in manus hominum.* Constat autem Virgilii opera Aldum Venetiis anno 1501. edidisse: itaque non longe post hunc, annum Horatius prodierit. Harvoodus quidem anni 1501. editionem indicat, sed in 12.

——— Poemata omnia. Centimetrum Marii Servii. Annotationes Aldi Manutii Romani in Horatium. Ratio mensuum, quibus odæ ejusdem poetæ tenentur, eodem Aldo authore. Ni-

colai Peroti libellus ejusdem argumenti. — Venetiis in ædibus Aldi, & Andreæ Soceri, mense Novembri. 1519. in 8.

Editio *admodum rara*, & Maittairio, aliisque, quos apud Bauerum consului, ignota. Præfatur Franciscus Asulanus ad Joannem Pinum Francisci Galliarum regis apud Venetos Legatum. Exemplar nostrum erat olim *Georgii Apponyi de Nagy-Appony*, *hæc* enim solum verba, sine honoris aut officii indicatione, & annum 1663. sua manu adnotavit.

HORATII Poetæ amoenissimi opera cum quatuor commentariis. Acronis, Porphyrionis, Anto. Mancinelli, Jodoci Badii Ascensii accurate repositis: cumque adnotationibus Matthæi Bonfinis, & Aldi Manutii Romani, a philologo recognitis, suisque locis insertis, & ad finem ex integro restitutis. Præmisso amplissimo in universum opus indice. Venundantur Parrhisiis in via Jacobæa ab ipso Ascensio. — Impressa est quartum hæc Horatiana poesis accuratione ipsius Ascensii in nobilissimo Parrhisiorum gymnasio ad Quartum Calen. Octob. Anni hujus 1519. cum gratia & privilegio: ne quis triennio proximo præter ipsum Ascensium saltem has annotationes & additiones in nobilissimo Francorum regno imprimat, in fol.

Editio *rara* ad exemplum Venetæ anni 1491. exscripta, præter ea, quæ Ascensius de suo, & Matthæo Bonfine, tum Aldo Manutio, item ex Petro Crinito adjecit. Possidemus quoque editionem non temnendam, quæ Francof. ex offic. Andr. Wecheli an-

na fide, & ſtudio Chriſtiano conferuntur, per M. Samuelem Martinum *Horzovinum* Palæo-Pragæ ad D. Caſtuli, & S. Crucis majoris Eccles: Miniſtrum. Pragæ permiſſu venerandi ordinum regni Bohemiæ Conſiſtorii. Typis Pauli Seſſii. 1618. in 8. M.

Liber *rariſſimus*. Frontem ornat icon Huſſii, & Lutheri, qui faces conjungunt: hæ ex imperitia celatoris plus flammæ, quam lucis, videntur ſpargere.

HOSEAS Propheta, Ebraice & Chaldaice, cum duplici verſione Latina, & commentariis Ebraicis doctiſſimorum Judeorum; Maſora item parva, ejusque & commentariorum Latina quoque interpretatione. Accedunt in fine ſuccinctæ, ſed neceſſariæ annotationes *Gulielmi Coddæi*. In eorum omnia gratiam, qui ſcripta Rabbinorum cupiunt intelligere. Lugd. Batav. Typis Raphelengianis. 1621. in 4.

Editio *rara*. Præfationem ſequuntur vitæ Rabbinorum *Schelmonis Jarhi*, tum *Abrahami Aben-Ezræ*, & *Davidis Kimhi*, juxta deſcriptionem *Ar. Pontaci*, Aquitanici Burdegalenſis.

HOSII (Stanislai) epiſcopi Varmienſis, veræ, Chriſtianæ, Catholicæque doctrinæ ſolida propugnatio, una cum illuſtri confutatione prolegomenorum, quæ primum Joannes Brentius adverſus Petrum a Soto Theologum ſcripſit, deinde vero Petrus Paulus Vergerius apud Polonos temere defendenda ſuſcepit. Opus elegantiſſimum nunc re-

cens æditum, & in V. Libros distributum, nostri temporis hæreses primum ab origine recensens, dein eas complectens controversias maximas, quæ nunc de fide & religione potissimum agitantur. Colon. apud Maternum Cholinum. 1558. in fol.

Author dicat opus Sigismundo regi Poloniæ epistola ex castro Heilsbergk Idibus Octob. 1557. data. Typographus sua manu hæc adnotat: *Maternus Cholinus in Cancellariam Imperialem dono transmisit.*

Hosii (Stan.) Confessio Catholicæ fidei Christiana: vel potius explicatio quædam Confessionis a Patribus factæ in synodo provinciali, quæ habita est Petrikoviæ anno M.D.LI. mense Maio congregatis. Joanne Patruo bibliopola Posnaniensi imprimi curante. Moguntiæ excudebat Franciscus Behem 1557. in fol.

Et hujus, & prioris operis editio *perrara* est. Titulus exhibet aquilam coronatam Polonicam: aversa autem facies protomam Sigismundi Augusti Poloniæ regis, cui opus inscribit Nicolaus Dziergovszki archiep. Gnesnensis. Opus a priore, quod recensui, distinctum, ex illo tamen, ut apparet, ortum. Biblioth. anonyma Hag. apud Bauer laudat editionem Parisinam anni 1560. in 8. hanc contra præterit, ut Viennensem quoque eodem hoc anno 1560. in fol. vulgatam, quam itidem possidemus. Exscribo titulum: *Confessio Catholicæ fidei Christiana: vel potius explicatio quædam confessionis in synodo Petricoviensi a Patribus provinciarum Gnesnensis, & Leopoliensis in regno Poloniæ factæ anno Domini* 1551. *A. R. D. Stanislao Hosio Varmiensi episcopo conscripta,*

ac denuo regognita, & locupletata, & a mendis priorum editionum repurgata. Salvo per omnia judicio S. Sedis Apostolicæ. Cum gratia & privilegio Cæsareo ad annos octo. Impressum Viennæ in Austria in officina Michaelis Zymmermannii. 1560. Typus, & charta nitida: paginæ numeris Romanis ornatæ. In fine amplissimus index: id dolendum, quod errores typici tot irrepserint, ut semialteram paginam constippatis lineis faciant. Editio hæc, ut typographus Lectorem monet, ordine tertia est: cum igitur Moguntina anni 1557. sit secunda, suspicor primam in Polonia prodiisse ante annum 1557. Ceterum id non mediocriter commendat opus, quod communi totius fere Germaniæ & Hungariæ episcoporum desiderio editum sit, sumtusque Michael archiepiscopus Salisburgensis, & Antonius Muglitius designatus Viennensis Antistes præbuerint, darentque operam viri docti, ut id in Germanicam lingvam converteretur, quod an factum sit, mihi non constat.

HOTOMANI (Franc.) Jurisconsulti Francogallia. Ex officina Jacobi Stoerii. 1573. in 8. M.

Argumentum opusculi cum non arrideret omnibus, repertus est *Antonius Matharellus*, qui contra scriberet; cui mox respondit *Matago de Matagonibus.* Editio *perrara.*

HOTTINGERI (Joan. Henr.) Promptuarium, sive Bibliotheca Orientalis: exhibens Catalogum, sive Centurias aliquot, tam Authorum, quam Librorum Hebraicorum, Syriacorum, Arabicorum, Aegyptiacorum, Aethiopicorum &c. Addita mantissa Bibliothecarum aliquot Europæarum tam publicarum, quam privatarum, ex qui-

ſiæ, aliorumque ab Adamo ad Muhammedis usque natales in orbe degentium, & regentium explicantur. Tiguri Typis Joan. Jac. Bodmeri. 1651. in 4. M.

HOTTINGERI Idem opus. Editio poſterior, & auctior, charactere novo orientali nunc primum veſtita. ibid. apud eund. 1660. in 4. M.

——— Cippi Hebraici, ſive Hebræorum tam veterum Prophetarum, Patriarcharum, quam recentiorum, Tannæorum, Amoræorum, Rabbinorum monumenta, Hebraice a Judæo quodam, teſte oculato, tum intra, tum etiam extra terram ſanctam obſervata, & conſcripta, nunc Latinitate donata, notisque illuſtrata. Accedunt ejusdem Hottingeri, Diſſertatio de nummis orientalium, Hebræorum maxime, & Arabum: præfatio de variis orientis monumentis, menſuris, & inſcriptionibus: Elenchus Tractatuum ab authore eodem editorum. Heidelb. apud Samvelem Broun. 1659. in 12. M.

HUGONIS a Sancto Victore. De Sacramentis novi Teſtamenti. Argentine. 1485. in fol. *Opus perrarum.*

HULSII (Levini) Gandavenſis, XII. primorum Cæſarum, & LXIIII. ipſorum uxorum, & parentum, ex antiquis numiſmatibus, in ære inciſæ effigies, atque eorundem, earundemque vitæ, & res geſtæ ex variis authoribus collectæ. Spiræ

HUTTENI (Ulrichi) Equitis Germani ad Carolum Imp. adversus intentatam sibi a Romanistis vim, & injuriam conquestio. Ejusd. alia ad Principes, ac viros Germaniæ de eadem re conquestio. Ejusd. ad Albertum Brandenpurgensem, & Friderichum Saxonum Ducem, Principes Electores, aliæque ad alios epistolæ. Jacta est alea. in 4. sine loc. & an.

In fine visitur icon thorace ferreo munita, caput lauro ornatum cum hac epigraphe : *Dirumpamus vincula eorum, & projiciamus a nobis jugum ipsorum.* Liber *rarissimus.*

——————— Exclamatio in incendium Lutheranum. *Chunradi Sartoris* Saxofranci de eadem re ad Germanos oratio. Carmen elegans, & doctum in *Hieron. Alexandrum*, hostem Germanicæ libertatis. Conclusiones decem Christianissimæ per *Andr. Badensem a Carlstad*, Wittenbergæ disputatæ. in 4. sine loc. & an. *Scriptum rarum.*

——————— Stichologia ut compendiosa, ita non infrugifera. Lipsiæ ex ædibus Valentini Schumann. 1518. in 4.

——————— Ad Principes Germanos, ut bellum Turcis inferant, exhortatoria. Insunt, quæ priori editione exempta erant. Vide, & adficieris. Apud auream Moguntiam. in 8. sine an.

Datum epistolæ ad Chunradum Peutingerum est. 1518. *Calend. Junii.* Utraque editio ex *rarioribus* est.

Hoc quoque opuſculum *rariſſimis* accenſetur.

In fine additus eſt quoque numus *Ferdinandi Hyſpan. Infantis.* Typographus in præfatione rationem reddit, cur Huttichii opus Latinum Germanice itidem excuderit. *Als ich*, inquit, *erſtmal dis büchlin von den Römiſchen Keyſern Johannis Huttichii, des erfarnen und ſunderlichen mans inn hiſtorien zu Latin gedruckt, iſt viler begerd an mich kummen, das ich ſolchs im Deutſchen auch lies ausgeen, denen zu willfaren hab ich mich jetzund, wie du ſiheſt, gefliſſen, Mit Keyſerlicher freyheit dis büchlin nit nach zu drucken bey pön inhalts meins privilegiums.* Erat Huttichius Moguntinus, &, teſte Bandurio, omnium primus, qui numiſmata a ſe collecta ediderit. Quare ſine omni dubio Germania hanc ſibi laudem vendicat, etſi ante Huttichium *Zacharias Zachius* magni nominis ſtatuarius ſimile quiddam meditatus fuiſſe dicatur. Librum vernacula lingva editum *maximæ raritatis* eſſe, admonuit me *Cl. Deniſius*, quod illius Schöpflinus, Weislingerus, Reimmanus, & Chriſtianus Joannis, ad quos id ex inſtituto pertinebat, nuſpiam meminiſſent.

HYGINI (C. Julii) Augusti Liberti Fabularum liber. Ejusd. Poeticon Astronomicon Libb. IV. quibus accesserunt similis argumenti, *Palæfati* de fabulosis narrationibus Liber I. *Fulgentii Placiadis* episcopi Carthagin. Mythologiarum Libb. III. Ejusd. de vocum antiquarum interpretatione Lib. I. *Phurnuti* de natura Deorum. *Albricii* Philos. de Deorum imaginibus Liber. *Arati* φαινομένων fragmentum Germanico Cæsare interprete. Ejusd. phoenomena græce cum interpretatione Latina. *Procli* de sphæra libellus, græc. & lat. Basil. per Joan. Hervagium 1549. in fol. *Editio infrequens.*

HYPERII (Andr.) de formando studio Theologiæ Libb. IV. cum gemino rerum, & verborum, locorumque scripturæ obiter explicatorum indice. Basil. 1550. in 8.

———— Opusculorum Theologicorum Partes II. Basil. ex officina Oporiniana. 1571. in 8.

———— De formandis concionibus sacris; seu de interpretatione scripturarum populari Libb. II. ibid. 1573. in 8.

Hæc opuscula Hyperii in catalogis bibliothecarum Engelianæ, Feverlin. Thomasianæ, & apud Vogt notam *raritatis* habent.

I.

JACOBI (Magdalii) Gaudensis, ordinis predicatorii correctorium Biblie, cum difficilium qua-

rundam dictionum luculenta interpretatione. — Opus bipartitum, ut puta, correctorium totius Biblie, & compendium metricum ejusdem magno artificio comprehensum, finem habet per studiosum virum F. Magdalium Jacobum Gaudensem, ditissime nationis Hollandie alumnum diligentissime compositum, & pro initiali hac impressione satis accurate in libera ac imperiali urbe, atque universe Germanie splendore Colonia, apud edes ingenuorum liberorum Quentel, ut publice consuleretur utilitati, in mille & tricenta exemplaria transcriptum, anno post verbi incarnationem. 1508. pridie calendas Julii. in 4.

Librum, qui hoc titulo fine loci nota anno 1538. in 4. prodiit, Vogt *insigniter rarum* vocat : quanto igitur rarior nostra editio debet esse, quæ, ut ex illis verbis: *initiali hac impressione* : conjicio, prima omnium videtur fuisse, nisi quis hæc Quentelii hæredibus applicare volet. *Repertorio* subjungitur *compendium metricum*, quod ex eo carminum genere est, quæ leonina vocamus. Exemplo sit Evangelium Joannis, quod in hos versus cogit.

Advocat, anclatur, Nicodemus, fons relevatur,
Barcula miratur, mecham, cecus, lapidatur,
Concilium litis, mundans ostensio, vitis,
Damnat, custodit, cadit, exit, cursio prodit.

Intersertis ubique præcipuis Evangelii mysteriis. Correctorium claudunt duæ elegiæ non inelegantes, ad Magistrum *Guinardum* Ecclesiæ *Eyndovianæ* Canonicum: una de Maria Magdalena, altera de S. Josepho Christi nutritore. Operi ipsi præmittunt carmina Her-

manus Buſchius, Joan. Cæſarius Iuliacenſis, & poſt tabulam ipſe Magdalius, qui idem epiſtolam addit ad Adamum Bopardum, in qua ſe plurimum debere fatetur divo Hieronymo, Paulo Burgenſi, Nicolao de Lyra, Joanni Reuchlino, & ſuis præceptoribus magiſtro Victori, ac Joanni Caden Medico in hebraicis: in græcis vero Jacobo Fabro, Stapulenſem reor intelligi, quem Eraſmus ad Budæum ſcribens ob unam alteramve vocem male typis exſcriptam pene barbarum in Græcia facit. Datum epiſtolæ eſt: *ex colonia ipſa die converſionis dive Marie Magdalene. 1. calendis aprilibus* 1508.

JAMBLICHUS de myſteriis Aegyptiorum, Chaldæorum, Aſſyriorum. *Proclus* in Platonicum Alcibiadem de anima, atque dæmone: item de ſacrificio, atque magia. *Porphyrius* de divinis, atque dæmonibus. Expoſitio *Priſciani* & *Marſilii* in Theophraſtum de ſenſu, phantaſia, & intellectu. *Alcinoi* Platonici philoſophi liber de doctrina Platonis. *Speuſippi* Platonis diſcipuli liber de Platonis definitionibus. *Pythagoræ* philoſophi aurea verba: ſymbola Pythagoræ philoſophi. *Xenocratis* philoſophi Platonici de morte. *Marſilii Ficini* liber de voluptate. Venetiis in ædibus Aldi menſe Septembri. 1497. in fol. *Editio prima, & rariſſima.*

JANDUNO (Joan. de) Queſtiones in tres libros Ariſtotelis de anima. — Impreſſum Venetiis impendio domini Octaviani Scoti. 1488. quarto

nonas Martii. in fol. *Liber rarus, & Maittairio ignotus.*

JANI (Pannonii) Quinque Ecclesiensis episcopi, antiquis vatibus comparandi, ad Gvarinum Veronensem panegyricus. Ejusdem elegiarum liber, & epigrammatum sylvula. Item *Lazari Bonamici* carmina non nulla. Venetiis apud Gvalter. Scotum. 1553. in 8.

Editio apud nos etiam *perrara.* Præfatur Beatus Rhenanus ad Jacobum Sturmium, ita de Jano nostro scribens. *Sic hujus me lectio totum rapit, ut si cujus veteris alias unquam. Habet enim carmen non anxie cusum, sed plane illaboratum, & majore ingenio, quam cura, fluens: præterea reconditam eruditionem in panegyrico ostendit, tantum fabularum, tantum historiarum intertexendo. Denique nihil hujus epigrammatibus doctius, festivius, acutius.*

——————— Episcopi Quinque Ecclesiensis, illius antiquis vatibus comparandi, recentioribus certe anteponendi, quæ uspiam reperiri adhuc potuerunt omnia. Opera Joannis Sambuci, Cons: & Hist: Cæsar. Viennæ Austriæ ex officina Caspari Stainhoferi. 1569. in 4.

Editio, ut prior, itidem *perrara.* Ipse quoque exemplar hujus editionis possideo. Nuncupavit id Joanni Listio, electo Vesprimiensi episcopo, & Procancellario Hungariæ, queriturque, annales patrios ejusdem, qui Viennæ exstabant, aut deperditos, aut suppressos esse. Vulgavit Jani poemata Philip. Pareus in deliciis poetarum Hungarorum; Francof. 1619. in 12. & anno 1754. Budæ recudi fecit in 8. plurimum

reverendus P. *Norbertus Conradi* e Piis scholis, addita biographia authoris, docta illa, & elegante.

JANOZKI (Joan. Dan. Andreæ) Canonici Scarbimiriensis, Specimen catalogi codicum Manu scriptorum Bibliothecæ Zaluscianæ, exhibitum jussu, & sumtu optimi, & munificentissimi Principis episcopi Cracoviensis, Ducis Severiæ, Tribunalis Radomensis Præsidis. A. R. S. 1752. in 4. M.

Scriptum, ut Bauer ex Gerdesii florilegio indicat, *rarissimum*. Idem affirmat, librum Lipsiæ prodiisse: meum exemplar nullum editionis locum, Datum vero epistolæ authoris, *Dresdæ, festo annuntiationis B. V. Mariæ. MDCCLII.* exhibet.

JANSENIUS (Cornelius) Iprensis suspectus. Parisiis apud Sebastianum, & Gabrielem Cramoisy. 1650. in 8. *Libellus infrequens.*

——————— Episcopi Iprensis Notarum spongia, quibus alexipharmacum civibus Sylvæ-Ducensibus nuper propinatum aspersit *Gisbertus Voetius*, Minister Sylvæ-Ducensis. Lovanii apud Petrum Sassenum, & Hieron. Nempæum. 1666. in 4. *Scriptum minus obvium.*

JANSONII Mercurius Gallo-Belgicus. Coloniæ 1592. in 8.

Notam *raritatis* illi tribuunt catalogus bibliothecæ Engelianæ, & Bunemannus.

JANUA (Joan. de) Summa que vocatur Catholicon. — Dictionarius seu vocabularius fratris

Joannis Januensis Ord. fratrum predicatorum sancti Dominici vulgo Catholicon nuncupatus, ad omnes ferme liberales scientias accommodatissimus. Venetiis jussu & impensis domini Petri Liechtenstein Coloniensis: vigilanti studio revisus, emendatusque: felicibus tandem astris absolutus est anno salutigere incarnationis 1506. die sexto Octobris. in fol.

Bauer ex Vogtio, aliisque editiones hujus operis ab anno 1460. ad an. 1497. varias recenset: nostra sine dubio cum his non ausit *raritatis* titulo certare; est tamen inter *minus obvias*, & apud nos etiam *raris* adnumerari potest. Utraque exemplaris nostri theca gemini opusculi titulum forte fortuna a bibliopego insertum exhibet. Unius hic est: *Practica mayster Jorgen Tanstetters zu Wien prácdizirt. áuff. M.CCCCC. UU. UI. Jar.* cum icone solis, & Veneris. Alter ita habet: *Practica teutsch magistri Steffani Rosslen von Augspurg zu wirden und eren der loblichen hohenschul zu Wien. Auff das. M. CCCCC. und IIII. Jar.* cum fig. Jovis & Mercurii, utrumque in 4. & verisimiliter Viennæ editum. Hæc otii causa referre libuit.

JAPHAR. Vide supra: *Albumazar.*

JAPPONENSIS Imperii admirabilis commutatio: exposita litteris ad R. admodum Patrem *Claudium Aquavivam*, Præpositum generalem Soc. Jesu, quas ex Italis latinas fecit *Jo. Hayus* Dalgattiensis Scotus de eadem Societate. Antverpiæ apud hæredes Jo. Belleri. 1604. in 8. *Libellus admodum rarus.*

JARRICI (Petri) Tholosani Soc. Jesu, thesaurus rerum Indicarum, in quo Christianæ, ac Catholicæ religionis tam in India orientali, quam aliis regionibus Lusitanorum opera nuper detectis, ortus, progressus, & incrementa recensentur. Opus nunc primum a Matthia Martinez e gallico in latinum sermonem translatum. Coloniæ sumptibus Petri Henningii. 1615. in 8. Partes II.

Monet Sotvellus bibliot. Scriptor. Soc. J. pag. 677. librum gallice scriptum Burdigalæ anno 1608. & sequentibus prodiisse. Primam editionem, ut Vogt testatur, bibliotheca anonym. Tom. II. pag. 180. vocat: *de la dernière rareté*: prima versionis editio est nostra, *raris* a Vogtio, & biblioth. Saltheniana inserta.

JAVELII (Chrysost. Capnicii) philosophi acutissimi quæstiones naturales super III. Libris Aristotelis de anima. Cum singularum quæstionum conclusionibus, mira brevitate nuper collectis, & juxta Thomisticum dogma decisis. in fol. fine l. & a.

Bauer ex Sinceri analectis editionem Venetam anni 1568. a raritate laudat: nostræ ne in supplementis quidem meminit, quæ, ut ex typi forma conjicio, si non exeunte seculo XV. certe sub initia XVI prodiit.

——— Canapicii ord. Prædicatorum, Epitomata in X. libros Ethicorum Aristotelis. Venetiis in officina Aurelii Pincii. 1536. in 4. *Liber rarus.*

In quarum prioribus, quæstio de cultu, & veneratione Sanctorum, horumque, atque adeo ipsius Christi imaginum adoratione, accurata συζητήσει secundum canones scripturæ Sacræ examinantur: septima de transsubstantiationis monstro quædam scitu digna continet: in octava, nona, & decima, quæstio agitur de signis Ecclesiæ Christianæ, & Catholicæ: in extremis duabus superior quæstio de idololatria penitus pro epistolæ modo excutitur. Genevæ 1599. in 8.

Liber *non facile obvius.* Recusus est Ambergæ anno 1604. in 8. cujus exemplum ipse possideo. Sunt autem epistolæ alternis scriptæ a *Daniele Chamiero* Delphinate, apud Allobrogos Calvinianæ sectæ ministro, & *Petro Cottono* Soc. Jesu, Henrico IV. Galliarum regi a sacris concionibus, si unicam *Ignatii Armandi Turnonii* itidem Soc. J. excipias pro Cottono ad Chamierum datam. Secundam, & tertiam græce sibi vicissim scripsere.

Bibliotheca scriptorum Soc. JESU, a Petro Ribadeneira incoepta, a Philippo Alegambe, & a Nathanaele Sotvello ejusdem Soc. presbyteris continuata.

Editiones has Vogtius in catal. historico-critico pag. 363. *rarioribus libris* adnumerat. Coepit opus Ribadeneira cum annum ætatis 79. ageret, ediditque Antverpiæ typis Plantinianis apud Joan. Moretum an. 1608. in 8. Conjunxit catalogo huic centuriam religiosorum Societatis, *qui hactenus ab ethnicis Mahumetanis, Hæreticis, aliisque impiis pro Catholica fide ac pietate interempti sunt.* Recusum postea sæ-

pius est, quoad crescente scriptorum numero Alegambe novum catalogum emitteret hoc titulo: *Bibliotheca scriptorum Societatis Jesu, post excusum anno 1608. catalogum R. P. Petri Ribadaneiræ, Societatis ejusdem Theologi: nunc hoc novo apparatu librorum ad annum reparatæ salutis 1642. editorum concinnata, & illustrium virorum elogiis adornata a Philippo Alegambe Bruxellensi ex eadem Societate Jesu. Accedit catalogus religiosorum Societatis Jesu qui hactenus pro Catholica fide, & pietate in variis mundi plagis interempti sunt Antverpiæ apud Joan. Meursium.* 1643. in fol. Post triginta tres annos eadem bibliotheca studio Nathanaelis Sotvelli auctior prodiit Romæ ex typographia Jac. Antonii de Lazzaris Varesii an. 1676. in fol. in qua priorum duorum laborem recognovit, & usque ad annum 1675. produxit. Quo loco hæc eruditis sit, Vogt in hæc verba testatur: *Ingentis autem hæc postrema editio est raritatis, & in auctione Bibliothecæ Ittigianæ pretio XX. imperial. fuit divendita.* Hanc, & Philippi Alegambe, Biblioth. nostra possidet: prima vero Ribadeneiræ in mea bibliothecula exstat. Libet in fine hoc addere: Sotvelli editionem non recte ad an. 1677. apud Vogt referri.

ILDEFONSI Malacensis episcopi Catholica querimonia, quæ primo adversus *Surien*, seu veriore nomine, *Petrum Jurieum*, nunc vero etiam adversus ejus duces, & impios sectatores ab authore recognita, & aliquatenus aucta, accuratiusque compta iterum in palæstram prodit. Matriti. 1686. in 12.

Bauer ex biblioth. Engeliana indicat editionem ejusdem anni in 8. & sine loci nota, eamque inter

rarissimas reponit. Quo anno prima editio prodierit, compertum non habeo.

ILLYÉSHÁZY (Comitis Georgii) Oratio in genere demonstrativo, continens Quadrigam columnarum ethicarum, quibus Regum imperia, Principum provinciæ, Comitum comitatus vere inniituntur, & solide sustentantur. Trenchinii typis Dorotheæ Wocalii viduæ. in 4. sine anno. M.

Scriptum *rarissimum* & valde paucis in Hungaria notum.

IMAGO primi seculi Societatis Jesu, a provincia Flandro-Belgica ejusdem Societatis repræsentata. *Adhuc multiplicabuntur.* Ps. 91. Antverpiæ ex officina Plantiniana Moreti, anno Societatis seculari. 1640. in fol. cum figg.

Librum esse *admodum rarum* Vogt pag. 362. & Bauer ex notit. crit. Sinceri, pag. 178. testantur: neuter tamen recte annum editionis 1641. ponit. Sunt, qui ex fastis Drewsianis, authorem operis Jo. Tollenarium fuisse dicant, Sotvellus contra, ubi ejus scripta recenset, id omisit, hoc addens solum: *Auctor præcipuus, & promotor fuit Imaginis primi seculi* Ipsa quoque stili in utroque scriptionis genere disparitas perspicue indicat, plures in id suam operam contulisse. Sunt quoque, qui scriptum hoc, quod aliqua in laudem Societatis complectatur, propterea suspenum dixere: at quis hactenus ex religiosis ordinibus suos universe vituperavit?

INCHOFERI (Melchioris) Soc: Jesu Annales Ecclesiastici regni Hungariæ. Tom. I. Romæ typis Ludovici Grignani. 1644. in fol.

Opus hoc inter *perrara* censent biblioth. Engeliana, Solgeriana, Vogt, & Jo. Burch. Menkenius. Tomus II. nunquam prodiit, quem superiorum jussu in Siciliam missus, nec adfectum quidem potuit relinquere. Cujus nationis fuerit, lis est. Allegambe, & ex hoc Sotvellus, patria Viennensem fuisse scribunt, alii Hungarum. Ipse author in opere, cui tilulum fecit: *Epistolæ B. Mariæ Virginis ad Messanenses veritas vindicata*: quodque Messanæ apud Petrum Bream in fol. anno, non ut aliqui scribunt, 1629. Sed 1630. editum est, se *Austriacum* vocat: quod author *memoriæ Hungarorum, & provincialium &c.* Austriacæ Societatis provinciæ, quæ Hungariam quoque continebat, non item genti, tribuit. Idem scriptor bene multa Inchoferi opera recenset Parte II. pag. 225. &c. inter quæ, nullo teste, qui fidem faciat, producto, tribuit eidem foetum illum monstrosum MS. quo probet: *Ex Aelio Lampridio, & Julio Capitolino, martyrium D. Vrsulæ, & sociarum tempore Alexandri Severi a Sunicis populis, non item Hunnis, patratum esse.* Usus hoc MS. est Cl. Desericius piæ memoriæ, qui, si Inchoferum illius authorem fuisse scivisset, certe, nec defuit occasio, non dissimulaturus erat. Unde igitur nuperus scriptor didicit, quod senior ignoravit? testibus, non verbis, opus est ad faciendam fidem.

INCHOFERI (Melch.) De epistola B. Virginis Mariæ ad Messanenses conjectatio, plurimis rationibus, & verisimilitudinibus locuples. Viterbii ex typographia Ludovici Grignani. 1632. in fol.

Bauer ex catalogo biblioth. Solgerianæ eandem editionem, sine anno tamen, indicat, & *rarissimis* accenset. Ediderat idem opus anno 1630. Messanæ eo

titulo, quem ſupra exſcripſi. Delatus propterea ad S. Congregationem Indicis, & Meſſana Romam accerſitus, ita facti ſui ac libri rationes Judicibus probavit, ut mutato ſolum titulo, illius recudendi, addendi, ſi quæ vellet, demendive poteſtatem acceperit, quemadmodum Fr. Joan. Bapt. Marinus ord. Prædicatorum, S. Congregationis ſecretarius chirographo ſuo, addito etiam inſigni authoris encomio, teſtatus eſt, quod ab ſe viſum Alegambe fatetur, Hæc proinde veriora ſunt, quam ea, quæ author *memoriæ Hungarorum &c.* ex Naudæanis &c. depromit, a quo jocum illum, quem Oſſunæ Dux luſerat in epiſtolam B. Virginis, cuperem omiſſum fuiſſe. Ceterum Bibliotheca anonim. Hag. per errorem ex una Meſſanenſi editione duas facit, nempe annorum 1619. & 1630. cum de illa nec Alegambe, nec Sotvellus quidquam commemorent.

INCHOFERI (Meld.) Hiſtoriæ ſacræ Latinitatis libri VI. Monachii. 1638. in 8.

Hoc quoque opuſculum bibliotheca Feuerliniana *rariſſimis* adnumerat. Prodierat prius Meſſanæ per Placidum Reynum 1635. in 4.

INDAGINE (Joan. ab) Chiromantia. 1. Phyſiognomia ex aſpectu membrorum hominis. 2. Periaxiomata de faciebus ſignorum. 3. Canones aſtrologici de judiciis ægritudinum. 4. Aſtrologia naturalis. 5. Complexionum notitia juxta dominium Planetarum. Argentorati apud Joannem Schottum. 1534. cum figg. in fol.

Bauer editiones Latinas hujus operis annorum 1522. & 1531. *rariſſimis* inſerit: noſtra igitur inter *rariores* reponi poteſt.

gius Day Cantabrigiensis in laudem Roffensis: ultima sic habent:

Hic pugil est fidei, perverse facesse Luthere,
ἐς κόρακας Christus vicit, & arma dedit.

Ipsum opus in morem dialogi conscriptum est: interloquutores sunt, *episcopus*, & *Lutherus*. Quæ fuerit caussa suscepti laboris & argumenti synopsim, præfatio in hæc verba indicat. *Quando jam tandem, quum ex aliis, tum ex duobus præsertim libellis, quos Martinus Lutherus edidit, altero de captivitate Babylonica, altero de assertionibus omnium suorum articulorum, se se prodidit hæreticum esse manifestarium - - ad cunctos attinere Christianos arbitror, ut quibuslibet armis possent, illius oppugnent hæreses. Id quod fecit, quantum ad priorem libellum spectat, rex noster illustrissimus, rex, inquam, Angliæ Henricus VIII. - - atque id tam splendide, tamque copiose fecit, ut nescias, quod primum in eo mireris, ingenium, eruditionem, an facundiam? - - Neque solum oppugnavit, verum etiam expugnavit, evicit, everit funditus. Nos igitur posteriorem ipsius Martini libellum, Deo, quod confidimus, auspice, suscepimus convellendum. Puderet enim me, qui qualiscunque sum episcopus, aure surda transire tot injurias per unum fraterculum non modo summo Pontifici Vicario Christi passim illatas, verum etiam scripturis quoque sacris perperam obtortis - - - puderet, inquam, me deliciis ex otio literario partis frui, quum cernam regem meum illustrissimum in sua ipsius persona, bellum hoc tam potenter aggressum &c.* Editio nostra, quæ inter *admodum raras* locum habere meretur, ordine videtur secunda esse; prima autem sine dubio prodiisse in Anglia. Repetita est Antverpiæ apud Joan. Steelsium. anno 1537. & Coloniæ apud hæredes

nis. *Hippocratis* aphorismi in ordinem collecti. Ejusd. aphorismi cum commento Galieni. Ejusd. liber pronosticorum divisus in tres particulas. Liber regiminis acutorum, continens quatuor particulas. Liber epidimiarum cum commento, octo particulas continens. Ejusd. libellus, qui intitulatur, *de natura fetus*. Liber *Galieni*, qui intitulatur, *Tegni*, sive ars parva. Libellus *Gentilis de Fulgineo* de divisione &c. *Hippocratis* libellus de lege, & libellus, qui dicitur, *jusjurandum.* — Expletum est opus hoc preclarum artis medicine nominatum *Artisella* Hippocratis: quam diligentissime accuratissimeque emendatum per dominum *Franciscum Argillagnes* de Valentia, artium & medicine doctorem insignem: impressum Venetiis summa cura ac sollicitudine Hermanni Lichtenstein Coloniensis. 1483. quarto Kal. April. in fol.

Opus *perrarum*, quod alii sub nomine *Articella*, seu *Artis cella* solent recensere. In fine additur libellus de divisione librorum Galeni : ante hunc autem : *Explicit commentum Hali filii Rodhan supra Tegni Galieni archiatros, filii Abincalis, qui vocatur Microtegni, id est, ars parva.*

——————— Idem opus. Venetiis per Philippum de Pinzis de Carneto. 1491. die XXVI. Septemb. in fol.

Editio *rara*, quae, uti prior etiam, *Maittairium* latuit.

naricum reges exhibet: sequitur Maximiliani I. Caes. privilegium ad decennium Conrado Peutingero datum, qui ad Comitem Hieronymum Nogarolum quoque praefatur, subdunt in utrumque authorem varii generis carmina Ricardus Bartolinus, Caspar Ursinus Velius, Jo. Pincianus, & Joan. Foeniseca Augustensis.

JOSEPHI (Flavii) Templi quondam Hierosolymitani e prima ephemeride sacerdotis, dein Toparchae, & archistrategi utriusque Galileae vita, per *Godefridum Tilmannum* Cartusiae Parisiensis Monachum e graecis versa primum, & excusa typis. Parisiis ex offic. Michaelis Fezandat, in domo Albretica, e regione D. Hilarii cum privilegio. 1548. in 8.

Libellus *rarus*. Praefatur Dominicus Wannetius Albreticae typographiae ἐπανορθωτὴς, sive Corrector: *mirari non desino*, inquit, *qui factum sit, ut hoc segmentum vigesimi libri περὶ τῆς ἀρχαιολογίας ita sit ab reliqua portione operis totius avulsum, & dissectum, ut quum ante annos abhinc plus mille aliae ejusdem authoris commentationes in Latinam transierint coloniam, vita haec ejus graece tantum didicerit, non etiam latine loqui.* Esse autem genuinum Josephi partum, ex paritate styli evincit, & ex testimonio Eusebii, qui se ex XX. Antiquitatum libro fatetur duas epistolas Agrippae regis desumsisse, quae in hac Josephi vita pag. 137. comparent. Ipsa etiam clausula videtur huic opinioni favere, quae hujusmodi est: *Absoluti sunt Flavii Josephi antiquae historiae Judaeorum libri viginti, quibus accessit & vita Josephi.*

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ Ἰουδαικῆς ἀρχαιολογίας λόγοι. κ.&c Antiquitatum Judaicarum libb. XX. De bello Judaico libb. VII. Contra Appionem apologetici libb. II. de Machabæorum martyrio liber unus. Basileæ 1544. cum Imp. Maiestatis privilegio ad annos V. — Ετυπώθη ἐν Βασιλεία &c. Impressum Basileæ per Hieronymum Frobenium, & Nicolaum Episcopium. 1544. in fol.

Editio plerorumque consensu *prima*, & *admodum rara*. Itaque nescio, quid sibi in *Ueberſicht verſchiedener Ausgaben der griechiſchen, und römiſchen Claſſiker &c.* Harvoodus velit, dum græcam editionem Veronæ anno 1480. per Petrum Mauser prodiisse, unumque exemplar in membrana exscriptum typis fuisse indicat, cum tamen nostram confestim subjungens *principem* vocet. Præfatur Arnoldus Peraxylus Arlenius ad Diegum Hurtadum Mendozam Cæsaris apud Venetos Legatum, ex cujus bibliotheca maximis sumtibus undecunque comparata codicem græcum typis vulgandum acceperat: promittit, ex ejusdem bibliotheca, se Philonis Judæi XLVIII. libros diversi argumenti editurum, quod an præstiterit, nuspiam comperi. Privilegium Caroli V. Cæsaris non potest non iis, qui vetusta in lucem educunt, illustrantque, maximo solatio esse. Hæc illic notatu digna sunt: *Quum ratio nostri muneris, quo Dei opt. Max. benignitate fungimur, in primis hoc deposcat, ut non solum armis Imperii fines tueamur, pacem subditis conciliemus, sed etiam, ut industria rebus moderandis virtutem vitiis exstirpandis, sapientiam liberalibus studiis promovendis, pari cura hominum animis inseramus, atque ad hoc maxime valeant tot seculis servata pia litterarum monumenta, e quibus, ceu penu diviti, perpulchra totius vitæ exempla,*

rectaque consilia & promere, & mortalibus sub conspectum exhibere licet: Ideo non solum ab injuria vindicandos, verum etiam accurata diligentia fovendos arbitramur eos, qui operam suam promovendis bonarum litterarum studiis, ac instituendis, illustrandisque veterum autorum monumentis interponunt &c. Peto, ut ne exteri hoc ex re natum episodium mihi vitio dent: nuspiam enim AVGVSTAE Nostræ imaginem magis expressam, & quodam quasi vaticinio præmonstratam; me hactenus legisse memini.

JOSEPHI (Flavii) Historiographi clariss. opera, ad multorum codicum latinorum, eorundemque vetustissimorum fidem recognita, & castigata: quorum catalogus est, qui sequitur. Antiquitatum Judaicarum libb. XX. De bello Judaico libb. VII. Contra Appionem apologetici libb. II. Interprete Ruffino presbytero. De insigni Machabæorum martyrio liber unus, opidoque elegans, cui titulum fecit: περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, castigatus ab Erasmo Roterodamo, nunquam antehac prædictis additus. Cum indice, & annotationibus, per quas, cui quid respondeat in Bibliis, quidve non, facile dinosci poterit. Apud sanctam Vbiorum Coloniam Agrippinam, in ædibus Eucharii Cervicorni. Impendio, & ære industrii viri Godefridii Hittorpii civis Coloniensis. Anno M. D.XXIIII. (1524.) Calendis Februariis. in fol. M.

Editio *rara*: meminit illius Maittaire, & Fabricius Biblioth. græc. Lib. 4. cap. 6. Præfatur ad Lectorem Jacobus Sobius, qui græcum exemplar aut deperdi-

causæ Legationis fidelissime referuntur. Cæterum ostenditur error Strabonis, Ptolemaei, aliorumque Geographiæ scriptorum, ubi de Riphæis montibus meminere, quos hac ætate nusquam esse, plane compertum est. Basileæ. 1527. in 4. M.

Libellus *rarus*, ut fere pleraque Jovii scripta hujus notæ censentur esse.

JOVII (Pauli) Vitæ virorum illustrium. Tomi II. Basileæ apud Henricum Petrum, & Petrum Pernam. 1559. in 8.

——————— Elogia doctorum virorum, ab avorum memoria publicatis ingenii monumentis illustrium. Antverpiæ apud Joan. Bellerum. 1557. in 8.

——————— Elogia Virorum bellica virtute illustrium veris imaginibus supposita, quæ apud Musæum spectantur. Volumen digestum est in VII. libros. Florentiæ in offic. Laurent. Torrentini, Ducalis typographi. 1551. cum summi Pont. Caroli V. Imp. Henrici II. Galliarum regis, Cosmi Medicis, Ducis Florentiæ. II. privilegio. pagg. 340. in fol. M.

Liber *rarus*, ut Bauer ex catalogo Jo. Lud. Bunemanni notat. Idem ex eodem catalogo, & Schwarziano, ejusdem anni ibid. in fol. editionem refert, eamque *Maittairio* incognitam fuisse scribit. Hic Tom. III. Part. II. annal. typogr. pag. 602. ita: *Pauli Jovii elogia virorum illustrium: in officina Laurentii Torrentini. Florent. 1551. fol.* Nec Bauerus criticon.

quo utraque editio secerni possit, indicat, nisi id unicum his verbis: *Accessit ad hanc editionem* (quam primo loco recenset) *memorabilis index*: quod an rite exscriptum sit, certum non est. Itaque cum creditu difficile sit, duas eodem anno editiones luculentas ibidem prodiisse, afferam ex meo exemplari Notas, ex quibus, qui alterutram possident, judicium ferre norint. Paginas supra jam indicavi. In titulo Insignia Ducis cum vellere aureo visuntur. Præfatio Jovii ad Ducem sequitur: Datum est *Romæ* sine die & anno. In fine libri VII. monet typographus, ut versus Augusti Cocceiani, quos sibi Author sero transmiserat, ad pag. 222. post effigiem Matthæi Card. Sedunensis reponantur. His subjungitur compendio privilegium Julii III. Pont. Max. Caroli V. Imp. Henrici II. Galliarum regis, & Cosmi Medicis itidem Ducis II. denique: *Elenchus illustrium virorum, quorum hisce septem libris effigies describuntur.* Effigies vero desunt, nec spatium uspiam relictum, ubi inseri potuissent.

Jovii (Pauli) Turcicarum rerum commentarius ad Carolum V. Imp. Aug. ex Italico Latinus factus *Francisco Nigro* Bassianate interprete. Origo Turcici Imperii, vitæ omnium Turcicorum Impp. Ordo, & disciplina militiæ exactissime conscripta eodem Paulo Jovio authore. Addita est præfatio Phil. Melanthonis. Vitebergæ, 1537. in 8. M.

——— Opera, quot quot extant, omnia. A mendis accurate repurgata, vivisque imaginibus eleganter, & oportune suis locis illustrata. Basileæ Petri Pernæ typis. 1578. Vol. II. in fol. (

Liber *infrequens.* Annum editionis eundem utrumque volumen in titulo præfert, tametsi quædam opera singilatim alios etiam exhibeant. Vol. I. continet Historiæ sui temporis Libb. XLV. in duos Tomos distributæ: item descriptiones Britanniæ, Scotiæ, Hyberniæ, Orcadum, Moscoviæ, Larii lacus, & libellum de piscibus Romanis. Vol. II. vitas illustrium virorum duobus itidem Tom. comprehensas: quorum primus annum 1576. alter 1577. refert. Conjunguntur Elogia virorum, qui bellica virtute illustres erant, separato titulo, quæ anno 1596. typo ab ceteris distincto prodierunt.

S. IRENAEI episcopi Lugdunensis, opus eruditissimum in V. libros digestum, in quibus mire tetigit, & confutat veterum hæreseon impias ac portentosas opiniones, ex vetustissimorum codd. collatione, quantum licuit, emendatum opera Des. Erasmi Roterodami, ac nunc primum in lucem editum. Basileæ apud Joan. Frobenium. 1526. in fol. *Liber raro obvius.*

——— Episcopi & martyris adversus Valentini, & similium gnosticorum hæreses libri V. jam secundo diligenti editorum Codd. collatione, vetustissimi etiam, magnæque fidei MS. codicis, atque alterius Vaticani, ab innumeris mendis repurgati, & aliquot capitibus aucti: præterea omnibus, quæ apud veteres extant, fragmentis græcis, ac latinis; item quibusdam S. *Polycarpi* episcopi Smyrnensis, & martyris scriptis nunquam antea editis: denique universis aliorum ejusdem D.

soni, & alior. exemplaria, accuratius quam antea emendata: per Fratrem Jacobum du Breul, Monachum Sancti Germani a Pratis. Colon. Agrippinæ sumptibus Antonii Hierat. 1617. in fol.

Liber *admodum rarus*, ut Bauerus ex bibliotheca Saltheniana affirmat.

ISOCRATES nuper recognitus, & auctus. Alcidamas, Gorgias, Aristides, & Harpocration. græce. Venetiis in ædibus hæredum Aldi Manutii, & Andreæ Asulani, mense Julio. 1534. in fol.

Editio *præstans & rara*. Præfatur Aldus ad Joan. Bapt. Egnatium Venetum: epistolæ datum est: *mense Aprili*. 1513. quæ sine dubio ex editione anni 1513. quæ apud eosdem prodiit, exscripta est. Exstant quoque apud nos editiones Basileenses anni 1582. in 8. græco-latina interprete Hieron. Wolfio, & latina eodem interprete anni 1548. in fol. luculentis litteris excusa, utraque ex officina Oporiniana.

ISTVANFII (Nicolai) Historiarum de rebus Ungaricis Libri XXXIV. Nunc primum in lucem editi. Coloniæ Agrippinæ sumptibus Antonii Hierati. Anno 1622. in fol.

Notam *raritatis* ei teste Bauero, tribuunt Biblioth. Rinckiana, & Feuerliniana. Aliqua de Istvanfio præfatus sum ad Part. IV. Annal. Regum Hung. Aliorum de eo judicia disparata sunt: laudant Conringius, Lansius, Mollerus, & Zeilerus, nisi quod hic nomina germanica ab eodem corrupta queratur: carpit contra Georg. Henr. Goezius, quasi sublestæ fidei sit, propterea, quod se Lutheranis parum æquum præbuerit. Causam malæ fidei videtur detexisse Cl. ac doctiss.

Ludovicus Gebhardus Parte II. *Geschichte des Reichs Hungarn und der damit verbundenen Staaten.* Lipsiæ 1780. pag. 355. ubi hæc lego: *Isthvansi ist durch die hände der Jesuiten gegangen, und soll Spuren von Verfälschungen enthalten.* Non puto, Petrum Pazmanum archiepiscopum Strigoniensem, cui Isthvansius partum suum testamento legavit, illeque per Hieratum edi fecerat, indicari; itaque alios, quibuscum Præsul litteratissimus id opus forte communicavit. At, si istorum fraude Isthvansius fuit corruptus, cur hunc sibi in texenda deinceps historia sequendum statuit? ita enim cit. l. *Da sich Hr. Prays Annalen mit diesem Zeitpunkte* (1564. *endigen, so tretten hier Nicolai Isthvansi Historiarum de rebus Ungaricis L. XXIII.* (*XXXIV.*) *Colon. Agrip.* 1622. - - - *ein.* Video autem, dum lectorem ad authorem *Memoriæ Hungarorum &c.* relegat, quid virum doctum in errorem induxerit. Scriptor hic in præfat. ad Part. II. Jesuitas ex monarchia *Solipsorum* his verbis, depingit: *quibus fuit solenne cum sanctissimorum, tum doctissimorum virorum luculenta monumenta interpolare, corrumpere, & nova, ut libuit, forma induere.* Fateor, cum hæc legerem, me ipsum hæsisse, qui probe scirem, autorem monarchiæ *Solipsorum* nihil istorum memorare, aut, si memorat, de domesticis eorum monumentis, idque sine testimonio, ut Author *Memoriæ &c.* facit, memorare, sine crisi, sine ratione, quin solius volupiæ causa, ne quid aliud dicam. Itaquè cum hanc pericopen Scriptor *Memoriæ Hungarorum &c.* ex famoso libello prorsus impertinenter in suam præfationem intruserit, illius omnino interest, ut eam publice exterat, alioquin quod genus palinodiæ lex Christiana dictet iis, qui aliorum famæ derogatum eunt, puto, illum non ignorare, certe non debere.

Hujus igitur ducatu Cl. Gebhardus in fraudem inductus est, qui si vel titulum editionis Coloniensis

anni 1724. consuluisset, merito de fide authoris *Memoriæ Hungarorum &c.* dubitaturus erat, qui de hujus editionis auctario non veretur Part. II. pag. 261. hæc scribere: *Continuatio ejus (Istvanfii) a Joanne Jacobo Kettelero S. J. Sacerdote adornata, - - - turpissimis mendaciis pene tota est repleta.* Cum tamen libri titulus, ut huc pertinet, exserte ita habeat: *Auctarium usque ad annum* 1718. *& ultimam pacis Passarovicensis conclusionem - - - Libris XV. sincero, veraci, ac nitidissimo stylo descriptum Per R.D. Joan. Jacobum Ketteler, Illustris Collegiatæ Ecclesiæ S. Gereonis Coloniæ VICARIUM.* Itaque valde doleo, eruditissimum Gebhardum, scriptoris hujus oscitantia, deceptum esse; quemadmodum non a maxime perito anecdoton illud acceperit, quod pag. 748. de AUGUSTA Nostra subjungit. *Sie - - - verlegte am* 20. *August* 1777. *die Universität zu Tyrnau nach Ofen, wo Sie ihr eine ganz neue Gestalt gab, und unter den Lehrern auch einen reformirten Professor ansetzte.* Ut prius illud verissimum est, gratique agnoscimus, ita posterius omnes, qui Budæ sunt, ignorant.

JULIANI Imperatoris opera, quæ exstant, omnia, a *Petro Martinio* Morentino Navarro, & *Carolo Cantoclaro* Consiliario regio, supplicumque libellorum in Curia magistro, latina facta, emendata, & aucta. Ejusdem Martinii præfatio de vita Juliani. His accesserunt epistolæ aliquot nondum prius editæ. Additus præterea est a Carolo Cantoclaro liber ejusdem Juliani περὶ βασιλείας, & a Theodoro Marcilio ὕμνος εἰς βασιλέα Ἥλιον, ab iisdem recogniti, & illustrati. Una cum variis lectionibus ex vetustis codicibus MSS. Parisiis apud Dio-

nysium Duvallium sub Pegaso in vico Bellovaco. 1583. græce & latine. in 8. M.

Harvoodus, cum opera Juliani recenset, editionem hanc primo loco ponit, non addens græco-latinam esse. Hujusmodi sunt, μισοπογων, vel Antiochensis, epistolæ, & Cæsares. Hymnus vero in solem regem, qui nunc primum prodiit, & de Imperatoris præclaris actionibus, sive de regno, tantum græca sunt. Edidit quoque Juliani opera græco-latina Dionysius Petavius Parisiis an. 1608. & 1630. tum Spanheimius, quam editionem Harvoodus ceteris anteponit, quod adjecerit S. Cyrilli responsa ad Juliani objectiones libris X. comprehensa, quibus titulum fecerat: *Adversus libros athei Juliani ad religiosissimum, Christoque addictissimum Imperatorem Theodosium.* An etiam additi sint libri a Spanheimio, quos S. Gregorius Nazianzenus in Julianum conscripserat, quoniam Harvoodus mentionem hujus non facit, ignoro.

JURGIEVICII (Andreæ) Canonici Vilnensis, bellum *quinti Evangelii*, in quo contra larvatam harmoniam *Genevensium*, & fucatum consensum *Sendomiriensium*, clarissime ostenditur, nullam esse apud Evangelicos nostri temporis fidei unitatem, vel certitudinem. Coloniæ apud Henricum Falckenburg. 1595. in 8.

——————— Nullus & Nemo. Autheurs tres-anciens & tres renommez, lesquels cachez tenebres de l'Eglise imaginaire fuitive & invisible des Protestans jusques à la venüe de *Luther*, *Zvingle*, & *Calvin*, en ont esté despuis peu tirez par M. André Jurgiewice Chanoine de Vilne. Traduicts

du Latin du mesme Autheur. A Paris chez Michel Nivelle. 1608. in 8. *Uterque libellus apud nos perrarus est.*

JUSTINIANI Imp. Institutiones. Venetiis opera ac impensa Octaviani Scoti Modoetiensis. Anno incarnationis salutifere. 1483. XV. Kal. Febr. in 4.

———— Instituta cum summariis. — Impressum Venetiis per Paganinum de Paganinis Brixiensem. 1501. die XXV. Maij. in 8. maj.

———— Instituta cum divisionibus, & summariis. — Insigne hoc atque preclarum opus Institutionum cum casuum summariorum interpositione: secundum modum ac formam famosissimi doctoris domini Angeli de Aretino: vigilanti cura & diligentia emendatum revisumque. Impressum Venetiis per Petrum Liechtitensteyn (sic) Coloniensem: felici numine explicitum est. Anno domini. 1503. idibus Aprilis. in 8. maj.

———— Institutiones. Venetiis per Baptistam de Tortis. 1507. die X. Januarii. in fol. max.

Quatuor hæ editiones raræ sunt, & nulla earum a *Maittairio* memorata.

———— Institutionum, seu elementorum Libri IV. a Gregorio Holoandro recens castigati. Lugduni per Sebast. Gryphium, 1536. in 12.

Notam *raritatis* habet in catalogo Engeliano.

JUSTINIANI Imp. Institutiones cum additionibus hactenus impressis. Quibus adduntur casus in quolibet paragrapho breves, sed qui rationem dubitandi & decidendi explicent, & contineant: quæ in unoquoque paragrapho notatu digna sunt, brevibus significantur. Singularum glossarum difficilium brevis & verissima resolutio. Doctorum sententiæ de earundem glossarum opinionibus, quæ damnentur, aut approbentur. Omnia ex editione & secunda recognitione Cl. Jureconsulti D. Sylvestri Aldobrandini nobilis Florentini. Lugduni excudebat Dionysius de Harsy. 1546. in 8. *Liber parum obvius.*

———— Pandectarum Opus, quod Digestum vetus vocitamus. Vigili studio, & impensis Antonii Koburger Nuremberge. 1482. in fol.

Forte sit pars illius editionis, quam Maittairius Tom. I. Part. 436. hoc titulo: *Corpus juris civilis, typis Monach. diversis*, indicat, & *raris* accenset.

———— Digestum novum, quod quinquaginta librorum pandectarum calcem appellare possumus: cum inter tria digestorum volumina istud XII. partiales libros continens, sit finale. In quo casus breves brevi stilo textum omnium ferme legum referant. Annotationes pauce in marginibus per impressorem locantur. Leges perfacilem ex ipsis annotationibus indicem. Comprehenduntur tituli

tituli diversis carminibus sufficienter mensuratis. Explicantur peculiariter carmina ipsa titulos continentia. Magna cum diligentia rubricæ omnes alphabetica serie disponuntur.

Nunc pandectarum calcem non calce terendum:
Hæc tibi punicea sex elementa dabunt.

Sequitur insigne Thielemani Kerveri: infra quod:

Hoc opus egregium multo sudore paratum
Urbs tibi parrhisia lector amate dedit.

In fine autem: Digestum novum optimis, ut cernere est, characteribus, sedulaque diligentia impressum: opera magistri Andree Bocard: qui in eo cum antiquis voluminibus castigando non mediocriter sudavit: sumptibus autem & impensis proborum virorum Johannis Bonhomie, Johannis Petit, & Thielmani Kerver, bibliopolarum parrhisien. finem accepit in famatissima Parrhisiensi Academia. Die XV. Julii. Anno a natali salvifico quingentesimo decimo: supra millesimum. (1510.) in 4. *Editio rara.*

JUSTINIANI (Petri) Rerum Venetarum ab urbe condita ad annum 1575. Historia, nunc ab eodem denuo revisa, & rerum memorabilium additione exornata. Venetiis apud Ludovicum Avantium. 1576. in fol.

Liber *rarus.* Prima editio, quæ ibid. anno 1560. prodiit, in bibliotheca Salcheniana accensetur *perraris.*

S. JUSTINI, Philoſophi & Martyris opera, quæ undequaque inveniri potuerunt. Græcus textus multis in locis correctus, & latina Joannis Langi verſio paſſim emendata: tum varians lectio, emendationum conjecturæ, & tres indices ſeorſum in fine additi. Ab initio præmiſſa veterum de Juſtino elogia, ordinis & cenſuræ ratio, Auctorum, qui citantur, catalogus. Opera Friderici Sylburgii Veter. Ex Typographeio Hieronymi Commelini. 1593. in fol. *Editio infrequens.*

——— Hiſtorici clariſſimi in Trogi Pompeji Hiſtorias exordium. — Juſtini hiſtorici viri clariſſimi epithomatum in Trogi Pompeji hiſtorias liber XLIIII. & ultimus feliciter finit. Lucii Florii geſtorum Romanorum epithoma incipit. in fol. ſine anni & loci indicio.

Utrumque opus eodem paginarum, quæ numeris Romanis notatæ ſunt, tenore conjunctum eſt, adſunt cuſtodes typus conſtippatus cum exigua ſyncopatione, gloſſæ marginales perbreves; initiales librorum litteræ aut minuſculæ, aut nullæ. Floro præmiſſa eſt epiſtola Philippi Beroaldi ad magnificum Comitem Petrum Mariam Rubeum Parmenſem, in fine autem M. Antonii Sabellici ad Jo. Matthæum Contarenum virum Patritium, utraque ſine nota temporis & loci. Hanc præcedit Octaſtichon.

Aurea Iuſtini, Lucique epithomata flori
Aere tibi modico candide lector eme.
Contraxit iſte Titi numeroſa volumina Livi,
Pompeii hiſtorias colligit ille Trogi.

Quam bene conjuncti: namque hic ubi desinit: ille
Incipit: atque unum pene videtur opus.
Rite recognovit quos Iustinianus ad ungvem
Romanus. Felix lector amice Vale.

Editio princeps Justini plerisque putatur Veneta Jensonii anni 1470. Contra sentit Laireus specim. Histor. Typogr. Romanæ seculi XV. pag. 134. qui Romanam anni 1469. apud Abbatem de *Rossi* ab se repertam scribit. Simillimam huic vidi, & summa diligentia exploravi in bibliotheca Illustrissimi D. Comitis MICHAELIS VLTZAI. Illud certe, quod in editionibus *Ulrici Han* comparet:

Anser Tarpeji custos Jovis &c.

manifesto indicio sunt, editionem Romanam esse, Sed de hac, ubi plurium Hungariæ bibliothecarum rariores libros mihi videre licebit, deinceps agam.

JUSTINI Historici clarissimi in Trogi Pompeii Historias exordium. — Justini Historici clarissimi in Throgi Pompeii Historias Liber XLIIII. & ultimus feliciter explicit. In Lucii Flori gestorum Ro. epithoma. — Romane Historiæ per L. Florum quam elegantissime in compendium redactæ. Mediolani apud Minutianum impressio finita. 1502. Id. Jan. in fol.

De Floro illi conjuncto jam alias dixi: meminit illius etiam Maittairius, sed de Floro, qui eodem typo, & foliorum tenore excusus est, silet. Editio, ut prior quoque, est ex *rarioribus*.

JUSTINI, & Aemilii Probi externorum Imperatorum vitæ. Venetiis apud Aldum. 1522. in 8. *Liber rarus*.

JUVENALIS Et Persii satyræ. Venetiis in ædibus hæredum Aldi, & Andreæ soceri, mense Martio. 1535. in 8.

Editio *rara*, & ab Harvoodo prætermissa.

——————— Satyrarum libri V. locupletissima, nec minus utili paraphrasi illustrati a Federico Ceruto Veronensi. Augustæ Vindel. ex offic. typographica Joan. Prætorii. 1599. in 4.

Bauero dicitur *proba & rara editio*.

Errata præcipua			Correcta.
Pag.	lin.		
113.	20.	BECHET - - - - -	ad pag. 115. post Bebelii locandus.
16.	30.	(Nic. Eucharistiæ) -	(Nic.) Eucharistiæ.
127.	1.	BERGERELIAE - - -	BERGER (Eliæ)
128.	26.	1410. - - - - - -	1490.
134.	3.	Satutifero. - - - -	salutifero.
135.	15.	facare. - - - - -	fecere.
171.	3.	Gerachia. - - - -	Gerarchia.
179.	21.	Eudcharistiam - - -	Eucharistiam.
199.	18.	1596. - - - - -	1496.
206.	7.	faictt. - - - - - -	faict.
207.	27.	Hoc. - - - - -	Hoe.
216.	7.	editiones latinas - -	editiones largissime.
233.	25.	focorum. - - - -	locorum.
240.	21.	(Balthas. Cortegiano)	(Balthassaris) Cortegiano.
261.	8.	fine l. & a. - - -	fine a.
261.	27.	De Fran. - - - -	Do. Fran.
380.	1.	Ευςιπιδυ - - - -	Ευριπιδου.
470.	18.	nuper - - - -	nnper.
493.	19.	Fenquarti - - - -	Fen quarti
541.	17.	Meld. - - - -	Melch.
563.	11.	VLTZAI - - -	VITZAI.

INDEX
RARIORVM
LIBRORVM.

INDEX RARIORVM LIBRORVM BIBLIOTHECAE VNIVERSITATIS REGIAE BVDENSIS.

PARS II.

K. —— Z.

CVM SVPPLEMENTO PARTIS I.

BVDAE,

TYPIS REGIAE VNIVERSITATIS.

ANNO MDCCLXXXI.

INDEX
RARIORUM LIBRORUM.

K.

KABABII (Andreæ) Carni, vindiciæ astronomiæ theticæ pro Dionysio, cognomento Exiguo, Abbate. Viennæ 1643. in 8. *Libellus raro obvius.*

KASCHUTNIG (Antonii) Soc. J. Vellus aureum, Burgundo-Austriacum, Torquatorum aurei velleris Equitum. Viennæ apud Schwendiman. 1728. in fol. cum figg.

Notam *raritatis* illi tribuit bibliotheca Solgeriana.

KELLER (Diethelmi) Kunstliche und aigendliche bildtnussen der Rhömischen Keysern, ihrer Weybern, und Kindern, auch anderer verrümpten personen, wie die auf alten pfenningen erfunden sind, sampt ainer kurtzen beschreibung ihrens härkommens, läbens, und abschaids, aus den aller bewärtesten geschichtschreybern allenthalben

A

Rom. Imp. plurium annorum pertinaci ſtudio elaborata. Pragæ anno æræ Dionyſianæ. 1609. in ſol.

KEPLERI Nova ſtereometria doliorum vinariorum, in primis Auſtriaci, figuræ omnium aptiſſimæ, & uſus in eo virgæ cubicæ compendioſiſſimus, & plane ſingularis. Acceſſit ſtereometriæ Archimedeæ ſupplementum. Auth. Joan. Keplero Imp. Cæſ. Matthiæ I. ejusque fidd. Ordd. Auſtriæ ſupra Anaſum Mathematico. Lentiis excudebat Joan. Plancus, ſumptibus authoris. 1615. in fol.

Author ſequente anno idem opus in Germanicum traduxit, & ordinibus ſuperioris, ac inferioris Auſtriæ inſcriptum Lincii apud eundem Plancum edidit, quod itidem poſſidemus.

——— Ephemerides novæ motuum cæleſtium ab anno vulgaris æræ 1617. ex obſervationibus potiſſimum Tychonis Brachei, hypotheſibus phyſicis, & tabulis Rudolphinis ad meridianum Uranopyrgicum in freto Cimbrico, quem proxime circumſtant Pragenſis, Lincenſis, Venetus, Romanus. Lincii apud Joan. Plancum. 1617. in 4.

——— Epitome aſtronomiæ Copernicanæ uſitata forma quæſtionum & reſponſionum conſcripta, inque VII. Libros digeſta Lentiis ad Danubium excudebat Joan. Plancus. 1618. in 8.

KÉRY (Joan.) Ordinis S. Pauli I. Fremitæ, Martis Turcici ferocia anno a Chriſti ortu ſupra

millesimum sexcentesimum sexagesimo III. & IV. in Hungariæ viscera irruens, invictisque Augustissimi Cæsaris Leopoldi I. agminibus enervata, Libri II. Posonii apud Gotfriedum Gründer. 1672. in 8. *Editio perrara.*

KETHAM (Joan. de) Fasciculus medicine tractans de anothomia, & diversis infirmitatibus corporis humani. Accedunt multi alii tractatus per diversos excellentissimos doctores compositi: nec non anothomia *Mundini* cum figuris. — Hec anothomia fuit emendata ab eximio arcium & medicine doctore D. magistro *Petro Morsiano* de Imola in almo studio Bononie cyrurgiam legente, coadjuvantibus magistro *Joan. Jacobo Cararia* de Buxeto, & magistro *Antonio Frascaria* Janensi, cyrurgie studentibus. Impressum Venetiis per Joan. & Gregor. de Gregoriis fratres. 1495. die XV. Octobris in fol.

Liber *rarus.* Bauer ex biblioth. Lehmanniana editionem Venetam anni 1513. raris accenset, quod mihi indicio est, nostram Lehmanno ignotam fuisse. Author quibusdam sub nomine *Kartham* quoque censetur.

KEYSERLICHER Maiestat und Königs in Franckreych Vertrag. 1526. in 4. Sine loco, *Scriptum perrarum.*

KEYSERSBERGIUS (Joan.) Vide supra *Gayleri.*

KIOVIENSE colloquium de processione spiritus sancti a Patre & Filio, inter admodum R. D. *Innocentium Gizel*, collegii Mohilæani Kioviæ Rectorem, & philosophiæ Professorem, & P. *Nicolaum Cicbovium* Soc. J. Kioviensem tunc Missionarium, nunc ab eodem Patre e MSS. mox ab eo colloquio bona fide exaratis erutum, & in lucem datum. Cracoviæ apud Stanislaum Bertutowic. 1649. in 8. *Libellus perraro obvius.*

KIPPINGI (Henr.) Notæ & animadversiones in axiomata politica Gallicana, quæ D. *Aubry* Galliæ regis consiliarius, & Advocatus Parlamenti Parisiensis evulgavit, de justis prætensionibus regis super Imperium, & prærogativa ejusdem. Exponuntur multa, plurima refelluntur, & injustæ accusationes, quas Gallico assertori flagrantissimum nominis Germanici odium extorsit, firmis rationibus redarguuntur. Bremæ apud Erhardum Bergerum. 1668. in 12.

Scriptum *valde rarum*, lectuque dignissimum. Axioma XXIV. Aubryanum: *cum Carolo V. desiit Imperium Germanicum, utpote, qui ultimus a Pont. Romano coronatus est*; præ ceteris exagitat. Ad calcem opusculi subjicitur acclamatio,

Aspice, ut insignis spoliis Leopoldus opimis
Austriacæ gentis spes maxima, & indole summus
Ingreditur, victorque viros supereminet omnes.
Hic rem Teutonicam, magno turbante tumultu,

Sistet eques, sternet Turcos, Gallumque ferocem,
Par Carolo, parque Othoni felicibus armis.

KIRCHENAGENDA, wie die von den zveyen Ständen der Herrn und Ritterschafft in Ertzhertzogthumb Oesterreich unter der Enns gebraucht wirdt. 1571. in fol. sine l.

Liber *perrarus*. Agenda ad confessionem Augustanam anni 1539. exacta est.

KIRCHENGESANG, darinnen die haupt articl des Christlichen Glaubens kurtz gefasset, und ausgeleget sind, jezt von neyen durchgesehen, gemehret, und der Röm: Kayserl: Mayestät in unterthänigster demuth zugescrieben. 1566. in 4. sine l.

Similis tituli editionem anni 1580. Bauerus ex biblioth. Thomasiana *raris* adnumerat.

KIRCHENORDNUNG, wie es mit der Christlichen Lehre, heiligen Sacramenten, und allerley anderen ceremonien in meines gnädigen Herrn H. Ott Heinrichen Pfaltzgrafen bey Rhein, Hertzogen in nieder und ober Bayern &c. gehalten wird. Norimb. per Joan. Petreium. 1543. in 4.

Liber *rarissimus*, si idem cum eo sit, quem bibliotheca Saltheniana, Bauero teste, titulo: *Pfaltz-Neuburgische &c.* anno 1547. editum memorat.

———— Der Herren Marggrauen zu Brandenburg, und eins erbarn Raths der Stadt Nürm-

berg Oberkeyt, und Gebieten, wie man sich bayde mit der Lehr und cerimonien halten solle. Norimb. apud Christophor Heussler. 1564. in fol.

Editiones annorum 1533. & 36. inter *rarissimas* locum habent: nec nostra passim obvia est.

KIRCHERI (Athanasii) Fuldensis Buchonij Soc. J. ars magna lucis, & umbræ, in X. libros digesta, quibus admirandæ lucis, & umbræ in mundo, atque adeo universa natura, vires, effectusque, uti nova, ita varia novorum, reconditorumque speciminum exhibitione, ad varios mortalium usus panduntur. Romæ ex typogr. Ludovici Grignani. 1646. in fol. cum figg.

Scripta Kircheri aliqua *rarioribus*, quædam *rarissimis* etiam inserunt Tenzelius, catalogus Fresnoio-Menckenianus, biblioth. Saltheniana, Thomasiana, aliique bibliographi, omnium autem copiosissime seriem librorum hujus authoris recenset Serpilius.

———— Iter extaticum, quo mundi opificium, id est, cœlestis expansi, siderumque tam errantium, quam fixorum natura, vires, proprietates, singulorumque compositio, & structura &c. nova hypothesi exponitur ad veritatem, interlocutoribus Cosmiele, & Theodidacto. Ad serenissimam Christinam Alexandram, Svecorum, Gothorum, & Wandalorum reginam. ibid. typis Vitalis Mascardi. 1656. in 4.

KIRCHERI Idem opus. ibid. 1678. in fol.

———————— China monumentis, qua Sacris, qua profanis, nec non variis naturæ Spectaculis aliarumque rerum memorabilium argumentis illuſtrata, auſpiciis Leopoldi I. Imp. &c. Amſtelod: apud Joan. Janſſonium. 1667. in fol.

———————— Prodromus Coptus, ſiue Aegyptiacus ad eminentiſs. S. R. E. Card. Franciſcum Barberinum, in quo cum linguæ Coptæ, ſive Aegyptiacæ, quondam Pharaonicæ, origo, ætas, viciſſitudo, inclinatio, tum hieroglyphicæ litteraturæ inſtauratio exhibentur. Romæ typis Sac, Congr. de propaganda fide. 1636. in 4.

———————— Oedipus Aegyptiacus, hoc eſt, univerſalis hieroglyphicæ veterum doctrinæ, temporum injuria abolitæ inſtauratio. Opus ex omni orientalium doctrina & ſapientia conditum, nec non viginti diverſarum lingvarum autoritate ſtabilitum &c. Tomus I. Romæ ex typogr. Vitalis Maſcardi. 1652. in fol.

———————— Tomi II. pars prior: gymnaſium, ſeu phrontiſterion hieroglyphicum in XII. claſſes diſtributum, continens ſex priores claſſes. ibid. 1653. in fol.

———————— Tomi II. pars altera complectens ſex poſteriores claſſes. ibid. 1653. in fol.

KIRCHERI (Athan.) Musurgia universalis, sive ars magna consoni, & dissoni in X. libros digesta. Tom. II. Romæ ex typogr. hæredum Franc. Corbelletti. 1650. in fol.

——— Obeliscus Pamphilus, hoc est, interpretatio nova, & hucusque intentata Obelisci hieroglyphici, quem non ita pridem ex veteri hippodromo Antonini Caracallæ Cæsaris in agonale forum transtulit, integritati restituit, & in urbis æternum monumentum erexit Innocentius X. Pont. Max. In quo post varia Aegyptiacæ, Chaldaicæ, Hebraicæ, Græcanicæ antiquitatis, doctrinæque, qua Sacræ, qua profanæ monumenta, veterum tandem theologia hieroglyphicis involuta symbolis detecta, e tenebris in lucem asseritur. ibid. typis Ludov. Grignani. 1650. in fol.

——— Pantometrum, hoc est, instrumentum geometricum novum antehac inventum, nunc X. libris - - explicatum, perspicuisque demonstrationibus illustratum a Gaspare Schotto Regiscuriano Soc. J. olim in Panormitano Siciliæ - - matheseos professore. Herbipoli typis Jobi Hertz. 1660. in 4.

——— Scrutinium physico-medicum contagiosæ luis, quæ pestis dicitur. Romæ typis Mascardi. 1658. in 4.

Libri *rari*, sed virulenti, author creditur fuisse Thomas Naogeorgius. Est carmine exaratus: prologi initium hoc est:

Hilff Gott, gib müt gib sterck und Rahdt
Das ich die grosse wunderthat,
Des Bapsts glyder glauben gar
All brauch des Gottsdiensts ubers jär,
Sein fasten, feyr, herrliche fest
Beschreiben mög auffs aller best,
Auch all umbstend in disem Reych
welches in der welt hat keinen glich &c.

KIRCHOF (Joan. Wilhelm.) wahrhafftige und doch summarie beschreibung der vielfältigen und mit Gottes hülff mannlich ausbestandenen gefahrlichkeiten, gefurten kriegen, und geschichten des durchlauchtigen und hochgebornen - - Fürsten und herrn herrn Philipsen des eltern weiland von Gottes gnaden Landgraven zu Hessen &c. Gedruckt zu Marpurg durch Andres Kolben Erben. 1567. in 4.

Opusculum *rarum*, & stilo ligato contextum. Aversa tituli facies exhibet protomam Philippi Landgravii: hanc sequitur dedicatio ad Philippum, Franciscum, & Bernardum Comites Valdeccios.

KIRSTENII (Petri) grammatices Arabicæ Liber I. Sive orthographia, & prosodia Arabica. Breslæ typis Arabicis, ac sumptibus authoris in officina Baumanniana. anno DoMIne ChrIste VenI. (1608.) in fol.

Bauer ex Jo. Raimmanno, atque aliis, omnia Kirstenii opera *raritatis* nota insignit.

KIRSTENII Liber II. grammaticæ Arabicæ, sive etymologia Arabica, ibid. anno est Mea CVra DeVs. (1610.) in fol.

——— Liber III. grammaticæ Arabicæ, sive Syntaxis Arabica. ibid. anno eod. in fol.

——— Notæ in Evangelium S. Matthæi ex collatione textuum Arabicorum, Aegyptiac. Hebræor. Syriacor. Græcor. Latinorum. ibid. anno In qVo notæ hIstorIæ sanCtI MatthæI eDItæ. (1611.) in fol.

——— Vitæ Evangelistarum quatuor: nunc primum ex antiquissimo Codice MS. Arabico Cæsario erutæ. Ad Rudolphum II. Imp. ibid. anno MeDICI VerI. (1608.) in fol.

——— Epistolæ Judæ Apostoli ex MS. Heidelbergensi Arabico ad verbum translata. Additis notis, & textuum græcorum, & versionis latinæ vulgaris collatione. ibid. anno IMpressIs bresLæ hIs notIs epIstoLa IVDæ. (1611.) in fol.

Ain Klegliche KLAG an den Christlichen Römischen Kaiser Karolum von wegen Doctor *Luthers*, und Ulrich von *Hutten*, auch von wegen der *Curtisanen*, und *betelmünch*. Das Kay. Maie. sich nicht las solich Leut verfüren. Der erste bundtsgenoss. in 4. sine l. & a. folior. cum titulo 55.

Scriptum *valde rarum.* Ad calcem hæc leguntur: *Lafs dich nicht belangen, ich kum schier wils Got.* Confœderatorum XV. in Scenam adducuntur: qui ordine duodecimus est, inter ceteras leges hanc quoque sancit. *Zu grossen eren sol es ainer frawen geacht werden, welche ain Münch, oder pfaffen zu der ehe nimpt, doch von dem sy nötige narung müg warten, ob sy für sich selbs nit hat.* Hinc facilis conjectura fit ad opusculi argumentum.

KLING (Melchior.) In quatuor institutionum juris civilis Principis Justiniani libros enarrationes - . nunc primum recens & natæ, & in lucem datæ. Francof. apud Christian. Egenolphum Hademarium. 1543. in fol.

Liber *infrequens*: dicat illum author Christiano regi Danorum. Apud Lippenium annus 1542. vel ex privilegio Ferdinandi I. Imp. Spiræ signato, vel ex dedicatione pro anno editionis non recte substitutus est.

KOBIERZICZKI (Stanislai) Castellani Gedanensis, historia Wladislai Poloniæ, & Sveciæ Principis. Dantisci 1655. in 8. *Editio rara.*

——————— Obsidio clari montis Czestochoviensis, Deiparæ imagine a D. Luca depicta celeberrimi. Dantisci typis Georgii Forster. 1659. in 4. *Liber minus obvius.*

KOEBELII (Jac.) Astrolabii declaratio, ejusdemque usus non modo astrologis, Medicis, Geographis, cæterisque litterarum cultoribus multum utilis, ac necessarius, verum etiam mechanicis qui-

busdam opificibus non parum commodus. Moguntiæ Petrus Jordan excudebat. 1535. in 4.

KOEBELI Astrolabii declaratio &c. Cui accessit Isagogicon in astrologiam judiciariam. Parisiis apud Gulielm. Cauellat in pingvi gallina. 1550. in 8. *Utrumque scriptum infrequens.*

KOHEL (Sigismundi) Abbatis Lucensis, Ord. Præmonstratensis, non nullorum PP. Præmonstratensis ordinis vitæ ex variis authoribus collectæ. Typis Lucensibus ad fluvium Dia. 1608. in 4.

Liber *rarus*: complectitur vitas S. *Northerti* archiep. Magdeburgensis: *Godefridi* Comitis Cappenbergensis: S. *Hermanni* Canonici Steinfeldensis: B. *Friderici*: Ven. *Haytonis* regis Armeniæ, postea Ord. Præmonstratensis: Ven. *Hroznatæ* Teplensis, & Chotiessoviensis monasteriorum Fundatoris.

KORNMANNI (Henr.) De miraculis mortuorum. Kircheim. 1601. in 8.

Bauero teste, apud Osmont stella *raritatis* notatur.

KRACSINSZKI (Gabriel.) Soc. Jesu, historia naturalis curiosa regni Poloniæ, & magni Ducatus Lithuaniæ. Sandomiriæ 1721. in 4. *Liber perrarus.*

KRAFFT (Vlrici) Sermones, das ist, der geistlich streit, gemacht, und gepredigt worden durch den hochgelerten bayder Rechten Doctor Ulrich Krafft, pfarrer zu Ulm, ausgeteilt in sermones durch die fierzigtegigen fastenn - - - des jars als man

man zalt nach der geburt Christi Jesu unsers lieben Herren. Tausent fünffhundert und drey jar. in 4.

Editio *valde rara.* Typographus suo nomine dicat sermones hos Cunegundæ Austriacæ: *der durchlichtigsten hochgebornen fürstin und frawen fraw Künigünndt geborne Ertzhertzogin von Eosterreich, weilandt des durchlichtigen hochgebornen fursten, und herrnn Albrecht Hertzog zu payern ein verlassen gemachel zu München in sant Franciscus gotshaus wonend, sag ich Johann Haselsperg aus der Reichen ouw Costantzer bistumbs büchtrücker mein underthenig fleissig und willig dienst &c. Datum nach Christi gebürt* 1517. *Achatii.* Qui annus verisimiliter editionis quoque fuerit.

KRANTZII (Alberti) Ecclesiæ Hamburgensis quondam Decani, Metropolis, sive historia Ecclesiastica Saxoniæ, qua eleganter, & luculenter describit, quomodo inde usque a Carolo M. primum religio Christiana in Saxoniam invecta, & usque ad hæc fere tempora propagata est, & simul etiam aliarum nationum, regum, & principum adjacentium res gestas copiose recenset. Coloniæ apud Gervinum Calenium, & hæredes Quentelios. 1574. in 8. M.

Editio *rara*, sed quota ordine sit, me omnino fugit. Primam Basileæ apud Oporinum anno 1548. prodiisse biblioth. Gesneriana memorat. Exempli mei possessor fuit Hieron. Wolfius; cujus icon thecæ interiori adnexa est. Nescio, cujus manus hæc de Krantzio illic adscripserit: *Albertus Crantz S. Theolog. & de-*

cretorum Doctor obiit anno 1517. *Hic lectis Lutheri propositionibus de indulgentiis, dixisse fertur: Frater, vade in cellam, & dic, Miserere mei Deus*: huic oppositam sententiam, si me memoria non fallit, puto me legisse in Chemnitii examine concilii Tridentini.

KRANTZII (Alberti) Rerum Germanicarum Ecclesiastica historia, sive metropolis. De primis Christianæ religionis in Saxonia initiis, deque ejus episcopis, & horum vita, moribus, studiis, & factis &c. denuo, & quidem multo accuratius, quam ante, edita. Francof. ex typogr. Andreæ Wecheli. 1576. in fol.

Præfatur Jo. Wolfius ad Julium episcopum Herbipolitanum. Bauerus editionem Francofurtensem anni 1590. in fol. a *raritate* commendat, de nostra hac nihil memorans.

KRENTZHEIM (Leonardi) chronologia, das ist, grundtliche., und fleissige Jahr rechnung, sampt verzeichnung der fürnembsten Geschichten, Veränderungen, und zufell, so sich beyde in Kirchen und Welt regimenten zugetragen haben von anfang der Welt bis auff unsere Zeiten &c. Görlicii per Ambros. Fritsch. 1577. Partes II. in fol. M.

———— Conjecturæ piæ, & eruditæ de impendentibus in Ecclesia, & Imperiis horum temporum mutationibus, & calamitatibus, sumptæ ex collatione annorum, atque eventuum vet. &

novi Testamenti primæ, & ultimæ monarchiæ, numerorum in Daniele, & apocalypsi &c. publicatæ studio Laur. Ludov. Leobergensis. Gorlicii Ambros. Fritsch excudebat. 1578. in 4. M.

Utrumque opus catalogi, Schwindelianus, & Bunemani inter *rara* locant: in priore tamen annus 1576. occupatus est, posterius annum 1580. exhibet. Conjecturas author *præstantissimo viro, domino, ac fautori J. Sambuco* sua manu inscripsit.

KRUSINSZKI (Judæ) Soc. J. Missionarii Persici, Prodromus Legationis a fulgida Porta ad Persarum regem Schah Sultan Husseini M. DCC. XX. expeditæ. Leopoli. 1734. in 4. *Liber apud nos perrarus.*

KULTSÁR (Georgii) Postilla in Dominicas. Hungarice. Bartphæ. 1579. in 4.

Liber *admodum rarus*, Czwittingero, ac Authori *memoriæ Hungarorum &c.* ignotus.

L.

LABBE (Philip.) Biturici Soc. J. Theologi, de Scriptoribus Ecclesiasticis, quos attigit Eminentiss. S. R. E. Card. Robertus Bellarminus, philologica, & historica Dissertatio, in qua plurima cum ad historiam, chronologiam, criticenque Ecclesiasticam spectantia explicantur, tum aliorum, præsertim hæreticorum, Riveti, Coci, Perkinsi, Tossani, Gerhardi, Aubertini, Hottingeri, Ma-

Editio in nostris quoque terris *raro obvia.*

LACTANTII (Firmiani) opera nuper per Janum Parrhasium accuratissime castigata, græco integro adjuncto, quod in aliis cum mancum, tum corruptum invenitur, in hoc vero emendatissimum invenies. Ejusd. epitome: carmen de phœnice: carmen de resurrectione Domini. Habes etiam Joan. Chry. de eucharistia quamdam expositionem, & in eandem materiam Laur. Vallæ sermonem: habes Phi. adhortationem ad Theodo. & adversus gentes Tertul. apologeticon, habesque tabulam noviter impressam. Venetiis 1509. die III. Januarii. in fol.

Editio *perrara*, ac typo Romano luculento, notas refert typogr. Joan. Tacuini de Tridino. Harvoodus editionem Basileensem anni 1521. de qua mox, idcirco etiam laudat, quod carmen de *passione Domini* in eà primum compareat: sed id jam exhibet Veneta, quam nunc excitavi, nisi forte id ad Basileenses editiones pertinere voluerit, nullam tamen, quæ anno 1521. vetustior sit, memorat.

———— Divinarum institutionum Libri VII. De ira Dei Lib. I. de opificio Dei lib I. Epitome in libros suos liber acephalos: phoenix: carmen de Dominica resurrectione. Carmen de passione Domini. Basileæ apud Andream Cratandrum, mense Februario. 1521. in 4.

Editio *rara*, & ad normam Aldinæ anni 1515. exscripta. Possessor sua manu hæc adnotavit: *Vienne*

corum nostri temporis. Parisiis apud Michaelem de Roigny. 1581. in 8.

Editio *parum communis*. Continet vitas & facta M. Lutheri, Andreæ Carlostadii, Joan. Calvini, & Knoxii.

LAMBECII (Petri) Commentariorum de Augustissima bibliotheca Cæsarea Vindobonensi Libri VI. Vol. VIII. Vindobonæ typis Matthæi Cosmerovii 1665. = 1674. in fol. cum figg.

Opus *valde rarum*, & sumtuosum. Auctius, ac emendatius, doctisque observationibus passim inspersis bono rei litterariæ Illustris KOLLARIVS Augustæ a consiliis rursus edidit.

——————— Diarium sacri itineris Cellensis interrupti, & repetiti. Vien. apud eundem 1666. in 4. M.

Editio *rara*: continet haud pauca, quæ ad illustrandam Mathiæ Corvini regis bibliothecam faciunt.

LAMBERTI (Francisci) Commentarius in evangelium Lucæ. Norimbergæ apud Petreium, 1524. in 8.

——————— De causis excæcationis multorum seculorum commentarius. Norimb. apud eundem. 1525. in 8.

Utrumque scriptum inter *rarissima* habetur. Author, deserto ordine Divi Francisci, primus omnium fuit, qui in Gallia Lutheri placita sectatus sit. An postea ad Reformatorum partes transierit, lis est, quam decernere nec hujus loci nec mei instituti est.

ordinum delegatos. Middelburgi Zelandiæ apud Zachariam Romanum. 1631. in 4. *Editio rara.*

LASCARIS (Constantini) Erotemata græcæ linguæ cum interpretatione latina. Venetiis litteris & impensis Aldi Manutii Romani. 1494. in 4.

Liber teste catalogo biblioth. Solgerianæ *rarissimus.* Adjecta sunt, alphabetum græcum, abbreviationes, quibus Græci utuntur, oratio Dominica, & Duplex Salutatio B. Mariæ Virginis, Symbolum Apostolorum, Evangelium S. Joannis Evangelistæ, carmina aurea Pythagoræ, & Phocilidis moralia, quæ interpretationem Latinam ad verbum habent.

———— De octo partibus orationis Liber I. Ejusdem de constructione Liber II. Ejusdem de nomine & verbo lib. III. Ejusd. de pronunciatione in omni idiomate loquendi, ac, ut poetæ utuntur, opusculum. Hæc omnia habent e regione latinam interpretationem ad verbum fere propter rudiusculos, ita tamen, ut amoveri, & addi possit pro cujusque arbitrio. Cebetis tabula & græca, & latina, opus morale, & utile omnibus, & præcipue adulescentibus. De litteris græcis, ac diphtongis, & quemadmodum ad nos veniant. Abbreviationes, quibus frequentissime græci utuntur. Oratio Dominica, & duplex salutatio ad beatiss. Virginem. Symbolum Apostolorum. Evangelium divi Joannis Evangelistæ. Carmina aurea Pythagoræ. Phocylidis poema ad bene, beateque vivendum. De

idiomatibus linguarum tres tractatus Joannis Grammatici, Eustathii, Corinthi cum interpretatione latina. Introductio perbrevis ad hebraicam lingvam. Venetiis apud Aldum mense Octobri. 1512. in 4.

Editio *perrara*, & auctariis, ut ex titulo liquet, locupletata.

LASCARIS (Jani Rhyndacei) Epigrammata. græce. Parisiis apud Jacobum Bogardum. 1544. in 8. *Liber raro obvius.*

LAUDINIUS Eques Hierosolymitanus. Hoc in volumine hæc continentur. Epistolæ *Mauennetis* Turcorum Imp. ad diversos Principes. Epistolæ *Diogenis* Cynici philosophi acutissimi: epistolæ *M. Bruti* quas græce conscripsit, quum ipse & Cassius mortuo Cæsare cum Dolabella pro Syria, Asiaque prouinciis sibi per senatum decretis bellum gerunt. *Hippocratis* Coi Medicorum principis epistolæ. in 4. sine loci, & anni nota. folior. 46. M.

Editio *rara*, ac forte eadem cum illa, quam Bauerus ex Jo. Christiani Goetzen merkwürdigkeiten regiæ biblioth. Dresdensis memorat. Epistolæ inscriptæ sunt Francino Beltrando Comiti: de Mahomete illarum authore argumentum, quod operi præmittitur, ita: *epistolas vero ad innumeras orbis gentes plurimas dictavit, partim syro, & græco sermone compositas, partim scythica lingva scriptas, quas quidem Laudinius Eques Hierosolymitanus, earum post sententias assecutus, Latinas edidit.* Utinam aliquod specimen

ſcythicæ linguæ nobis Laudinius exhibuiſſet. Quo lector judicium de his epiſtolis ferre poſſit, exſcribo illam, quam Mahumetes ad Hungaros, & hi viciſſim ad illum dedere.

Turcus Pannonibus.

Virtute veſtram Pannonii etſi bello maximam ſæpe declaraſtis, plus tamen vobis incommodi attuliſſe, quam boni cujusquam uſum, didiciſtis. His vero, qui majores viribus animos gerunt, ſemper affuit in bello temeritas.

Pannonii Turco.

Nec belli a te conſilia, nec armorum, quibus oppugnamur, rationem ab hoſte exigimus. Satis prudentiæ quidem gerendis rebus habere exiſtimantur, qui virtute animi, & conſtantia victoriam ſibi cum laude pepererunt.

LAUDINIUS. Epiſtolarum Turci magni per Laudinum libellus ſententiarum gravitate refertiſſimus: additis non nullis lectu dignis epiſtolis (ex) Laertio, Gellio, & noſtræ tempeſtatis Callentio, præjuncto unicuique titulo, qui frugem habeat totius lectionis. Adoleſcentibus ſtudioſis commodiſſime compactus. — Impreſſum eſt hoc epiſtolarum opuſculum Viennæ Pannoniæ ab Hieronymo Philovalle, & Joanne Singrenio Nono kalendas Octobres. Anno 1512. in 4.

Editio nitida & *perquam rara*, nec exteris, ut fere pleræque Viennenſes ſeculi XVI. ineuntis editiones, cognita. In fine addit Vadianus ſcazontem in laudem repertæ typographiæ.

profani, qua publici, qua privati, ſacrificiorum, nuptiarum, comitiorum, conviviorum, fori, theatri, militiæ, triumphi funeris explicantur, iique e philoſophiæ, politiæ, philologiæ adytis eruuntur, proverbiis, hiſtoriis, rebusque criticis illuſtrati enucleantur. Cum indicibus locupletiſſimis. Lugduni. 1666. in fol. M.

Bibliotheca Solgeriana, & Freytag librum *raris* accenſent.

LAURENTIUS *Vallenſis*. Vide VALLENSIS.

LAZII (Wolfgangi) Reipublicæ Romanæ in exteris provinciis bello aquiſitis conſtitutæ commentariorum Libri XII. &c. Francof. apud hæredes Andr. Wecheli Cl. Marnium, & Joan. Aubrium- 1598. in fol. cum figg.

Vogt, Freytag, Sincerus, aliique pleraſque Lazii lucubrationes *rarioribus* adnumerant.

LAZII (Wolfg. De aliquot gentium migrationibus, ſedibus fixis, reliquiis, lingvarumque initiis, & immutationibus ac dialectis Libri XII. &c. Baſileæ ex offic. Oporiana 1572. in fol. cum figg.

——— Fragmentum vaticinii cujusdam, ut conjicitur, *Methodii* epiſcopi eccleſiæ Paterenſis, & martyris Chriſti, a Wolfg. Lazio Viennen. Medico, & philoſopho repertum, & vice prognoſtici cujusdam ad annos futuros piis in conſo-

lationem evulgatum, cujus & scholiis, argumento, historiarumque collectione illustratum est. Ejusd. Scholia & argumentum in VIII. Daniel. & XI. Esdræ. Libb. IV. Viennæ Austriæ hæredes Syngrenii excudebant. 1547. in 4.

Præfatur ad Marcum Beck a Leopoldstorf per provincias inferioris Austriæ protocancellarium. Longum esset, ac tædii plenum, omnes eos vates, quos ad Methodium illustrandum depromit, recensere. Mirum est, virum doctum operam suam in hac opera voluisse perdere.

LAZII (Wolfg.) Laudatio funebris in Exequiis illustriss. fœlicis recordationis Rom. Hung. Boh. &c. Reginæ &c. DD. Annæ invictiss. ac potentiss. Rom. Cæs. Ferdinandi hoc nomine primi Hung. Boh. &c. regis &c. domini nostri clementissimi dilectissimæ conjugis, in omnis ordinis virorum corona dicta die XIIII. Febr. 1547. Viennæ Austriæ excudebant hæredes syngrenii. in 4. M.

Scriptum *perrarum*. Laudationi præmittitur cenotaphium, ex quo, quæ ad ætatem & mortis genus Annæ reginæ spectant, excerpo. VIX. AN. XLIIII. MENS. XI. DIES. III. ⊙. EX. PARTVS. TORMEN. DIE. XXVII. IAN. ANNO. SALVTIS. M. D. XLVII.

——— Historische beschreibung der weitberühmten Keyserlichen Hauptstadt Wienn in Oesterreich, darinn derselben Ursprung, Adel, Obrigkeit, und Geschlechter ausführlich erklärt werden. Viennæ. 1619. in fol.

Est versio *rara* operis, quod latine anno 1545. Basileæ apud Joan. Oporinum prodiit.

LEIBNITZII (Godef. Guilielm.) Novissima Sinica, historiam nostri temporis illustratura. In quibus de Christianismo publica nunc primum authoritate propagato, missa in Europam relatio exhibetur, deque favore scientiarum Europæarum, ac moribus gentis, & ipsius præsertim Monarchæ, tum & de bello Sinensium cum Moscis, ac pace constituta, multa hactenus ignota explicantur. Secunda editio, accessione partis posterioris aucta. 1699. in 8. sine l. M.

Collectio apud nos *admodum rara*. Præfatur Leibnitzius erudite non minus, quam prolixe. Pars I. continet relationem P. *Jos. Suarii* Soc. J. qui collegio Pekinensi præfuit. Excerpta ex libro astronomico P. *Verbiest* Soc. J. apud Sinas impresso. Epistolam P. *Grimaldi* Soc. J. ad Leibnitzium Goa 6. Dec. 1693. datam. Item epistolam *Ant. Thomæ* Belgæ S. J. Pekino 12. Nov. 1695. exaratam. Descriptionem itineris Sinensis a legatione Moscovitica annis 1693. 1694. & 95. confecti emendatius editam. Denique appendicem excerptorum ex litteris P. *Gerbilloni* S. J. in Nipchou urbe ditionis Moscoviticæ ad confinia Sinensium, die 2. & 3. Septemb. anno 1689. datis, ubi de bello, & pace tandem confecta inter Sinas, & Moscos agitur. Pars II. complectitur iconem regiam Monarchæ Sinarum Cang-Hii, a P. Joach. *Bouvet* S. J. gallice regi Christianissimo oblatam, & in latinum conversam.

LEDESMA (Ant. Colmeneri de) chocolata In-

Vetuſtior

Vetuſtior eſt verſio anni 1581. quam Kinderlingus memorat, noſtram tamen nota *raritatis* quoque inſignit.

LEMNII (Lev.) Medico Zirizeo della compleſſione del corpo humano libri due. Nuovamente di Latino in volgare tradotti. In Venetia appreſſo Domenico Nicolino. 1564. in 8.

——— De gli occulti miracoli & varii ammaeſtramenti delle coſe della natura, con probabili ragioni & artificioſa congiettura conſermati. In Venetia appreſſo Lodovico Auanzo. 1567. in 8. *Utraque editio perrara.*

LENCKERS (Johan.) Perſpectiva allen Liebhabern guter künſten zu ehren, und gefallen publicirt. Norimb. per Dietericum Gerlatz 1571. in fol. cum figg. *Liber rarior.*

LENSAEI (Joan.) Libelli cujusdam Antverpiæ nuper editi contra ſereniſſ. *Joannem ab Auſtria*, Gubernatorem generalem inferioris Germaniæ, qua parte conſcientiæ, ut vocant, libertas in eo requiritur, brevis, ac dilucida confutatio. Lovanii excudebat Joan. Maſius. 1578. in 8.

Cum alia ſcripta hujus authoris, tum hoc in primis apud nos *rarum* eſt. Argumenti rationem præfatio explicat, quam, quod brevis ſit, huc transſcribo. *Nuper admodum editus eſt Antverpiæ typis Plantinis libellus ſine authoris nomine, ſed non ſine privilegio archiducis Matthiæ ab Auſtria adverſus eum*

librum, quo non ante multo serenissimus princeps D. Joan. ab Austria, hujus inferioris Germaniæ Gubernator suam quamdam intentionem declaraverat, cui propterea titulus erat : Declaratio intentionis D. Joannis ab Austria. *Qui liber simul atque in manus nostras venit, serius autem venit, quam volui, cum rumor, nescio quis, eo de libello spargeretur, perlegi studiose, eo præsertim in loco, ubi paginis aliquot, religionis causa tangebatur. Hic vero, quis quis author ille est, haud sanæ fidei hominem se esse demonstravit: simul etiam in falsam opinionem de Catholicis episcopis, Universitatibusque hujus nostri Belgii vehementer, quantum in ipso quidem situm fuit, simpliciores multos adduxit. Quocirca visum est, committendum non esse, ut liber hac præcipue in parte perniciosus, sine omni confutatione, quod vellet, persuadere sineretur.* Id quod nervose omnino præstitit. Multum refert dari in promtu viros, qui, dum episcopi gravissimis laboribus in pastorali cura distinentur, horum authoritatem adversus petaces non minus, quam dicaces homines scripto tueri possint.

LENSAEI (Joan.) De variis generibus, caussis, atque exitu persecutionum, quas pii hoc in mundo peregrinantes patiuntur, liber unus. Lovanii excudebat Servatius Sassenus. 1578. in 8.

———— De officio hominis Christiani in persecutione constituti, ibid. excudebat Joan. Masius. 1578. in 8.

Utrique opusculo conscribendo occasionem præbuit, Ecclesiasticorum ex Hollandia, & Zelandia expulsio, quasi Hispanicorum consiliorum participes fuissent.

LEODII (Petricii A.) Harmonia Augustanæ confessionis, doctrinæ Evangelicæ consensum declarans. Coloniæ apud Cholinum. 1573. in fol.

Bauer ex biblioth. Solgeriana editionem Coloniensem anni 1587. a *raritate* laudat.

LEONICENI (Nicolai) De Plinii, & aliorum Medicorum erroribus liber. Basileæ excudebat Henricus Petrus. 1529. in 4. M.

Osmont Basileensis quidem editionis, sed anni 1532. meminit, eamque *raris* inserit.

LEO Magnus Pontifex: *Maximus* Taurin. Petrus *Chrysol.* Ravenn. *Fulgent.* Ruspensis; *Valerianus* Cemel. *Amadeus* Lausan. *Asterius* Amasen. Heptas Præsulum Christiana Sapientia & facundia clarissimorum. Theophilus Raynaudus Soc. Jesu Theologus priorem editionem variis ad SS. Leonem, & Fulgentium accessionibus instructam, octoginta Fulgentii sermonibus ex MS. cumulavit: censuram inofficiosæ censuræ libri de prædestinatione & gratia S. Fulgentio vendicati opposuit: Valerianum Cemeliensem accurata defensione texit; adversus parcum charitatis criminatorem: Amedei homilias florulentissimas de Deipara addidit. Hac postrema editione D. Fulgentii liber tertius de veritate prædestinationis, & gratiæ, ante mutilus, nunc primum prodit suis omnibus capitibus absolutus. Perinde atque D. Asterii ho-

miliæ: quibus adjuncti sunt ejusdem authoris sermones omnino XX. longe elegantissimi. Parisiis apud Sebastianum Huré sub signo cordis boni, & Fredericum Leonard sub signo scuti Veneti via Jacobæa. 1661. in fol.

Collectio *rara*. Censura inofficiosæ censuræ ad Theologos Lovanienses attinet, qui, quod liber; *de prædestinatione & gratia* Tomo VII. operum S. Augustini hactenus inseri consueverit, suspecti authoris eum esse affirmabant. Raynaudus & in germanum illius parentem inquirit, & iis, quæ duriuscula aut sublesta in illo videri poterant, convulsis, librum Fulgentio asseruit, quemadmodum Molanus, & post hunc alii, librum; *de fide ad Petrum Diaconum*, qui inter opera Augustini itidem referebatur, Fulgentio restituere.

LEONIS (Jo. Bapt.) Carçani de vulneribus capitis liber absolutissimus, triplici sermone contentus. Mediolani ex officina Petri Tini. 1583. in 4. *Liber infrequens.*

LEXICON græcum cum Maximi Tyrii philosophi Platonici sermonibus, & Angeli Politiani Rustico. Basileæ. 1519. in 4.

——————— Græco-latinum, partim ex Græcorum lexicis, partim ex recentiorum lucubrationibus non quorumlibet, sed exquisitorum, nimirum Guliel. Budæi, Erasm. Roterodami, Laurent. Vallæ, Hermolai Barbari, Angeli. Politiani, Ludov. Cœlii &c. Parisiis apud collegium Sorbonæ. 1530. in fol. *Utrumque opus rarum.*

LICEO (Roperti de) episcopi Aquinensis ord. Minorum sermones quadragesimales perutilissimi. — Quadragesimale preclarissimi viri Roberti de Liceo sacrarum litterarum interpretis celeberrimi (opus utique commendatissimum) in inclita argentinensium civitate exaratum. Anno Christi salutifero. 1497. tertio denique nonas februarii explicit feliciter. in 4.

Opus *rarum.* Aliam editionem Argentinam ejusdem anni in fol. Maittaire memorat, cui adjuncti sint sermones de annunciatione Virginis Mariæ, de prædestinatione, & damnatorum numero: de catenis peccatorum, de spe bona, & de judicio pestilentiæ.

LICETI (Fortunii) Genuensis in Patavino Lyceo philosophi ordinarii encyclopædia ad aram mysticam Nonarii Terrigenæ, anonymi vetustissimi. Patavii apud Gasparem Crivellarium. 1630. in 4. M.

Dicat author librum Urbano VIII. Pont. Max. verbis in eam formam coordinatis, ut coronam Pontificiam referre videantur. Credo Nonarium imitari voluisse, qui poemation suum instar aræ contexuit, ex quo & nomen poematio ortum.

———— Encyclopædia ad aram Pythiam Publilii Optatiani Porphyrii. ibid. 1630. in 4. M.

Uterque libellus *perrarus.* Hunc Vido Mauroceno Rhodigii Prætori inscribit primum ipse author, tum Martinus Sandelius, quibus elegantes versus subjungit Matthæus Vaijra.

Chemnitium, & alios Momos. Coloniæ apud Maternum Cholinum. 1577. in 8.

Hæc Lindani ſcripta *rarioribus* accenſent bibliotheca Thomaſiana, Freytag, aliique complures.

LINDENBERGII (Petri) hiſtoria rerum in Europa ab anno 1586. ad præſentem 1591. geſtarum narratio, quarum eventu maxime memorabili principum in aſtronomia virorum, D. Henrici Ranzovii &c. Regiomontani, Stoefleri, & aliorum de anno illo cumprimis mirabili 88. prædictiones aſtrologicas, re comprobatas oſtenditur. Ex inſtructiſſima illuſtris, & generoſi viri D. Henrici Ranzovii bibliotheca ſummo ſtudio collecta. Hamburgi excudebat Jacobus Wolffius. 1591. in 4. M. *Editio rara.*

——— Hypotipoſis arcium, palatiorum, librorum, pyramidum, obeliſcorum, cipporum, molarum, fontium, monumentorum, & epitaphiorum, ab illuſtri, & ſtrenuo viro Henrico Ranzovio Prorege, & Equite Holſato conditorum. Francof. apud Joan. Wechelum. 1592. in 4. cum figg.

Teſtimonio catalogorum bibliothecæ Salthenianæ, & Solgerianæ liber *admodum rarus.*

LIPPAI (Joan.) Soc. Ieſu, hortenſes præceptiones, & deliciæ. Hungarice. Viennæ. 1664. in 4.

Editio etiam in Hungaria *valde rara.*

LIPSII (Juſti) variarum lectionum libri III. quos nunc levi manu recenſuit. Antverpiæ apud Chriſtoph. Plantinum. 1585. in 4.

———— De amphitheatro liber, in quo forma ipſa loci expreſſa, & ratio ſpectandi, Cum æneis figuris. ibid. 1585. in 4.

———— Epiſtolicarum quæſtionum libri V. in quis ad varios ſcriptores pleræque ad T. Livium Notæ. Antverp. apud Chriſtoph. Plantinum. 1585. in 4.

———— De conſcribendis latine epiſtolis excepta e dictantis ejus ore anno 1587. menſe Junio. Adjectum eſt Demetrii Phalerei ejusdem argumenti ſcriptum. Magdeburgi apud Joan. Francum. 1594. in 8.

———— De militia Romana libri V. Commentarius ad Polybium. E parte prima hiſtoricæ facis. Antverp. ex offic. Plantiniana. 1596. in 4. cum figg.

Poſſidemus itidem ejusdem operis ultimam editionem quæ ibidem anno 1614. in 4. prodiit.

———— Fama poſtuma Moreto Balthaſſare. authore ibid. 1613. in 4.

———— Opera omnia, quæ ad criticam proprie ſpectant: quibus acceſſit Electorum Liber II. cetera item varie aucta, & correcta. ibid. apud Chriſtoph. Plantinum. 1585. in 4.

LIPSII (Justi) Omnia postremum ab ipso aucta, & recognita; nunc primùm copioso rerum indice illustrata. Tomi IV. Vesaliæ typis Andreæ ab Hoogenhuysen. 1675. in 8.

Pleraque hæc, quæ recensui, Lipsii scripta apud nos *rara* sunt.

LIVII (Titi) Decas III. Italice reddita. Romæ 1476. in fol. maj.

Editio *rarissima*. Præfatio ad Lectorem ita habet. *Lectori prestantissimi & della historie longamente periti, sapiate, come la presente Deca terza di Tito Livio Patavino historico della seconda guerra Punica: o vuoi dire, Carthaginese : insieme con la prima ab urbe condita, & la quarta della guerra Macedonica: sonstate fedelmente interpretate, & con somma diligentia di Latino in materna lingua traducte: correcte, & impresse nella citta di Roma presso a sancto Marco sotto gliani del N. S. Jesu Christo mille quatrocento septantasei a di XX. del Mese di Julio. Sedente Xysto Quarto Pontifice Maximo nel anno quinto del suo Pontificato. Valete.* In fine autem : *Qui finisce il decimo libro della terza Deca di Tito Livio Padovano historico della seconda guerra Carthaginese. Seguita il primo libro della quarta deca.* Tum latine: *Decades ambe cum sequenti quarta in uno volumine impresse fuerunt in urbe Romana. Anno Christi Millesimo quattuorcentesimosexagesimo sexto sedente. Xisto quarto Pont. Max.* Annus sine dubio ex præfatione rescribendus est: *quatuor centesimo septuagesimo Sexto*: cum Sixtus IV. anno 1471. primum sedere coeperit, & annus 1476. accurate respondeat Pontificatus ejus anno quinto. Decas hæc universe complectitur folia 173. ex his 10. tabulam materiarum

in principio conficiunt: typus luculentus Romanus, geminis columnis exscriptus, charta candida & spissa, nulli reclamantes, & signatura, paucæ syncopes, eæque ut plurimum in vocibus *con*, *che*, & *per*: litteræ capitum, & Librorum initiales parvæ, aliquando nullæ.

Italicam hanc Livii editionem Maittaire indicat, & interpretem illius *Rugerum Ferrarium* fuisse prodidit. Qua in opinione nactus est adversarios Apostolum Zenum, & Paitonium, qui negant, Ferrarium authorem hujus versionis fuisse. Meum non est, utri rectius sentiant, decernere: id solum observo, Decadem IV. ut hanc P. Franc. Xav. Layre Ord. Minor. Specim. Hist. typogr. Romanæ Seculi XV. pag. 230. exhibet, citius impressam fuisse, quam nostram hanc tertiam, cum ista *die XX. mensis Julii*; illa vero *XXX. Maji*, eodem anno 1476. finem acceperit, ut sequens ex eodem Laire sumta clausula docet: *regnante il Sanctissimo Padre Xisto Pontefice maximo in quinto anno del suo felice pontificato a di XXX. di maggio nel anno dell' incarnatione di Christo M. CCCC. LXXVI. fu impressa la presente Deca* (*quarta*) *nella Città di Roma appresso il palazzo di San Marco.* Possessor decadis nostræ nomen suum aversæ parti thecæ lignæ viridi colore ita adscripsit. *Medicine doctor Joan. Benedictus ex Grina emit hunc librum, tenetque, & quidem feliciter. Laus Deo.*

Bauer supplementi Vol. II. pag. 181. hanc eandem editionem ex Osmont videtur indicare, eamque hujus authoritate affigit anno 1472. Vereor tamen, ne non editio Latina, quæ hoc anno Romæ prædiit, cum Italica versione confusa fuerit. Certe nec Cardinalis Quirinus, nec, qui in eum annotationes adjecit, Jo. Georg. Schelhornius, mentionem Italicæ editionis faciunt, Laire autem cit. loc. pag. 179. his verbis refragatur. *Aliqui bibliographi indicant quamdam Li-*

vii editionem hujus anni (1472.) Italica lingva expressam, sed nullo fundamento nititur eorum assertio.

LOBEL (Matthiæ de) Insulani, plantarum, seu stirpium historia. Cui adnexum est adversariorum volumen. Antverp. ex offic. Christoph. Plantini. 1576. in fol. vol. II. cum figg.

Liber *rarus.* Volumen II. prodiit authoribus Petro Pena, & eodem Lobelo: accedunt Guillielmi Rondelletii aliquot remediorum formulæ, nunquam antehac editæ, tum index locupletissimus latinus, Belgicus, Hispanus, & Italicus.

LOBKOVITZ (Caramuelis) Theologia moralis fundamentalis. Editio secunda multo auctior, in qua, reiectis plurimis sententiis extremis (laxis) quas merito nec veritas, nec Theologorum prudentia admittit: & coire jussis multis opinionibus mediis (benignis) fundamentales assertiones ponuntur, quæ ectheses universas succollent: in qua etiam quæstiones omnes, difficiles quidem & arduæ, quas nodis Gordiis prima editio implicuerat, summa doctrinæ consequentia & facilitate dissolvuntur. Romæ apud Ignatium de Lazaris 1656. in fol.

Editio *rara.* Prima prodiit Lovanii 1643. hanc Vogt cum Reimmanno atheisticis scriptis inserere nil pensi habent. Fuere etiam ex Catholicis complures, qui sentiendi libertatem in Caramuele reprehendebant. De his in editione hac secunda, quam Alexandro VII. Pont. Max. inscribit, queritur, ea, quæ is interrogan-

tis more, ut difceret, proponebat, fibi tamquam certa afferenti, perperam tributa fuiffe. *Hinc patet*, inquit, *qua cenfura inurendi funt illi, qui interrogationes non nullas verterunt in affirmationes: fi enim processerunt bono animo, indocti, & imperiti funt, fi malo, detractores, & calumniatores.*

LOBKOVITZ (Caram.) Demonftratio Catholica ad omnes orthodoxæ fidei controverfias decidendas clariffima, quam ex authoris MS. defumptam bono publico imprimendam curavit R. D. Stanisl. Sczgielfzki, Præpofitus Tuchovienfis Ord. S. Benedicti. Cracoviæ apud hæredes Lucæ Kupiff. 1665. in 12. *Libellus rarior.*

LOCCENII (Joan.) Hiftoriæ rerum Svecicarum a primo rege Sveciæ usque ad Caroli Gustavi regis Sveciæ obitum deductæ libri IX. Vpfaliæ ex typogr. Henrici Curionis. 1662. in 8. M.

Editio apud nos parum communis.

LOCHMEYERI (Michael.) Parochiale Curatorum concinnatum, exquifitiffimaque diligentia doctioris hominis emaculatum. Bafileæ apud Michaelem Furter. 1500. in 4.

Liber *rarus.* Annum & locum editionis fumfi ex epiftola, quæ ad calcem operis adjecta eft. *Magifter Gafpar Haslachius Bafilee Leonis Burfe Prefes Sacerdotibus S. D. Pervenit nunc nuper ad me index, feu, ut vocant, Directorium excellentis doctrine doctoris Lochmeyrs, quem ego illico, cum vidiffem, propter divine reipublice utilitatem Michaeli Furter Bafilee*

urbis inquilino dedi imprimendum, qui quantum vobis archanis litteris deditissimus profuerit, cum supremum ipsi legendo fastigium imposueritis, e vestigio patescit. Valete. Anno M. CCCCC. 14. Mensis Julii.

LOMBARDI (Joan. Franc.) Neapolitani Synopsis authorum omnium, qui hactenus de balneis, aliisque miraculis Puteolanis scripserunt. Adjectis ejusdem locis obscurioribus non inutilibus scholiis. Neapoli. Imprimebat Matth. Cancer. 1559. in 8.

Editio *admodum rara.* Dicat hanc non tam author, quam editor, Mariæ Aragoniæ: præfantur autem ad lectores primum Franciscus Brancaleo, tum Pyrrhus Antonius Cephalæus Nuscanus, quibus subjungit græcum asclepiadæum Franc. Balisterius Siculus Zanclæus. Re autem vera opusculum est authoris anonymi, quod ante annum 1480. primum videtur prædiisse. Ita enim Augustinus Tyfernus ad Sebastianum Mair typographum Germanum: *Nuper Sigismunde, quum Puteolis essem, - - - rogaveram socium itineris mei senem quemdam Puteolanum, numquid nomina eorum locorum, quos coram contemplabamur, scripta invenirentur? dicebat, extare quoddam opusculum - - nescire autem se, ubi id inveniri posset, quod nunc anni plus, quam 30. transissent, quum fuisset literis æreis impressum.* Repererat id forte fortuna Neapoli, ac Christophoro episcopo Lubanensi, tum Lucæ de Renadis Præposito Xantensi Cæsareis apud Catholicum regem Legatis mire probatum, Sigismundo Mair recudendum dedit. *Te ipsum,* inquit, *ad id imprimendum potissimum elegi, quod imprimendi diligentia - - ceteros tui artificii viros longe post se*

stus noster Servator sit, Libri IV. contra *Faustum Socinum*, in Academia Franekerana. Excudebat Aegidius Radæus 1611. in 4.

LUBERTI (Sibrandi) Commentarii ad 99. errores *Conradi Vorstii*. ibid. 1613. in 8.

Uterque Liber apud nos ex *rarioribus*.

LUBIENIETZ (Stanislai de) Theatrum cometicum. Pars prior; communicationes de cometis 1664. & 1665. cum viris per Europam clarissimis habitas, eorum observationes, easque accuratissimas tabulis æneis expressas continens. Ad sereniss. & potentiss. Fridericum III. regem Daniæ, & Norwegiæ &c. Amstelodami apud Franciscum Cuyperum. 1667. in fol.

——— Theatri cometici pars posterior, sive historia Cometarum a diluvio ad A. C. 1665. historiæ universalis Synopsim quamdam continens. Ad sereniss. & celsiss. Georgium Wilhelm. & Joan. Fridericum Duces Brunsvicenses &c. ibid. 1667. in fol.

——— Theatri Cometici exitus de significatione cometarum, scitis quorund. amicorum object. responsionib. auctoris & judiciis Viror. Cll. expeditus. Et justa Rautensteiniana. Ad sereniss. et celsiss. Principes Philippum Wilh. Neoburgicum, & Philippum Sultzbacensem, Comites Palatinos Rheni &c ibid. 1667. in fol.

Opus *rarum*, ac uno volumine contentum. Titulos exſcripſi ex frontiſpicio celatura ornato; alter enim et in verbis, et editionis anno variat. Pars prior, et Exitus theatri Cometici annum 1668. pars autem poſterior annum 1666. referunt. Id forte in cauſa fuerit, cur Bauerus catalogo bibliothecæ Jo. Chriſtii nixus, ex parte poſteriore, & hiſtoria cometarum duo diſtincta opera faceret.

LUBINI (Eilhardi) Antiquarius, ſive priſcorum, & minus uſitatorum vocabulorum brevis ac dilucida interpretatio. Francof. ex officina Sigiſm. Latomi. 1601. in 8. M. *Liber infrequens*.

LUCAE (Franc.) Notationes in ſacra Biblia, quibus variantia diſcrepantibus exemplaribus loca ſummo ſtudio diſcutiuntur. Antverp. ex offic. Chriſtoph. Plantini. 1580. in 4. *Editio rara*.

LUCANUS (Annæus) cum duobus cemmentis Omniboni, & Sulpitii Verulani. Venetiis per Bartholomæum de Zanis de Porteſio. 1505. die XXIIII. Menſis Octobris. in fol.

Editionem hanc *raram* plerique ſilentio prætereunt, meminit illius tamen Harvoodus, videturque ad exemplum anni 1493. exſcripta eſſe. Duplex exemplar hujus editionis poſſidemus.

LUCANI Bellorum civilium ſcriptoris accuratiſſimi Pharſalia, antea temporum injuria difficilis, ac mendoſa, noviſſime autem a viro docto expolita, & apprime plus, quam bis mille locis emendata: ſcribentibus Joanne Sulpitio, & Omnibono Vicentino, viris eruditiſſimis. Additis inſuper de

novo græcis, quæ ubique deerant. Nec non utilissimis apostillis una cum figuris, suis locis apte dispositis. Impressum Venetiis summa diligentia per Augustinum de Zanis de Portesio, impensis attamen & opera solertissimi viri Melchioris Sessa. 1511. die IV. Mensis Junii. in fol.

Hujus quoque editionis, nec Bauer, nec Harvoodus, qui tamen bene multas in seriem coegerunt, meminere.

LUCANI (Annæi) Pharsalia. Eodem prorsus, quo anni 1511. editio fuit titulo. In finem: In ædibus Guilielmi de Fontaneto Montisferrati. Anno Domini 1520. die XVIII. Februarii. Inclyto Leonardo Lauretano Principe. in fol.

Editio *rara*, & Maittairio, Fabricio, ac Harvoodo ignota. Bauerus quidem Argentinam editionem hujus anni in 8. quæ ad Aldinas conformata sit, memorat, nostram tamen ignoravit.

LUCANI (Ocelli) de universa natura libellus. Ludovico Nogarola Comite Veronensi interprete. XII. Januarii D. M. LVIII. Ejusdem Nogarolæ epistola super viris illustribus genere Italis, qui græce scripserunt. Venetiis Joan. Gryphnis excudebat. græc. lat. 1558 in 4.

——————— De universi natura libellus, græce & latine Francof. 1596. in 8.

Utramque editionem biblioth. Samuelis Engelii, et Sincerus inter *raras* locant. Nogarolæ versio nequa-

quam prima eſt, quod Lucanus Gulielmo Chriſtiano interprete jam anno 1541. Lugduni prodierit. Exſtat quoque apud nos editio Amſtelodamenſis græco-latina anni 1661. in 4. interprete Carolo Emanuele Vizzanio, qui paraphraſi commentarium ubique ſubjungit. Hæc omnium optima eſt, quod eam Vizzanius ad codices antiquiorem, & recentiorem bibliothecæ Vaticanæ, item Thomæ Bartholini, & Comelini, denique ad Lovanienſem, alioſque exegerit.

Luciani philoſophi dialogus, quomodo ſolus nudus per acheronta tranſvehi poteſt: una cum recommendatione heremi Franciſci Petrarche. Et tractatulus ſynonimorum Yſidori de vite preſentis regimine, non tam jocundus quam utilis legentibus. in 4. ſine l. & a. folior. 12.

Typus gothicus eſt. Adjungitur etiam alter ex Luciano dialogus, nempe *contentio Alexandri Magni, Hannibalis Carthaginenſis, & Scipionis Africani majoris de artis imperatorie preſidentia.* Utrumque e græco latinum fecit Joannes Ariſpa. Præfatur autem Paulus Niavis ad Thomam Friberger, plebanum Fribergenſem ad S. Petrum.

——— Saturnalia, Cronoſolon, id eſt, ſaturnalium legum lator; epiſtolæ ſaturnales; de luctu; Abdicatus Icaromenippus; ſeu hypernephelus; Toxaris; ſive amicitia, Alexander, ſeu pſeudomantis; Gallus, ſeu Somnium, Timon ſeu Miſanthropus, pro tyrannicida declamatio Lucianicæ reſpondens, de iis, qui mercede conducti degunt. Dialogi XVIII. Hercules Gallicus, eunuchus ſeu Pamphilus, de ſacrificiis, convivium ſeu Lapithæ,

de astrologia. Des Erasmo Roterodamo interprete. Basil. apud Joan. Frobenium. 1517. in 4.

Simile opus, ac eodem prorsus titulo, sed anni 1521. in fol. Bauerus inter *admodum rara* recenset.

LUCIANI Aliquot exquisitæ lucubrationes per Joannem Alexandrum Brassicanum latinæ redditæ, ac uberrimis Scholiis illustratæ. Demonactis philosophi Cyprii vita: dialogus omnium festivissimus, qui inscribitur, parasitus; sive, an parasitica sit ars: Scytha, sive hospes: Harmonides, & Herodotus, sive Aetion, aut quomodo quis a laudatis viris non vulgarem laudem assequi possit. Luciani vita. Ex I. volumine græcarum epistolarum epistola Pythagoræ ad Hieronem. Excusum Viennæ Austriæ per Joannem Singrenium. Anno a nato Jesu 1527. Mensis Julii die decima. in 4.

Liber *rarus*, & a plerisque, ipso etiam Gesnero, qui multas Brassicani lucubrationes cum laude memorat, neglectus. Inscribit opus Marco Boek a Leopoldsdorff, cujus insignia aversam tituli faciem occupant. Luciani vita, & Pythagoræ ad Hieronem epistola, quas postremo loco titulus exhibet, reliquum opus anteeunt, in cujus commendationem carmina præmittunt Joan. Cuspinianus, Leonardus Coxus Britannus, Martinus Oenoprepius, & Joan. Ludov. Brassicanus, Alexandri frater. Locus hic me erroris, quem Part. I. voce *Brassicani Jo. Ludovici*: erraveram, admonet, ubi pro *Jo. Alexandro*, ille mihi obrepsit. Commentario in Demonactis vitam multa ex Jano Pannonio epigrammata immiscet, de quibus vide infra *Pannonii Jani.*

regis illustrissimi Pannonii, *ac Boiemici supremo Secretario*, *Episcopo Quinque-Ecclesiensi.* Erat is, ut ex annorum ratione patet, *Georgius Szakmary*, quem cum vocet Cassovium, probabiliter oriundus Cassovia fuerit, vt videtur illis verbis in nuncupatoria epistola indicare: *nos perinde Cassoviam Pannoniæ Pannoniam vel a tali tantoque alumno jure vocabimus*, *quam*, *ne in assentationis aleam eamus*, *his contenti seponemus.* Occasionem dicandi Episcopo operis dedit hujus nepos, *Laurentius Bistritzius*, quem studiorum causa Bononiam a Pio informandum miserat, in cujus laudes non minus, quam Antistitis prolixe eloquens est. Istum a consiliorum gravitate Catoni æquiparat: *cujus animum*, *Deum merum in hospitio corporis divertentem cum rex ipse apprime dignoscat*, *mutum concilium*, *elinguem Curiam vocat*, *ubi Pannonius Cato non interfuit*, *quem si forte philocæni*, *& apsicori limo intuentur*, *hos tamquam Juppiter Homericus*, *qui deos desciscentes nihili facit*, *neque*, *ut retineat*, *curæ est*, *meliorem mentem adprecatus*, *etiam fovet*, *ac sublevat*: non obscure ad invidiam, qua Episcopus ob præcellentem sapientiam, & doctrinam apud populares suos laborabat, alludens; de qua re Baro Burgio in Hungaria Nuncius Apostolicus in epistolis ad Sadoletum Episcopum datis, necdumque editis, copiose agit. In fine operis ad eundem Episcopum ejusdem Pii epistola alia subnectitur.

LUCRETII (Cari) Libri VI. ad veterum exemplarium fidem castigati. Venetiis ex ædibus Aldi. 1515. in 8.

Laudatur hæc editio, & *raris* inseritur a Freytagio: Harvoodus illam pluris quam libra Anglicana venisse memorat.

LUCRETII (Cari) De rerum natura Libri VI. a Dionysio Lambino Monstroliensi, litterarum græcarum in urbe Lutetia doctore regio, locis innumerabilibus ex auctoritate quinque codicum manu scriptorum emendati, atque in antiquum ac nativum statum fere restituti, & præterea brevibus, & perquam utilibus commentariis illustrati. Parisiis, & Lugduni habentur in Gulielmi Rouillii, & Philippi G. Rouillii Nep. ædibus, via Jacobæa sub concordia. Temporum, & rerum resurrectio. 1563. in 4.

Editio *rara*, & omnibus, quæ præcesserunt, anteponendo. Siquidem Lambinus octingentis locis Lucretium ab se restitutum, aliumque, quam qui prius erat, factum esse candide fatetur. Usus est autem ad eum restituendum, non quindecim, ut bibliotheca Latina Fabricii curante Jo. Aug. Ernesto habet, sed quinque codicibus MSS. ac tribus quidem Romæ, uno Vrticano, altero, qui fuit Gulielmi Faërni, tertio Scipionis Tethii Neapolitani, Parisiis vero duobus, Memmiano altero, & altero Bertiniano. Mirum est, a Maittairio editionem hanc præteritam fuisse.

LUDEWIGS (Joan. Petri) vollständige Erleuterung der güldenen Bulle, in welcher viele Dinge aus dem alten Teutschen Staat entdecket, verschiedene wichtige Meynungen mit anderen Gründen besetzet, und eine zimliche Anzahl von bishero unbekandten Wahrheiten an das Licht gegeben. Francof. apud Thomam Fritschen. 1716. — 1719. in 4. Tomi II. M.

Liber *rarus*, ut catalogi bibliothecæ Solgerianæ, & Feverlini testantur, eam præcipue ob causam, quod incastratus sit.

LUDOLPHI Carthusiensis, qui & auctor fuit vitæ Christi, in psalterium expositio. — Opus hoc aureum diligenter emendatum, ac ab innumeris mendis tersum, feliciter terminatum est in inclito Parrhisiorum gymnasio, impressumque per solertissimum virum magistrum Bertholdum Rembolt in vico divi Jacobi apud solem aureum commorantem: impensis ipsius & honesti viri Joannis Parvi dicte universitatis librarii jurati in eodem vico ad intersignium lilii aurei moram trahentis. 1514. in 4. maj.

Jacobus le Long editionem Parisinam anni 1513. in fol. memorat: si in anni consignatione erratum non est, nostra illum latuit. Author ut plurimum interpretes Hieronymum, Augustinum, Cassiodorum, & Lombardum in explanatione sequutus est, ad cujusvis Psalmi finem concinnam oratiunculam addens, quæ ratio mire quantum Wimphelingo probatur in epistola ex Spiris calend. Januariis anni 1491. ad litterarum cultores data, quæ operi huic præmittitur. Expositionem sequuntur Francisci Petrarchæ *psalmi penitentiales*, tum *confessionales*, postremos monet editor cautę, & sobrie legendos esse. In fine adnectitur brevis biographia Ludolphi, ex qua discimus authorem gente Saxonem fuisse, floruisseque sub Ludovico IV. anno 1330.

LÜBECK. Kurtzer warhaffter Bericht: daraus ein jeglicher unpartheiliger --- gründlich zu ver-

nemen, das jenige, was in nahmen und von wegen des hochwürdigen durchleuchtigen --- Fürsten, und Herrn, Herrn Christian erwehltem Bischoffen des Stifftes Minden, Hertzog zu Braunschweig, und Lüneburg &c in newlicher Zeit zum Zollspyker, Gammerorth, und in den vier Landen unter das Ampt Bergerdorff gehörig, vorgenommen, und in einer durch öffentlichen druck aufsfertigter Schrifft anmaſslich hat justificiret werden wollen, eine lautere zunötigung, und gewalt sey, auch mit keinen Schein rechtens behauptet werden könne: auff Befelich beyder erbarn Städe Lübeck und Hamburg -- publicirt. Sampt den darzu gehörigen Beylagen. Hamburgi per Paulum Langen. 1620. in 4. M. *Scriptum perrarum.*

LUITOLDI (Varemundi,) per quos steterit, quo minus Hagenoæ proximis comitiis de componendo religionis dissidio initum colloquium sit. De optima ratione habendorum conciliorum, & pacandarum ecclesiarum: a quibus jure exigatur restitutio bonorum ecclesiasticorum. Hic cognosces, quæ de pace cum Protestantibus acta sunt Augustæ, Schvinfurti, Norimbergæ, Francofurti, & Hagenoæ. 1540. in 8. Sine loci nota.

Editio *rara.* Additur in fine Decretum comitiorum Francofurtensium anni 1539. de pace in causa religionis servanda, & conventu componendæ religionis habendo.

LUITPRANDI Ticinensis Diaconi opusculum de vitis Romanorum Pontificum. Item *Albonis* Floriacensis Abbatis epitome de vitis eorundem ex Anastasii bibliothecarii historia excerpta. Utrumque ex pervetustis MSS. Codicibus membraneis descriptum, & nunc primum typis procusum. Moguntiæ ex typogr. Joan. Albini. 1602. in 4. *Liber rarus*

——— Subdiaconi Toletani, Ticinensis Diaconi, tandem Cremonensis Episcopi opera, quæ exstant. Chronicon, & Adversaria nunc primum in lucem exeunt. P. Hieron. de la Higuera, Soc. Jesu presbyteri, D. Laurentii Ramirez de Prado Consiliarii regii Notis illustrata. Antverpiæ ex offic. Plantiniana Balthassaris Moreti. 1640. in fol.

Editionem *raram* esse, testatur Bauer supplementi vol. II. pag. 187.

LUNDORPII (Michael. Casp.) Acta publica Cæsarum Romanorum Matthiæ, & Ferdinandi II. Francof. 1623. in 4.

Editio, ut biblioth. Saltheniana refert, *prima*, *incastrata*, & *perrara*.

LUPACII (Procopii) Rerum Boemicarum ephemeris, sive Kalendarium historicum ex reconditis veterum annalium monumentis erutum. Opus nunc primum in lucem editum, una cum coronide, ac locuplete personarum, & rerum me-

LUTHERUS Mar. Anzeigung, wie D. Martinus Lutherus zu Wurms auff dem Reichstag eingefaren, durch K. M. in aygner Person verhört, und mit im darauff gehandelt. in 4. sine loc. & an.

LUTHERI Mart. Das ander teyl wider die hymlichen Propheten vom Sacrament. Wittemberg. Yhr torheit wird yederman offenbar werden. II. Timothei III. in 4. sine an.

——— Eyn freiheyt des Sermons Bepstlichen Ablas, und Gnad belangend Doctoris Martini Luther widder die vorlegung so zur smach sein, und desselben Sermon ertichtet. Getruckt zu Leipsgk durch Wolffgang Stöckel in der Grimmishen gassen. in 4.

In fine adduntur duo versus cum Siglis M. L. & anno.

Ich vormiss mich nit uber die hohen tannen zu fliehen,
Vorzweyfel nit, ich müge vber das dorre grass kriechen.

M. L.

1518.

——— An den christlichen Adel deutscher Nation von des christlichen Standesbesserung: Lipsiæ per Wolfg. Stöckel. 1520. in 4.

Dicat opus *dem achtparn und wirdigen Herren Nicolao von Amsdorff, der heiligen Schrifft Licen-*

Lutheri M. Widder den falsch genantten geystlichen Stand des Bapsts. und der Bischoffen. Wittemb. 1522. in 4.

——— Antwort deutsch auff Königs Henrichs von Engelland buch. Lügen thun myr nicht, warheyt schew ich nicht. Gedruckt tzu Wittemberg durch Nickel Schyrlentz. 1522. in 4.

——— Das siebend Capitel zu den Corinthern ausgelegt. Wittemb. 1523. in 4.

Nuncupat commentarium hunc, *dem gestrengen und vhesten Hans Loser zu Pretisch Erbmarschalck zu Sachsen.* In fine hæc addit suo nomine: *am end soll yederman auff eynmal wissen, das alles, was mit meynem wissen und willen ausgehet, das solchs zuvor durch die so sich gepürt, besichtigt ist, wie nicht alleyn keyserlichs, sondern auch unser Universitet befelh und Ordnung ynnhellt: was aber hynder myr anderswo ausgehet, soll myr billich nich zu gerechnet werden.*

——— Von Ehelichen Leben. Wittemberg. 1523. in 4.

——— Urtayl D. Mart, und Philipp. *Melanchtonis* von Erasmo Roterodamo. Ein christlicher Sendbrieff D. Mart. Luthers an Doct. Wolfgang *Fabritium Capitonem*, in dem gelernet würdt, wöllicher mass man das Evangelium predigen, und wie man scherpffe oder güttigkait brauchen solt. in 4. sine loci indicio.

nitate donati. Argentorati apud Joan. Hervagium. 1526. in 8.

LUTHERI Mart. Ob Kriegsleutte auch ynn Seligem Stande seyn Künden. Wittemb. per Joan. Bart. 1527. in 4.

Inscribit sermonem hunc *dem gestrengen, und ernvhesten Assa vom Kram Ritter &c* Forte rescribendum sit: *Aske von Kram*, ut patet ex opusculo Antonii Corvini, quod eidem inter alios anno 1539 dicaverat.

——— Ob man für den sterben fliehen möge. 1527. in 4.

Inscribit opusculum *dem wirdigen Herrn Doctor Johann Hess Pfarher zu Bresslau.*

——— Sermo elegantissimus super Sacramento corporis, & sanguinis Christi, in quo respondetur obiter & ejusdem Sacramenti calumniatoribus, & alia quædam, quorum indicem in pagella sequenti reperies. Hagenoæ per Joan. Secer. 1527. in 8.

Sequens autem pagella hæc exhibet. *I. Quatenus Moses a Christianis accipi debeat. II. Epistola Lutheri adversus Bucerum, Sacramentariorum errorem novum refellens. III. Oratio Joan. Bugenhagii Pomerani, quod ipsius non sit opinio illa de Eucharistia, quæ in Psalterio sub nomine ejus Germanice translato legitur. IV. Querela fidei Authore Vincentio obsopæo:* qui in hoc quoque opus præfatur. Universe autem in eos invehitur Lutherus, qui voces consecrationis aliorsum detorquent. Horum tria genera fol. 13. & seq. censet. *Tria, inquit tantum sunt ver-*

ba : hoc est corpus meum : *jam est, qui nescio, quem nasum, hoc est, monstrum ex Africa nunquam antehac visum, particulæ*: Hoc *a pane abreptæ impudenter affingit, ut ita significet* : *accipite & manducate* : hoc est corpus meum : *quasi dicerem; accipe & manduca, sic sedet miles chlamydatus: seu Johannes thorace purpureo indutus. Alius excerpit*: est *voculam, quam Ovidiana quadam metamorphosi transformatam, idem cum significat, cogit esse, & significare. Tertius, nescias, num Grammaticis, an Mathematicis figuris caput habeat vertiginosum, & fissile: affirmat enim satis temere, & procaciter*: hoc est corpus meum: *idem valere significando*: hæc est figura Corporis mei: *belle sane quærens figuram ubi nulla est, hoc est, plane nodum in scirpo.* Ceterum fol. 2. queritur, præter hos, plures intra breve tempus fuisse, qui extra orbitam diu agentur. *Sicut jam videmus*, ait, *sex aut septem sectas intra unum annum emersisse super Sacramento dissentientes.* Fol. 26. Auricularem confessionem ex publica ortam scribit, eamque, *quod multas & præclaras res in se complectatur*, magnopere commendat.

LUTHERI Mart. Vermanung zum Sacrament des Leibs, und Bluts unsers Herrn. Wittemb. per Cunigundem Hergotin. 1531. in 4.

——— Varnunge an seine lieben Deudschen. Wittemb. 1231. (sic) in 4.

Rescribendus annus 1531. scriptum hoc inurbanum prorsus est, & plenum dicacitatis in sacras personas, quæ comitiis Imperii intererunt. Exempli causa: *Alles ists durch die Bapst Esel vertunckelt, und underdrückt, es sind ja Esel, und grosse, grobe, ungelerte Esel - - - denn ich bin auch einer gewest &c.*

LUTHERI Mart. Von der Winckelmesse, und Pfaffen Weyhe. Wittemb. per Nicol. Schirlentz 1534. in 4.

――――― Ein Predigt von den Engeln. ibid. per Nic. Schirlentz. 1535. in 4.

――――― Annotationes in aliquot capita Matthæi, ab authore, non ut ederentur, sed in amici cujusdam privatum usum scriptæ. Witteb. typis Joan. Lufft. 1538. in 8.

――――― Der Spruch S. Pauli Gal. 1. Christus hat sich selbs für unser Sunde geben, das er uns erettet von dieser gegenwertigen argen Welt. Allen betrübten und engstigen Gewissen heilsam, und tröstlich ausgelegt. ibid. per Joan. Weiss. 1538. in 4.

――――― Die drey Symbola, oder Bekentniss des Glaubens Christi inn der Kirchen eintrechtiglich gebraucht. Wittemb. per Joan. Weiss. 1538. in 4.

――――― Eine Heerpredigt wider den Türcken. ibid. per Nicol. Schirlentz. 1542. in 4.

――――― Von den letzten Worten Davids. ibid. per eund. 1543. in 4.

――――― Homiliæ de baptismo, illustriss. & laudatissimis Principibus ab Anhalt dicatæ. Ex officina Petri Brubachi. 1543. in 8.

pora passim literarum monumentis proditi sunt: illorum nomina, errores, & tempora, quibus vixerunt, ostendens: quem F. *Bernardus Lutzenburgus*, artium, & sacrarum literarum professor, ordinis Prædicatorii quinque libris conscripsit, in cujus calce & de Luthero non nihil deprehendes. Aeditio tertia, prioribus emaculatior, & multo locupletior, nempe integro libro ab ipso auctore nunc aucta, & recognita. Cui tractatus ejusdem de purgatorio adjectus est. Coloniæ 1527. in 8.

Liber, testibus catalogis biblioth. Solgerianæ, & Engelianæ, *rarissimus*: quanto igitur rariores debent esse priores duæ editiones, de quibus apud eos, quos præ manibus habeo, nullam mentionem fieri reperio? ne ipsa quidem biblioth. Gesneriana aliam editionem, quam anni 1527. memorat. Author inscribit opus Hermanno de Weda archiepiscopo Coloniensi. Hæreticos ordine alphabeti recenset: Liber IV. est II. & III. Supplementum: V. de Lutheri erroribus agit, quorum jam prius sub littera L. compendio meminit. Tractatui de purgatorio præmittit pentacontostichon in Lutherum Frater Matthæus Wismarianus, itidem Ordinis Prædicatorum.

LUYSII F. Augustiniani divinorum librorum primi apud Salmanticenses interpretis in Cantica Canticorum Salomonis explanatio. Ad Serenissi. Principem Albertum, Austriæ Archiducem S. R. E. Cardinalem. Salmanticæ excudebat Lucas a Junta. 1580. in 4. *Editio admodum rara.*

LYCOPHRONIS Alexandra, adjectus quoque est Joannis *Tzetzæ* variarum Historiarum liber versibus politicis græce conscriptus cum versione *Pauli Lacisii* Veronensis. Prima editio. Basil. ex offic. Joan. Oporini. 1546. in fol. *Liber raro obvius.*

LYCURGI oratio contra Leocratem desertorem patriæ, dulcissime de officiis patriæ differens: græce cum præfat. Philip. Melanthonis. Eadem oratio conversa in Latinum Sermonem a Phil. Melanth. Francof. ex offic. Petr. Brubachii. 1548. in 8.

Biblioth. Salthemiana huius orationis itidem meminit, cui adjuncta sint Homerocentra: quod opusculum nostro exemplari deest.

LYDIAT (Thomæ) Anglo-Britanni e Comitatu & Dioecesi Oxoniensi, Recensio, & explicatio argumentorum productorum libello emendationis Temporum compendio factæ, cum additamento plurium, quibus confirmatur paradoxa, ut vulgo habetur, sententia de annis Nativitatis, Baptismatis, & cruciatus, adeoque universi in terris ministerii Domini Jesu Christi. Insertis brevibus confutationibus contrariarum opinionum *Scaligerianæ*, *Baronianæque*, pariter ac Jesuiticæ *Deckerii*, & Laurentii *Suslygæ*, atque Joannis *Kepleri* Cæsarei Mathematici. Londini sumptibus Gullielmi Harpeck. 1613. in 8. M. *Liber apud nos perrarus.*

M.

MACHIAVELLI (Nicolo) Tutte le opere divise gia in V. Parti, ma adesso per maggior commodità in IV. volumi ristritte, & di nuovo con somma accuratezza ristampate. Vol. III. in 8.

Exscripsi titulum ex catalogo biblioth. Collegii Soproniensis, qui nec annum, nec editionis locum connotat, ut adeo, cui anno, & loco tribuenda hæc editio sit, hæream. Simili titulo librum Vogtius, anni 1550. Sed in 4. & Osmont anni 1540. Venetiis in 8. memorant, quorum uterque inter *rarissimos* censetur. Ad postremam hanc editionem suspicor nostram accedere.

——— Historiæ Florentinæ libri VIII. Argent. 1610. in 8. *Editio rarior.*

——— Disputationum de Republica, quas discursus nuncupavit, Libri III. ex Italico latini facti. Ursellis ex officina typogr. Cornelii Sutorii. 1599. in 8.

——— Princeps ex Sylvestri Telii Fulginatis traductione diligenter emendatus. Adjecta sunt ejusdem argumenti aliorum quorundam contra Machiavellum scripta de potestate, & officio Principum contra tyrannos. Quibus denuo accessit Antonii Possevini judicium de Nic. Machiavelli, & Joannis Bodini scriptis. ibid. 1600. in 8.

Utrumque opus eodem hoc titulo, sed editionis Mompelgartensis an. 1599. Bauer ex Bunemanno *raris* accenset.

nostræ ne ipse quidem Sotvellus meminit: itaque *perraram* esse oportet. Dedicationi præmittitur privilegium Paschalis Ciconiæ Ducis Venetiarum ad vicennium. Inscribit vero author opus Philippo regi Catholico, cujus jussu id laboris etiam susceperat. *Superioribus*, inquit, *annis cum componendas Lusitaniæ res Olisiponem ipse venisses: Catholice rex, hortata me tua est Maiestas, ut inchoatam Henrici regis nomine avunculi tui, rerum indicarum historiam pari alacritate, studioque persequerer. Feci, quod jusseras: totumque contextum narrationis, a primo navigationum exordio ad usque Soceri tui Joannis eo nomine tertii regis obitum, pro mea tenuitate perduxi.* Quibus verbis materiam omnem XVI. librorum rerum Indicarum complexus est.

MAFFEI (Scipione) gli annali di Mantova. Tortonæ. 1678. in fol. *Liber rarus.*

MAGDEBURG. Wahre beschreibung der Schlacht sampt belegerung der alten Statt Magdeburg; was sich inn und ausserhalb der Statt begeben, und zugetragen hat, mit Scharmützeln zu wasser und lande vom anfang bis zum Stillstandt, endtlichen vortragk, und abzug. Magdeburgi 1551. in 4.

Conjuncta sunt alia IX. opuscula Germanica, quæ Augustanæ confessioni addicti intra annos 1549. & 1551. ibidem per Michael. Lother contra adversarios suos edidere. *Collectio admodum rara.*

MAGINI (Jo. Antonii) Patavini de planis triangulis liber unicus, Ejusd. de dimetiendi ratione per Quadrantem, & geometricum Quadratum Libri V. Bononiæ apud Joan. Bapt. Ciottum, typis

MAILLARDI (Oliverii) Ord. Minorum professoris sermones Dominicales, una cum aliquibus aliis sermonibus valde utilibus. Parisius industria magistri Andree Bocard, impensis vero Johannis Petit librarii jurati. 1507. pridie Kal. Martias. in 8.

——————— Summarium quoddam sermonum de Sanctis per totum anni circulum, simul & de communi Sanctorum, & pro defunctis hactenus numquam impressorum. ibid. 1507. XVII. Kal. Juniarum. in 8.

Freytag, aliique apud hunc, Sermones Maillardi de Adventu, Quadragesimales, & dominicales *raris* accensent, summarii contra de Sanctis, & sermonum pro defunctis non meminerunt. Carpit quædam in eo Niceron, sed hæc magis seculi genio, quam homini videtur tribuere.

MAIORIS (Georgii) Sententiæ veterum poetarum per locos communes digestæ. Magdeburgi apud Michael. Lotherum mense Februario. 1534. in 8.

Editio *rara*, & Gesnero ignota, qui Magdeburgensem quidem, sed anni 1537. nisi forte typi error in anno cubet, tum Argentinam anni sequentis, & Parisinam illa posteriorem solum indicat.

MAISTRE (N.) e familia Sorbonica S. Theologiæ Licentiati instauratio antiqui episcoporum Principatus, & religiosæ erga eosdem Monachorum, & Clericorum omnium observantiæ. Parisiis apud Guilielm. Pelé. 1633. in 4. *Editio rara.*

cem editi, & in duos Tomos divisi: quorum prior eos, qui in Matthæum, & Marcum, posterior eos, qui in Lucam, & Joannem, complectitur. Ad Serenissimum Lotharingiæ Ducem. Mussiponti ex typogr. Stephani Mercatoris. 1596. in fol.

Liber, ut Bauer ex Osmont refert, *rarus*. Possidemus etiam editionem Venetam anni 1597. in fol. non minus raram.

MALLEUS Maleficarum. — Anno Deitatis 1496. presens liber quem editor Malleum maleficarum intitulavit, per Anthonium Koberger Nurembergensem civem est inpressus, & ad hunc finem perductus XVII. die mensis Januarii. in 4.

Editio ex *rarissimis*, &, si Vogt ex Eberhardi Davidis Hauberi biblioth. Magica censum rite iniit, ordine quarta. Occasionem conscribendo libro præbuerunt malefici Diœcesium Moguntinæ, Coloniensis, Trevirensis, Salisburgensis, & Bremensis, ut Bulla Innocentii Papæ VIII. operi præfixa docet. Itaque data provincia est Fratribus ordinis Prædicatorum, ut huic malo medium ponerent: hi *Henricum Institoris*, & *Jacobum Sprenger* ex suis elegere, qui librum hunc congererent, ederentque, rati, hoc conatu malum commode exstirpari posse.

MALLINKROT (Bernardi) De ortu, ac progressu artis typographicæ Dissertatio historica, in qua præter alia pleraque ad calcographices negotium spectantia, de auctoribus, & loco inventionis præcipue inquiritur, proque Moguntinis contra Harlemenses concluditur. Colon. apud Joan. Kinchium. 1640. in 4. M. *Liber rarus*.

MAMERANI (Nicolai) catalogus familiæ totius aulæ Cæſareæ per expeditionem adverſus inobedientes usque Auguſtam Rhetiam, omniumque Principum, Comitum, Baronum, Statuum, Ordinumque Imperii, & extra Imperium cum ſuis Conſiliariis, & Nobilibus ibidem in Comitiis anno 1547. et 1548. præſentium. Coloniæ apud Henricum Mameranum. 1550. in 8. M.

Inter oratores cenſetur *Nicolaus Olahus* epiſcopus Zagrabienſis, hujusque Secretarius *Joan. Fejértó*: item ex parte regni Hungariæ *Michael Mérei*, & *Georgius Werner*, arcis Saroſſienſis Præfectus.

——— Catalogus expeditionis rebellium Principum, ac civitatum Germaniæ, ſub duobus potiſſimum generalibus Præfectis, Joanne Friderico Duce Electore Saxoniæ, & Philippo Lantgravio Heſſiæ contra Carolum V. Rom. Imp. Aug. conſcriptæ, & productæ anno 1546. ibid. 1550. in 8. M.

——— Catalogus omnium Generalium, Tribunorum, Ducum, Primorumque totius exercitus Caroli V. Imp. Aug. & Ferdinandi Regis Roman. ſuper rebelleis, & inobedienteis Germ. quosdam Principes, ac civitates conſcripti anno 1546. ibid. 1550. in 8. M.

Opus, teſte catalogo biblioth. Solgerianæ *maxime infrequens*. Inter Hungaros Duces numerantur: *Franciſcus Nyare* (*Nyári*): *Petrus Wackit* (*Bakich*):

Petrus Erdedi (Erdödy) Bartholom. Horvath: Franciscus Soy (Zay): Sebastian. Bornemassa (Bornemisza): Franciscus Ceoton (Getey): & Joannes Peteu (Pethö).

MANARDI (Joan.) Medici Ferrariensis epistolarum medicinalium libri XVIII. Argent. 1529. in 8.

Liber *rarus*. Possidet biblioth. nostra editiones quoque Basileensem an. 1530. in fol. Lugdunensem 1549. & Venetam anni 1557. Authorem in Hungaria aliquamdiu commoratum fuisse, docent, epistola I. Libri I. ad Florianum Montium Jaurino an. 1518. data: item epist. III. Libr. II. ad Cœlium Calcagninum Buda eodem anno scripta. Oportuit hominem fuisse fastidiosum, qui in eadem hac epistola nil veritus sit in hæc verba scribere: *Vale, & me quasi veterno obsitum inter hosce Scythas aliquando similibus quæstionibus expergefacias.* Absens tamen etiam ad Hungaros scribebat, ut ad Mathiam Frangipanem, Alexium Thurzonem, Ladislaum Zalcanum Vaciensem episcopum, aliosque.

MANASSIS (Constantini) annales, nunc primum in lucem prolati, & de græcis latini facti per Joan. Leunclavium, ex Joan. Sambuci V. C. bibliotheca. Basil. ex offic. Episcopiana. 1573. in 8. M. *Editio parum communis.*

MANCINELLI (Antonii) Grammatica. — Opera Antonii Mancinelli Veliterni in Grammaticam, quorum tituli in frontispicio hujus libri continentur, finiunt feliciter per Nicolaum Kesler caractere nitido, & correctura exactissima Basilee elaborata. Anno a partu Virginis 1501. in 4.

Editio, ut Freytag, Gerdesius, & catalogus biblioth. Jo. Frid. Christii testantur, ex *rarioribus.*

MANLIIS (Joan. Jac. de.) Alexandrini super descriptiones antidotarii, & practice divi Johannis Mesue, & aliorum illustrium medicorum clarissima interpretatio, dicta *Luminare majus.* Impressum in inclita civitate Venetiarum per presbyterum Bonetum Locatellum, mandato & expensis heredum nobilis viri domini Octaviani Scoti civis Modoetiensis, anno Salvatoris nostri 1506. die VIII. januarii ad laudem Domini Jesu Christi Dei, & judicis nostri, ejusque intemerate Virginis matris Marie. in fol. *Editio rara.*

MANNI (Joan.) de malleorum scarificatione ex veterum sententia ad Hieronymum Fabricium liber. Patavii apud Paulum Meietum. 1583. in 4. *Liber admodum infrequens.*

MANTUANI (Joan. Bapt.) Somnium Romanum ad magnificum Comitem Andream Benivolum Sexdecimvirum. Cum voto ad beatam Virginem. Lyps per baccalaureum Martinum Herbipolensem. Anno gratie 1507. in 4.

Editio *perrara*, ut pleræque Mantuani, quas ordine chronologico in seriem cogam.

———— Carmina de beata Virgine Maria, que & Parthenice dicuntur, Libri III. Ad Ludovicum Fuscararium, & Joan. Bapt. Refrigerium cives Bononienses. in 4. sine l. et anno.

Typus

Typus monasticus, & Quentelliano similis.

MANTVANI (Joan. Bapt.) Divinum secunde Parthenices opus, sacrosanctam dive virginis Catharine passionem heroico carmine illustrans. Non minus cultum quam pium. ad D. Bernardum bembum patricium Venetum, et jureconsultum peritissimum. — Secunde parthenices opus divinum Colonie impressum in Domo Quentell. Anno nativitatis Dominice 1510. ultima Maij. in 4.

Præmittitur operi epigramma Ortwini Gratii Coloniensis in laudem Mantuani.

——— Prima Parthenice, que Mariana inscribitur. Libb. III. Argentinæ per Joan. Knoblouch. 1518. in 4.

——— Secunda Parthenice, sacrosanctam D. Virginis Catharine passionem illustrans. Libb. III. ibid. 1518. in 4.

——— Tertia Parthenice, Divarum Margarithæ, Agathæ, Luciæ, & Apolloniæ agones continens. Libb. II. ibid. 1518. in 4.

——— De mundi calamitatibus, earumque tum causis, tum remediis. Libb. III. Aliud eiusdem contra poetas impudice loquentes, sive scribentes, opusculum perelegans. ibid. 1518. in 4.

——— Opera omnia. Bononiæ per Benedictum Hectoris calcographum accuratissimum ære proprio. 1502. die vero XI. Junii. Civitatis habe-

nas moderante D. Joanne Bentivolo patriæ parente bene merito. in fol.

MANTVANI (Joan. Bapt.) Novem — — opera præter cætera moralia: familiari quidem Jodoci Badii Afcenfii explanatione elucidata omnia, quædam vero etiam argutiffima Sebaftiani Murhonis, et Sebaftiani Brantii Germanorum doctiffimorum elucidatione decorata: mufarum plane inventa: fequenti ipfius Afcenfii ad Dominum Germanum de Ganayo comprobantur epigrammate.

Ne Germane tuas novus hofpes afymbolus ædis
Pulfem, Pieridum confero dona novem.
Nempe tot apporto divina poemata vatis,
Quo decus Aonidum Mantua rurfus habet.
Quæ fi, quo reliquis præfens, examine penfes,
Dictata Aonii dixeris effe chori.
Parthenicen fiquidem primam fibi Calliopæa
Vendicat: Clius altera fertur opus.
Tertia ad Euterpen me judice pertinet: atque eft
Morbiolus lufus Dia Thalia tuus.
Baptiftæ laudes tua cafta Polymnia cura eft,
Poffunt Terpfichore vota placere tibi.
Plectra movens Eratho te concinuit Dionyfi,
Triftia fed plangit tempora Melpomene.
Ut vero æthereum cafti mereantur honorem,
Fert in turpiloquos Urania arma viros,
Non hæc noftra quidem, fed noftro prælo oleoque
Illuftrata habui jure dicanda tibi.

Habes inquam lector excellentissimi viri Baptistæ Mantuani novem opera præter cætera moralia, ut in prima facie protestati sumus: novem Musarum fere monumenta: cum duplici subinde explanatione coimpressa in ædibus Ascensianis impendio ipsius Ascensii, Joannis Parvi, et Jacobi Forestarii. Anno salutis 1507. ad Calendas Decemb. in fol.

Præfatur Badius ad Germanum de Ganaio: sequitur index copiosus, tum vita Mantuani ex Trithemio sumta. In fine addunt octastichon Jo. Bibaucius Thiletanus, & Joan. Egidius Nucerinus.

MANTVANI (Joan. Bapt.) Opera omnia. Tomi II. In ædibus Ascensianis ad Idus Junias. 1513. Deo gratiæ. in fol.

Editio cum iisdem, vt prior, commentariis, sed auctior, quod & plura, quam prior, poematia contineat, & addat illa quoque, quæ Mantuanus soluta oratione scripsit, seorsim ab aliis edita.

MARA (Guillermi de) utriusque censuræ doctoris, ac Constantiensis ecclesiæ Thesaurarii, & Canonici, de tribus fugiendis: *ventre*, *pluma*, et *Venere* libelli tres: multis probatorum authorum sententiis, & exemplis referti. Venale habetur parrisiis in officina libraria Henrici Stephani, e regione scholæ decretorum. in 4. sine anno. folior. 32.

Liber *rarus*, ac forte idem, quem Bauer parte III. pag. 22. hoc titulo: *epistolæ*, & *carmina historica*, memorat.

Maraccii (Ludovici) e congregatione Clericorum regularium Matris Dei, Prodromus ad refutationem Alcorani. In quo per quatuor præcipuas veræ religionis notas Mahumetanæ sectæ falsitas ostenditur: Christianae religionis veritas comprobatur. In quatuor partes divisus. Romæ typis sacr. Congr. de propaganda fide. 1691. in 8. Vol. IV.

Opus insigne ac pretiosum, & ut biblioth. Solgeriana notat, *infrequentissimum, paucisque visum.* Dicat id author Innocentio XII. Pont. Max. Leopoldo Imp. Joanni III. Poloniæ regi, & Venetorum Reip. qui per id tempus fœdere aduersum Turcas copulati erant. In præfatione, quæ plena eruditionis est, scriptores omnes, qui id argumentum aliquando pertractarunt, recenset, inter hos Tyrsum Gonzales de Santalla, postea Soc. Jesu Generalem, nominat. De Alcorano per eumdem Maraccium ex Arabico in Latinum converso jam supra in articulo *Alcoranus* memoravi.

Marantæ (Bartholom.) Venusini de aquæ Neapoli in Luculliano scaturientis, quam ferream vocant, metallica materia, ac viribus, ad Paulum Monachum, Neapol. Medicum epistola. Neapoli excudebat Matthias Cancer, sumptibus Jo. Dominici Galli, 1559. in 4.

Scriptum *valde rarum*, exstat apud nos in duplici exemplo.

Marbodei poetæ vetustissimi dactylotheca. Basil. per Henricum Petri. 1555. in 8. *Liber rarus.*

MARCELLI (Chriſtoph.) electi epiſcopi Corcirenſis, ſacrarum cerimoniarum, ſive rituum Eccleſiaſticorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Libri III. Poſt omnes omnium editiones ſumma denuo vigilantia recogniti. Univerſis eccleſiaſticis non tam jucundi, quam utiles, & neceſſarii. Romæ typis Valerii Dorici. 1560. in fol.

Vogt plures operis hujus *admodum rari* editiones cenſet. Primam Romanam anni 1516. in fol. Typis Valerii Dorici, cujus hæc noſtra quoque eſt, ſecundam ejusdem anni Venetam, tertiam ſine anni & loci indicio, quartam Colonienſem anni 1557. quintam itidem Colonienſem anni 1572. Noſtra igitur Romana illum latuit, quæ in fine editionis annum refert 1559. cum frons tamen exhibeat annum 1560. in utro error cubet, ignoro. Sunt, qui Marcellum hujus operis editorem, non item authorem dicant.

MARCHETI (Jacobi) Baſilici Deſpotæ Sami, de Morini, quod Trovanam vocant, atque Hedini expugnatione, deque prælio apud Rentiacum, & omnibus ad hunc uſque diem vario eventu inter Cæſarianos, & Gallos geſtis, brevis, & vera narratio. Antverp. apud Joann. Bellerum. 1555. in 8. *Editio perrara.*

MARGARITA philoſophica. — Chalcographatum primiciali hac preſſura Friburgi per Joannem Schottum Argent. citra feſtum Margarethæ anno gratiæ 1503. in 4. cum figg.

Editio, si non fallor, *prima*, & *rarissima*. Frontem operis ornat icon, quæ tricipitem vultum muliebrem refert corona ornatum: circum hanc septem virgines, totidem artium liberalium indices. Perigraphe majusculis Romanis litteris hæc est: *Phia triceps. Naturalis. Rationalis. Moralis. Logica. Rhetorica. Grammatica. Aritmetica. Musica, Geometria. Astronomia.* Quælibet virgo harum scientiarum instrumentum gerit. Supra quatuor Ecclesiæ Doctores visuntur: infra vtrinque assident Aristoteles & Seneca, cum inscriptione: *philosophia natural. philosophia moral.* Operis authorem fuisse *Georgium Reisch* domus Carthusianæ prope Friburgum Priorem, & Gesnerus in biblioth. indicat, & quæ in operis laudem præmittuntur, sequunturque extra dubitationem ponunt. In principio enim hæc legas: *Suo Gregorio Reisch generosi Comitis de Zolrn alumno Adam Wernherus Temarensis Salutem P. D.* Subditur elegia, ad cuius calcem hæc:

Sic tua mox vastum clarescet phama per orbem,
Viveque Gregori Reisch: tibi quisque canet.

In fine addit Paulus Volzius Offoburgius cœnobita Schutteranus epigramma, quod ita claudit:

Corrogas namque abdita plura multis,
Quæque doctrina nitidi Sophistæ
Per vagos multa peperere libros
Chare Georgi.

Quo igitur nomine, Gregoriine, an Georgii appellandus author sit, alii viderint: posterius tamen magis vulgatum est.

MARGARITA philosophica nova. Completum est hoc opus per virum industrium Joannem Grüninger ex Argentorato veteri pridie Kalendas

Junii anno redemptionis nostre duodecimo supra mille quingentos. (1512.) in 4.

Editio *rara*, & priore auctior. Accessere enim *graecarum litterarum institutiones*, *hebraicarum litterarum rudimenta*, *Musicae figuratae institutiones*; *architecturae*; *& perspectivae rudimenta*; *Quadrantum variae compositiones*, *astrolabii Messahalah compositio*, *astrolabii novi geographici compositio*, *formatio Torqueti*, *formatio polimetri*, *usus*, *utilitates eorundem omnium*, *figura quadrantis poligonalis*.

MARGARITA Philosophica cum additionibus novis, ab auctore suo studiosissima cum recensione quarto superadditis. — Margaritam philosophicam novis characteribus dilucidatam, industria sua, ac ere proprio Michael Furterius impressit Basilee, Anno 1517. die vero 5. Martii in 4.

Editio itidem *rara*, sed quae ab utraque, quam prius recensui, multum differt tam rerum ordine, quam materia.

MARINELLI (Joan.) De peste, ac pestilenti contagio liber, in quo disputatur, quantum inter se distent pestis, & pestilens contagium, & quae contagioni pestilenti, quales sunt bubones pestiferi, & carbunculi, qui aliquot Italiae civitates inquinarunt, curatio sit adhibenda. Venetiis apud Gratiosum Perchacinum. 1577. in 4. *Liber infrequens*.

MARLIANI (Bartholom.) Equitis D. Petri, Urbis Romae topographia ad Franciscum Regem

Gallorum, eiusdem urbis Liberatorem invictum. Adjecta priori ejusdem auctoris topographiæ editioni hoc opere sunt: Urbis, atque insignium in ea ædificiorum descriptiones, compluraque alia memoratu digna. Errores nonnulli sublati; tituli, inscriptionesque non aliter, quam ipsis inerant marmoribus, emendatissime expressi, qui ab aliis hactenus neglecto ordine, & perperam in lucem editi inveniuntur. Romæ in ædibus Valerii Dorici, & Aloysii fratris, Academiæ Romanæ impressorum, mense Septembris. 1544. in fol. cum figg.

Biblioth. Solgeriana editionem primam, quæ sine l. & a. in fol. prodiit, *perraris* adnumerat: nihilo minoris *raritatis* hæc altera editio est, & auctior, utiliorque priore.

MARNAVITII (Joan. Tomco) Regiæ Sanctitatis Illyricanæ foecunditas. Romæ. 1630. in 4. maj. M.

Editio in nostris quoque terris *valde rara.* Complectitur præter vitas S. Stephani regis, S. Emerici Ducis, S. Ladislai, SS. Elisabethæ, & Margaritæ, quæ ad Hungaros pertinent, etiam vitas S. Irenæ V. & M. Tryphoniæ Coniugis Decii Imp. Cyrillæ V. & M. Quirini filii Philippi Aug. S. Hadriani Mart. filii Probi Aug. Metrophanis, ejusque fratris Probi, ac utriusque patris Domitii episcoporum Byzantinorum. Arthemiæ V. & M. filiæ Diocl. Imp. & Serenæ matris ejus. Liciniæ Maximini Imp. uxoris. Constantini M. & Helenæ matris. Constantiæ filiæ Constantini Imp. Placidiæ Valentiniani III. filiæ. Marciani Imp. Fl. Valerii Glyecrii Imp. & episcopi. Tiberii Imp. Ivanis

Costumilli regis Dalm. filii. Stephani Patriarchæ CP. & S. Sabbæ episcopi, Simeonis Stephani Rasciæ regis filii.

MARSILII (Hippolyti) Tractatus de quæstionibus, in quo materiæ maleficiorum pertractantur. Lugduni per Jac. Myt. 1532. in 4. *Libellus raro obvius.*

MARSILII Patavini. Vide *Patavini.*

MARTIALIS (M. Valerii) Epigrammata. Venetiis in ædibus Aldi, mense Decembri. 1501. in 8. M.

Catalogi biblioth. Engelianæ, & Solgerianæ editionem hanc præ ceteris Aldinis *perraram* esse memorant: Harvoodus addit, eam in auctione majoris duabus libris Anglicanis venditam fuisse. In fine subditur majusculis litteris: *Quis quis es, qui quoquo modo hujusce excusionis ergo adversus ieris, damnatus esto, & reus ill. S. V. ne dicas, tibi non prædictum, cave.*

———— Epigrammata cum commentariis. Venetiis per Philippum Pincium Mantuanum. 1510. in fol. *Liber rarus.*

MARTINI V. Ro. Pont. Declaratio utilissima constitutionis in Concilio Constantiensi facte. de non vitandis excommunicatis, nisi denunciatis &c. — Extravagantis recolen. me. Martini Pape V. de excommunicatis non vitandis declaratio summe utilis, non calamo, verum ingeniosissime, ac pe-

Gervinum Calenium, & hæredes Quentelios. 1574. in 8. M.

Liber *rarus*, testimonio trium præstantium catalogorum, Engeliano, Saltheniano, & Feuerlini. Opuscula vero Goesii hæc sunt: de fide, religione, moribusque Aethiopum. Epistolæ aliquot Preciosi Joannis, Paulo Jovio, & ipso Damiano interpretibus. Deploratio Lappianæ gentis. Lappiæ descriptio. Bellum Cambaicum I. & II. De rebus, & imperio Lusitanorum ad Paulum Jovium disceptatiuncula. Hispaniæ ubertas & potentia. Pro Hispania adversus Münsterum defensio.

MARULI (Marci) Evangelistarium, opus vere Evangelicum, sub fidei, spei, & charitatis titulis in septem libros partitum. Accessit huic, propter idem fere argumentum. *Meginhardi* viri undecunque doctissimi ad D. Guntherum, de fide, varietate Symboli, & ipso Symbolo Apostolico, & peste multarum heresum, sed insigniorum libellus nunc recens excusus. Colon. ex offic. Eucharii Cervicorni. 1529. in 8. *Libellus rarior.*

MARUSSY (Andreæ) Cæs. Regiæ Majestatis Tricesimatoris Szölösiensis, faustus, felix, & fortunatus novus annus illustriss. D. D. Comiti Sigismundo Forgáts de Gymes &c. Comiti comitatuum Neogradiensis, & de Zabolcs, generali Capitaneo Hungariæ superioris, Judici Curiæ Regiæ oblatus. Cassoviæ 1613. in 4. M.

Libellus concinno metro scriptus, & *perpaucis in Hungaria cognitus.*

recentioribus hucusque prætermissa fuerant. Venet. ex offic. Stellæ Jordani Zilleti. 1559. in 4.

Liber *rarus*. Videtur titulus recentior, quam ipsum opus esse. Nam & authoris in dedicatione ad Paulum III. Pont. Max. datum est: *Idibus Novembris* 1536. & finis libri hæc exserte habet: *Venetiis in vico Sancti Moysi apud signum archangeli Raphaelis, in ædibus Francisci Bindoni, ac Maphei Pasini, socios, accuratissime impressum. Mense Novembri. M D XXXVI.*

MASSAE (Nicolai) Liber de febre pestilentiali, ac de pestichiis, morbillis, variolis, & apostematibus pestilentialibus, ac eorundem omnium curatione, nec non de modo, quo corpora a peste præservari debeant. Venet. apud Andr. Arrivabenum, 1556. in 4. *Editio non passim obvia.*

——— Epistolarum medicinalium Tomus I. in quo tractantur ea, quae tum ad theoriam, tum ad praxin medicam pertinere videntur, & quæstiones etiam continentur de animorum immortalitate, de mundi creatione, deque Logica facultate. Tomus II. nunc primum in lucem editus; in quo methodus curandi universalis, & ad profliganda varia morborum genera consultationes saluberrimæ continentur. Multæ item Hippocratis, Galeni, Avicennæ, aliorumque insignium Medicorum obscuræ enodantur sententiæ. Venetiis Joan. Gryphius excudebat. 1558. in 4.

Amathum Lusitanum : quin et censura in ejusdem enarrationes. Venet. in officina Valgrisiana. 1560. in fol.

Dicat opus splendidum Ferdinando Rom. Hung. & Boh. &c. regi : epistolæ nuncupatoriæ Datum est, Goritia calendis Januarii. 1554. cujus anni editionem catalogus Bünemanni memorat : hanc excipit præfatio authoris ad medicinæ studiosos, in qua causam auctæ hujus editionis conjicit in vanitatem typographi Mantuani, qui operi Italico figuras rebus non congruentes inseruit: Valgrisius quoque ob repetitas editiones veniam a lectore flagitat; tum sequuntur privilegia Pont. Max. Cæsaris, Galliarum regis, Senatus Veneti, & geminus index, materiarum, & simplicium medicamentorum secundum partes corporis humani.

———— Idem opus ab ipso authore recognitum, & locis plus mille auctum. Adjectis plantarum, & animalium iconibus supra priores editiones longe pluribus ad vivum delineatis. Accesserunt quoque ad margines græci contextus quam plurimi, ex antiquissimis codicibus desumpti, qui Dioscoridis ipsius deprauatam lectionem restituunt. Venet. ex offic. Valgrisiana. 1570. in fol.

Et hæc, & prior editio inter *raras* locum habere merentur. Hanc inscribit Ferdinando, & Carolo archiducibus Austriæ, *Pragæ ultima Januarii* 1565. Præfatio fere eadem est cum priore, ad cetera vero privilegia accessit etiam Cosmi Medices Florentiæ Ducis: indices iidem. Ad calcem subiungitur: *Ratio distillandi aquas ex omnibus plantis, & quomodo genuini odores in ipsis aquis conservari possint*; cum iconibus fornacum, quæ a priori editione abest.

che hà voluto particolarmente tutti questi luoghi vedere: onde hà corretti molti errori che ne gli altri scrittori di queste antichità si leggono. Appresso tutte le statue antiche che in Roma in diversi luoghi e case particolari si veggono, raccolte e descritte per M. Ulisse Aldroandi. In Venetia appresso Giordano Ziletti. 1562. in 8. *Opusculum infrequens.*

MAXENTII (Joannis) Monumenta. Vide *B. Fulgentii* opera.

S. MAXIMI scholia in eos Beati Dionysii libros, qui extant. Paris. apud Guliel. Morerium. 1562. græc. & lat. in 8. *Editio rara.*

MAXIMI Tyrii philosophi Platonici sermones e græca in latinam linguam versi Cosmo Pacio interprete. Basil. apud Joan. Frobenium. 1519. in fol.

Editio *rara*, & a Maittairio omissa. Codicem græcum Janus Lascaris in bibliothecam Mediceam intulit, authorque fuit Cosmo Pacio, ut eum latinum redderet, quod is quidem fecit; sed cum eum morte præventus edere non posset, Petrus illius frater calcographis excudendum dedit. Beatus Rhenanus, qui libri vulgandi curam susceperat, eundem Joanni Grolierio Francorum regi a secretis, & Insubriæ Quæstori Primario inscripsit.

MEDINA (Michael. de) Bellarcensis Franciscani apologia *Joannis Feri*, in qua septem &

ſexaginta loca commentariorum in Joannem, quæ antea quidam calumniatus fuerat, ex ſancta ſcriptura, ſanctorumque doctrina reſtituuntur — — — Nunc de novo recuſa, & a multis erratis, quibus exemplar Complutinum ſcatebat, opera R. P. Theologiæ Doctoris D. Philippi Agricolæ Moguntini repurgata. Moguntiæ per Franc. Behem. 1572. in 8.

Cum Joannis Feri Germani hominis opera per Hiſpaniam vulgarentur, iisque paſſim omnes ceu præſtantiſſimis pro ſuggeſtu ad populum uterentur, ad manus quoque Dominici de Soto Ord. Prædicat. pervenere, qui, iis lectis, annotationes in Feri commentaria Salmanticæ anno 1554. ediderat, quibus 67. loca religioni non conſentientia perſtrinxit, ob quæ etiam Commentarii in Joannem indici librorum prohibitorum, quoad perpurgarentur, inſerti ſunt. Atque hic ille, ut Medina indicat, calumniator fuit. Ferus eodem anno obiit. Itaque Medina ejusdem ord. hunc defendendum ſuſcepit, edita Compluti anno 1558. apologia. Sed hæc quoque in vetitorum librorum ſeriem venit. Proinde noſtra hæc editio videtur prima in Germania eſſe: incertum autem, an errata, quæ in Complutenſi editione cenſura ſunt affecta, an typica ſolum in Moguntina omiſſa ſint: etſi illud præ hoc veri videatur ſimilius.

MEDIOLANENSIS (Michaelis) Sermonarium de penitentia duplicatum, per Adventum videlicet, & Quadrageſimam, a ven. Viro Fratre Michaele Mediolanenſi Ord. Fratrum Minorum de obſervantia editum, qui tum ſanctimonia vitæ,

tum ferventissima verbi Dei predicatione a Deo innumeris meruit corruscare miraculis, felici Numine explicitum est. Impressum Venetiis optimaque castigatione emendatum per Gregorium de Arrivabenis Mantuanum. 1496. die XXVIII. Septembris. in 4.

Liber *rarus*, & a Maittairio omissus.

MEFFRETH Sermones, alias ortulus reginé de Sanctis. Opus salutiferum in tres partes divisum, hyemalem videlicet, estivalem, & de Sanctis. Impressum Basilee per Nicolaum Kesler. 1487. die Saturni XX, mensis januarii. in fol.

Editio *rara*: similem huic Bauerus ex Bunemanno sine anni & loci indicio memorat.

MEIBAVM (Henr.) Chronica von den Königen in Persia aus dem stamme Artaxerxis Magusæi, welche mit höchster macht, ruhm, und ansehen geregieret CCCCXII. Jahr, folgends aber von den Saracenen geschwecht ungefehr CC. Jahr. Aus dem Lateinischen ins Deutsch versetzt. Helmestadii per Jac. Lucium. 1590. in 4. M.

Adnumeratur *raris* in catalogo biblioth. Salthenianæ.

MEIERI (Joan.) Juris publici quæstio capitalis, sintne Protestantes jure Cæsareo hæretici, & ultimo supplicio afficiendi, contra Sangvinarium Casparis Schoppii classicum tractata. Argent. typis Nicolai Wyriot. 1621. in 4.

Bauer editionem anni 1624. *minus obviam* esse asserit.

MEKERCHII (Adolphi) De recta pronunciatione linguæ græcæ. Antverp. ex officina Plantiniana. 1576. in 8.

Liber, testimonio catalogi Menckeniani & Saltheniani, *adeo rarus*, *virisque doctis ignotus*, *ut ne quidem auctoris nomen in præstantissimis bibliothecis*, *neque alibi reperias*.

MELAE (Pomponii) cosmographi geographia: *Prisciani* quoque ex Dionysio Thessalonicensi de situ orbis interpretatio. — Pomponii Mellæ una cum Prisciani ex Dionysio de orbis situ interpretatione finit. Erhardus Ratdolt Augustensis impressit Venetiis. XV. Calend. Augusti, anno salutis nostræ 1482. Laus Deo. in 4.

Editio *admodum rara*, &, ut Harvoodus notat, ex Venetis ordine tertia. Præmittitur mappa trium orbis partium cum capitalibus ventis, & hac epigraphe: *Novellæ etati ad geographie vermiculatos calles humano viro necessarios flores aspiranti votum bene merenti ponitur.*

——— Geographiæ libri III. Hermolai Barbari in eundem integræ castigationes. Index in Pomponio contentorum copiosissimus. — Viennæ Pannoniæ per Hieronym. Vietorem Philovallem, & Joan. Singrenium de Oeting, calcographos diligentissimos, Pridie Nonas Septemb. 1512. in 4.

Editio *rara*, & exteris fere, si Harvoodum demas, ignota. Indici præmittit Joan. Camers epistolam pridie

Non. Sept. datam ad Theobaldum Offenburgensem discipulum olim suum cum tetrasticho: Indicem sequitur elegidion Nicol. Gerbellii Phorcensis in persona Mercurii: finem libri ornat aquila Imperialis cum Austriæ, Stiriæ, Sueviæ, & Carnioliæ insigniis. *Aquila loquitur:*

Alituum victrix dicor: me tela tonantis
 Haud feriunt; Aquilæ mundus & ipse subest.
Cæsar habet terras, & olympica numina summus
 Iuppiter: hic cœlos continet, ille solum.

Non recte hanc editionem Viennensibus abjudicat, qui Tom. II. biblioth. latinæ Fabricii pag. 77. notam adjecit, qua illam Norimbergensibus tribuit. Nam & typographorum Viennensium nomina in fine libri exserte adjecta sunt, & charta, typus, frontispicium, eadem prorsus sunt, ut in Floro visuntur, qui Viennæ apud Singrenium anno 1518. prodiit.

MELÆ (Pomponii) Libri de situ orbis III. adjectis Joachimi Vadiani Helvetii in eosdem scholiis: addita quoque in geographiam catechesi, & epistola Vadiani ad Agricolam digna lectu cum indice. — Impressus est Pomponius Viennæ Pannoniæ expensis Lucæ Alantse civis, & bibliopolæ Viennensis per Joannem Singrenium ex Oeting Bajoariæ, mense Maio anni 1518. in fol.

Editio itidem *rara*, quæ postea sæpius Basileæ & Parisiis semel repetita est. De nostra prolixe Fabricius Bibl. Lat. aucta ab Jo. Aug. Ernesto, Tom. II. pag. 78. eamque præ ceteris commendat, tametsi Vadianum magis in explicando, quam in emendando versari dicat. Gemino titulo hæc editio ornata est, in

quam multorum virorum doctorum carmina exstant, ut *Christoph. Crassi* ad lectorem; *Georgii Logi* ad Joan. Turzonem episc. Vratislaviensem; *Conradi Crebellii* ad ipsum Melam: *Rudolphi Clivani* Helvetii, & *Mathiæ Paulini* Pludentini, *Georgii Binderi* Tigurini, & *Martini Hatzii* Transsilvani ad lectorem, *Andr. Eggii* ad Melam hexastichon, *Vadiani* ad lectorem elegi, *Philip. Gundelii* Scazon, *Tranquilli Parthenii* Ragusini decastichon, ac in fine Vadiani epistola, cujus in titulo nulla facta mentio est, ad Crebellium Tigurinum.

MELA Pomponius: Solinus: Itinerarium Antonini Aug. Vibius Sequester: P. Victor: Dionysius Afer Prisciano interprete. Venetiis in ædibus Aldi, & Andreæ Soceri. 1518. in 8. M. *Liber rarus*.

——————— Pomponii geographia. Cracoviæ in officina typographica Vietoris 1519. in 4.

Editionem hanc Maittairius, Harvoodus, Bauer, &, quibus hic usus est, præterierunt.

——————— de situ orbis ab Hermolao Barbaro, & Joanne Camerte castigatus cum indice. — Impressum Venetiis anno 1520. in 4.

Liber *rarus*, & typo monastico exscriptus, cujus, quos paulo ante memoravi, non meminere. Præfatur in laudem Melæ Andronicus Tranquillus Parthenius Dalmata eleganti carmine asclepiadæo, quod, nisi nimis longum fuisset, huc transcripturus eram. Ceterum Mela hic ad editionem Viennensem anni 1512. exactus est: hoc unum interest, quod Camertis epistola, item Cerbellii elegidion omissa sint, & index cum

Camertis, tetrasticho ad calcem hic rejectus sit, qui illic Melæ præmittitur.

MELÆ (Pomponii) De orbis situ libri III. cum commentariis Joachimi Vadiani. Adjecta sunt præterea loca aliquot, in quibus æstimandis, censendisque doctiss. viro Joanni Camerti cum Joach. Vadiano non admodum convenit. Rursum epistola Vadiani, ab eo pene adulescente ad Rudolph. Agricolam juniorem scripta. Basil. apud Andr. Cratandrum. 1522. in fol. M. *Editio infrequens.*

MELANTHONIS (Philippi) Scripta pleraque *raris* accenseri solent. Hujus, præter opera omnia, quæ in Vol. II. Vittebergæ anno 1562. apud Joannem Cratonem in fol. prodiere, sequentia seorsim, edita apud nos exstant.

——— Pro Luthero apologia adversus furiosum Parisiensium Theologastrorum Decretum. in 4. sine loco, & a. M.

——— De legibus oratio; Ejusd. de Gradibus oratio. Noli altum sapere, sed time. Parisiis ex offic. Roberti Stephani, e regione scholæ Decretorum. 1528. in 8. M.

——— Consilium de moderanda controversia super articulis religionis præcipuis, scriptum ad Gallos. Cui præfixa est epistola regis Galliæ ad Philippum, & ejus responsio. Excudebat Joan. Coluber. Pragæ 1536. in 8.

MELANTHONIS (Philip.) Scriptum publice propositum in Academia Witebergensi, quo scholastici convocati sunt ad deducendum funus Domini Phil. Melanthonis, viri pietate, eruditione, & virtute præstantis. XXI. Aprilis. Witeb. excudebat Vitus Creutzer. 1560. in 4.

——————— Scriptum publice propositum in Acad. Witeberg. de ordine aliquot Lectionum publicarum constituto post pium & felicem obitum D. Phil. Melanthonis die XXIII. April. ibid. per eund. 1560. in 4.

——————— Brevis narratio, exponens, quo fine vitam in terris suam clauserit reverendus vir D. Phil. Melanthon. Una cum præcedentium proxime dierum, & totius morbi, quo confectus est, brevi descriptione. Conscripta a Professoribus Academiæ Witebergen. qui omnibus, quæ exponuntur, interfuerunt. Witeberg. 1560. in 4.

——————— Orationes, epitaphia, & scripta, quæ edita sunt de morte Phil. Melanthonis omnia &c. Witebergæ excudebat Johannes Crato. 1562. in 8.

Adjecta est brevis narratio de ejusdem morte, quæ ibid. anno 1560. in 4. prodierat, ut paulo ante indicavi.

——————— Epistolarum farrago in Partes III. distributa, a Joanne Manlio collecta & publicata. Basil. 1565. in 8.

MELZO (Ludovici) Malteser Ordens, Kriegsregeln wie eine Reuterey zu regieren, und was man für einen sonderbaren Dienst von derselben haben könne. Germanice & gallice. Francof. 1643. cum figg. in fol.

Editionem Francofurtensem anni 1625. Bauerus *raris* accenset; nec nostra facile obvia est.

MERCVRIALIS (Hieron.) De arte gymnastica Libri VI. Parisiis apud Joannem du Puys. 1575. in 4. cum figg.

Biblioth. Saltheniana, aliæque editionem Venetam anni 1573. velut primam inter *rarissimas*, Amstelodamensem cum figg. Christoph. Coriolani anni 1672. inter *raras* collocant, Parisinam contra, quæ itidem rara est, omittunt.

——————— De pestilentia lectiones habitæ Patavii M. D. LXXVII. mense Januarii. In quibus de peste in universum, præsertim vero de Veneta, & Patavina singulari quadam eruditione tractatur. Ejusd. tractatus de maculis pestiferis, & de hydrophobia. Patavii apud Paul. Meiettum. 1580. in 4.

——————— Nomothelasmus, seu ratio lactandi infantes. Patavii. 1552. in 8.

Uterque liber infrequens est: in postremi fine additur epitaphium Pauli III. Pont. Max. ab eodem authore concinnatum.

MERCVRII Britannici Mundus alter, & idem. Sive terra Auſtrialis antehac ſemper incognita, longis itineribus peregrini Academici nuperrime luſtrata. Francof. apud hæredes Aſcanii, ac Rinialme. in 8. ſine anno. M.

Præmittitur itineris occaſio: tum ſingulis libris deſcribuntur regiones *Crapuliæ*, *Viraginiæ*, ſeu Gyniæ novæ, *Moroniæ*, & *Laverniæ*, additis ubique mappis geographicis. Opus *ſatyricum*, & *rarum*, cujus author fertur fuiſſe *Joſ. Hallus*.

MESSAHALAH de ſcientia motus orbis.

Aetis, ignis, aque, & telluris qualis imago,
Quis numerus ſpheris, ſideribusque modus:
Aurea cur toties commutat Delia vultus,
Hic Meſſala meus rite docere parat.

Meſſahallah de ſcientia motus orbis Nuremberg anno 1504. III. die Aprilis omni cum diligentia, per Dominum Joannem Veiſſenburger impreſſus. in 4. M.

Liber *rarus*: præfatur Joan. Stabius Auſtriacus ad Joannem Fuxmagonum Cæſ. Majeſtatis Senatorem. Additur ejusdem Stabii carmen ad chorum Muſarum.

——————— De elementis, & orbibus cœleſtibus liber antiquus: cui adjectum eſt ſcriptum cujusdam Hebræi de Eris, ſeu intervallis regnorum, & de diverſis gentium annis, ac menſibus. Item iisdem de rebus ſcriptum cujusdam Saraceni, continens præterea præcepta ad uſum tabularum aſtronomicarum utiliſſima. Quæ omnia ad veteris ar-

chetypi lectionem diligenter collata, celebri famæ illustriss. Principis D. D. Augusti Ducis Saxoniæ etc. & publicorum studiorum utilitati dicavit Joachimus Hellerus apud inclytam Germaniæ Noribergam mathematum professor. Noribergæ excudebat Joan. Montanus, & Ulricus Neuberus 1549. in 4.

Bauerus simili fere titulo librum ex biblioth. Saltheniana Norimbergæ eodem anno impressum refert, eumque *rarissimis* inserit.

MESUÆ cum expositione *Mondini* super canones universales, ac etiam cum expositione Christoph. *de Honestis* in antidotarium ejusdem. Cum additionibus Petri *Apponi*, Francisci *de Pedemontio*, *Platearii*, Joannis de *S. Amando*, libello *Bulcasis*, & aromatario *Saladini*. — Impressa Venetiis per Bonetum Locatellum Bergomensem jussu, & impensis nobilis viri domini Octaviani Scoti civis Modoetiensis. 1495. pridie calend. Aprilis Augustino Barbadico inclito Venetiarum Duce. in fol. *Editio perrara.*

——— Idem opus. ibid. apud eundem. 1498. Barbadico Venetiarum Duce. in fol.

——— Idem opus. ibid. 1508. die XX. Octobris. Serenissimo D. D. Lauredano Venetiarum Duce imperante. in fol.

Utrumque opus *rarum*, & a Maittairio prætermissum.

MESUÆ Idem opus. Lugduni induſtria probi viri Gilberti de Villiers. 1519. in fol. *Editio infrequens.*

———— De re medica Libri III. Jacobo Sylvio Medico interprete. Pariſiis ex offic. Chriſtiani Wecheli ſub ſcuto Baſilienſi in vico Jacobæo, & ſub Pegaſo in vico Bellovacenſi. 1544. in fol.

Editio, Bunemanno teſte, *rara*, & Maittairio ignota. Dedicat laborem ſuum Sylvius Stephano Poncherio Baionenſi epiſcopo, additque breves, ac neceſſarias in Meſuem commentatiunculas. Ea, quæ procemio præmittuntur, authoris genus in hæc verba explicant: *In nomine Dei miſericordis, cujus nutu ſermo recipit gratiam, & doctrina perfectionem, principium ſit verborum Joannis filii Meſuæ, filii Hamech, filii Hely, filii Abdela regis Damaſci.* Hinc Meſuæ adhæſit nomen *Damaſceni.*

———— cum duplici translatione, altera quidem antiqua, altera vero nova Jacobi Sylvii. Venet. apud Vincentium Valgriſium. 1562. in fol.

Editio non paſſim obvia, & nitida.

———— Idem opus: cui acceſſere plantarum in libro ſimplicium deſcriptarum imagines ex vivo expreſſæ, atque item *Joan. Coſtæi* annotationes. Venet. apud Juntas. 1589. in fol. *Liber ex infrequentioribus.*

———— Sobre el *Meſue* & *Nicolao*, modus faciendi: nuevamente por el auctor corregido,

y en esta impressión tercera annedido un notable Tractado de secretos curativos: como al fin della buelta desta hoia se vera. M. D. XLII. — Fue impresso en la muy noble y felicissima Cibdad de Sevilla, en casa d' Juan Cronberger qui aya gloria. Anno Domini 1542. y por amor de nuostro Sennor pide el auctor III. ave Marias por las animas de purgatorio. ✠ Et laus Deo, Marie, & Joseph. in fol.

Quamquam ordine tertia sit, apud nos tamen *rarissima* editio. Titulum operis excipit tabula summaria contentorum, cui subditur: *Jesus benignissimus. Maria dulcissima. Joseph sanctissimo.* Opus ipsum in partes II. divisum est. Prima est instar prologi, foliorum 5. quo Medicorum prærogativa ex illo, *honorà medicum propter necessitatem*: illustratur: additur monitio ad Sacerdotes, qui moribundis assistunt, in quem finem commendatur cultus S. Josephi morientium patroni, addito hymno latino in illius honorem, qui, ut author ait, est *carmen asclepiadeum mixtum gliconico cacometrum.* Pars II. continet commentarium Hispanicum in canones Mesuæ. Huic in modum partis III. subjungitur liber de evacuationibus. Finem faciunt Hippocratis aphorismi cum prognosticis latine: tum disputatio Hispanica inter duos medicos, *an reubarbarum sit solutivum:* denique oratio latine de nativitate beatæ Virginis Mariæ, quam excipit tabula alphabetica in universum opus prolixa illa, & minutissima. Author, aut commentator potius, videtur fuisse ex Ord. Minorum, cum in prologo ad archiepiscopum Hispalensem diserte dicat: *considerando que sintiendo esto nuostro Seraphico padre sant Francisco, voluit*

non solum sibi vivere, sed & aliis proficere ductus zelo Dei &c. idque propterea, ne sibi, quod sacerdos in rem medicam se ingesserit, apud alios invidiam conflaret.

METERANI (Emmanuel.) Historia, oder eigentliche und wahrhaffte Beschreibung aller Kriegshändel unnd gedenckwürdigen Geschichten, so sich in Niderteutschland, auch beygelegenen und andern Örtern Franckreich, Engelland, Teutschland, Hispanien, Italien &c. zugetragen haben unter der regierung Keysers Caroli des V. und Philippi II. Königs in Hispanien bis auff diese gegenwertige Zeit. Hamburgi 1597. in fol. *Liber parum communis.*

MEURSI (Joan.) Græcia ludibunda, sive de ludis Græcorum liber singularis. Accedit *Danielis Souteri* Palamedes, sive de tabula lusoria, alea, & variis ludis Libri III. Lugd. Batav. 1625. in 8. *Editio rarior.*

———— Joannis junioris, de coronis liber singularis. Soræ Danorum. Excudebat Henricus Crusius. 1643. in 4. M.

Liber apud nos *perrarus.* Inscribit illum Cornificio, Canuto, Laurentio, Flaminio, Ebboni & Hilario ab *Vlefeld.*

MEXIA (Pedro) Colloquios de mucha erudicion. En Anvers. 1561. in 12. *Liber apud nos raro obvius.*

Salmasio illa parœmia: hunc optimam causam pessime, illum contra pessimam optime defendisse.

De falsa & vera Dei Patris, Filii, & Spiritus S. cognitione Libb. II. authoribus MINISTRIS ecclesiarum consentientium in *Sarmatia*, & *Transsilvania*. Excusum Albæ Juliæ. 1568. in 4.

Liber *rarissimus & pestilentissimus* inscriptus est *Serenissimo, ac pietate clarissimo Principi D. D. Joanni II. electo regi Hungariæ &c. Datum Albæ Juliæ 7. Aug. 1567. Dei ministri, qui supra, M. V. S. obsequentissimi.* Nullus tamen ex his uspiam nominatim exprimitur. Liber I. novem: II. quindecim capp. continet. Addita sunt tria opuscula eodem typo, forma, & anno Albæ edita. Primi hic titulus est: *Demonstratio falsitatis doctrinæ Petri Melii, & reliquorum sophistarum per antitheses, una cum refutatione antitheseon veri, & Turcici Christi, nunc primum Debrecini impressarum.* Alterius: *Refutatio propositionum Petri Melii, non inquirendæ veritatis ergo, sed ad contendendum propositarum, ad indictam Synodum Varadinam 22. Aug. anno 1568.* Tertii denique: *Antithesis Pseudo-Christi cum vero illo ex Maria nato Luc. 2. Hodie (non ante secula) natus est vobis (non incarnatus) Salvator Christus Dominus (non in cælo ex essentia Dei.)* Perinde impia, ut prius opus, cui coniuncta sunt. De hoc venit mihi in mentem suspicari, an non idem sit opus cum eo, quod Schelhornius hoc titulo: *Fulmen de cælo delapsum, Trinitariorum Deum Triunum contundens:* in amoenit. Lit. Tom. II. memorat, & Vogtius prodiisse negat? Certe cap. 4. Libri I. totum occupatur in ludificandis imaginibus, quas pro captu rudium ad exprimendam SS. Trinitatem prisca simplicitas reperit, & Ecclesia eamdem ob causam dissimulat. Harum, præ-

in favorem Ecclesiarum, præsertim Belgicarum edita continentur. Bruxellis apud Joan. Merbecium. 1624. in 4. M.

MIRANDVLÆ (Octaviani) Canonici regularis Lateranensis, viridarium illustrium poetarum, cum ipsorum concordantiis in alphabetica tabula accuratissime contentis, quibusque plus quam egregias sententias *Fausti* Poetæ regis atque reginæ addidimus. Non tamen omnes propter penuriam librorum adjicere posuimus (potuimus). Impressum Parisius impensis honesti viri Johannis Petit Librarii. 1513. in 8.

Editio *perrara*, quod illius Maittairius non meminerit, & Gesnerus duas solum posteriores editiones memoret; unam Argentinensem anni 1538, & alteram Basileensem anni 1583.

MISSA Apostolica, sive divinum sacrificium S. Apostoli Petri, cum Wilhelmi Lindani episcopi Gandavensis apologia pro eadem D. Petri Apostoli liturgia. Item vetustissimus in S. Apostolicæ Missæ Latinæ canonem commentarius ex admirandis antiquissimorum PP. nostrorum Orthodoxorum antiquitatibus concinnatus, ad illustriss. S. R. E. Card. Antonium Carafam. Antverp. ex offic. Christophori Plantini. 1589. in 8. *Liber rarus*.

MISSÆ ordo secundario diligentissime correctus cum notabilibus & glossis sacri canonis

tiæ apud Jacob. Keruer via Jacobæa sub duobus Gallis. 1555. in 8.

Prius opusculum, *Misaldi* nomine, biblioth. Saltheniana *raris* accenset; nec istud minoris raritatis est: hujus hæc sunt breviaria. Dialogus I. est in morem parasceves ad sequentes. II. De solis, & cœlorum coaptatione cum anima rationali, & corpore humano. III. De radiorum solis, & ejusdem spirituum conciliatione cum humani corporis spiritibus. IV. De compositione Lunaris radii, & spiraculi cum animali spiritu. V. De collatione facultatis radiorum planetarum cum humani corporis facultatibus. VI. De applicatione innati solis caloris ad nativum humanorum corporum calorem. VII. De solis cum corde humano aptatione. VIII. Ex quo habetur collatio naturæ stellarum coeli cum humani corporis humoribus. IX. De coaptatione stellarum variarum cum partibus humani corporis variis. X. In quo Solis, & Lunæ cursus cum vitæ humanæ curriculo componitur. XI. De orbium cœlestium coaptatione cum corporis orbibus, & oculis. Hæc totidem verbis author singulis dialogis præmittit. Interloquutores sunt, Vrania, & Aesculapius.

MODESTI (Joan. Ant.) Umbri oratio de amicitia. Excusa sunt hæc Viennæ Austriæ ab Hieronymo Vietoris Philovalle. Anno 1510. quarto Kalendas Octobris. in 4. M. plagg. cum titulo 8.

Opella *rarissima*, & Gesnero, aliisque, quos consului, ignota, dicata est Francisco Præposito Transsilvaniensi, Wladislao II. regi Hung. a secretis.

MODUS servandus in executione gratie exspectative fœliciter explicit per me B. G. de Sultz. Laus Deo. in 4. sine l. & anno.

ber allerseits gehaltene compositions mittel und Vorschläge, gefürte discurs, consilien, und Berathschlagungen, sonderlich die restitution der geistlichen Gütter betreffen, begrieffen. Mit anhehenckter Handlung, die satisfaction zwischen Kayserl. May. und denen Cronen Franckreich, Schweden, und Brandenburg. So dann deren zu Wien in anno 1642. und jtzo zu Münster wegen Restitution der Chur Pfaltz und deren Länder verübte Acten. Partes III. 1648. in 4.

Opus cum per sese, tum ob ea, quæ illi conjuncta sunt, apud nos *perrarum*. Conjuncta autem sunt: I. Verzeichnus deren zu Münster, und Osnabrüg bey den allgemeinen Friedens tractaten anwesender Gesandten. Anno 1646. II. Ohnvergreiffliches Bedencken ob ein general Frieden zu Münster und Osnabrüg zu hoffen, oder nicht. 1645. III. Copia eines schreibens, darinnen die Königliche Schwedischen Herren Gesandte zu Osnabrug der Kays. Herren Legaten angeführte Rationes, das man die mittelbare Stände zu diesen Friedenstractaten nicht gestatten, noch mit salvis conductibus versehen soll, widerlegen &c. 1645. IV. Replica oder Antwort der Kays. Herren gevollmächtigten, auf die von den Schwedischen Herren Gevollmächtigten zu Osnabrug jüngsthin übergebene proposition. 1646. V. Entwurff dessen, was die Herren Schwed- und Frantzösische Abgesandten auff die von denen Herren Kayserl. Legaten beantwortete Friedens puncta anno 1645. den 28. Decemb. in Osnabrug mündlich wieder herausgegeben. VI. Abhandelung puncti satisfactionis, so von den Herren Kays. und Schwedischen Abgesandten zu Osnabrugk ge-

schlossen den 8. (18.) Martii. 1648. VII. Vergleich wegen der restitution der Chur Pfaltz, wie die von den Herren Kays. und Schwedischen Abgesandten zu Osnabrüg geschlossen worden, den 9. (19.) Mart. 1648. VIII. Abhandelung puncti æquivalentiæ, oder Entgeltnus, so Ihrer Churfürstl. Durchl. zu Brandenburg wegen vorgeschehener Abtrettung beyzulegen, wie von den Herren Kays. und Schwedischen Abgesandten zu Osnabrug geschlossen worden den 9. (19.) Mart. 1648. IX. Abhandelung in puncto satisfactionis mit der Frau Landgräfin von Hessen, so von den Herren Kayser. und Schwedischen H. Abgesandten zu Osnabrück geschlossen den 6. April. 1648. Vor den Minnenbrüder im Loret. 1648. X. Kurtzer einfältiger Vorschlage, wie denen längst getriebenen annoch pendirenden Tractaten die restitution der Pfaltz betreffend abzuhelffen seyn möchte. Publicirt 1643.

Pro MONLVCIO episcopo, & Comite Diensi præscriptio adversus libellum *Zachariæ Furnesteri*: cui adjecta est ejusdem Zachariæ Furnesteri adversus eandem præscriptionem defensio. 1575. in 8. sine loco.

Libellus *rarissimus*. Argumentum ex Monlucii legatione, qua apud Polonos pro eligendo Henrico Andium Duce, postea Galliarum rege hujus nominis III. functus erat, sumtum est. Cum enim de suffragiis in eum conferendis ageretur, & aliquis calumnias electioni injiceret, Monlucius scriptum congessit, quo illas refutaret. Id an editum sit, haud satis constat. Illud certum: a Furnestero, quis quis tandem sub hoc nomine personatus lateat, visum fuisse, & maximam ejus partem edito libello vulgatam. Prior pars opusculi est pagg. 56. altera 274. Authores vero

obſcuri: Furneſterum fuiſſe heterodoxum patet ex pag. 5. verbis illis, quæ defenſori Monluciano objicit: *conſuluiſſes famæ, quam poſt fœdam illam defectionem tuam adhuc apud aliquos etſi ægre retinebas, retinebas tamen.* Et magis perſpicue pag. 5. *Adeone ergo te poſt illam apoſtaſiam dementem eſſe factum, ut — — te jam ſerio apoſtatam, & Catholicum eſſe factum publice probares* &c.

MONOSZLOY (Andreæ) Eccleſiarum Poſonienſis, ac Felhevizienſis Præpoſiti, brevis ac Catholica confutatio impiorum novorum articulorum nuper in *Galantha* a Sacramentariis concinnatorum. Impreſſum Tirnaviæ 1593. in 8.

Liber *rarus*, & ſcriptori *memoriæ Hungarorum* &c. ignotus. Dicat opus RR. DD. Stephano Fejerkövi epiſcopo Nitrienſi, ac regis per Hungariam locum tenenti. Authorem, contra quem ſcribit, in dedicatione his verbis manifeſtat: *hic libellus prodiit, ac principalia capita ſegmentorum Galantinenſium Sacramentariorum, litterasque Dobronocky confutans &c.*

MONTAGNANÆ (Antonii Marci) de herpete, phagedæna, gangræna, ſphacelo, & cancro, tam cognoſcendis, quam curandis tractatio accuratiſſima. Venet. apud Paul. Meiettum. 1589. in 4.

Nota *raritatis* inſignitur in catalogo biblioth. Lehmannianæ.

——————— Bartholomæi conſilia. Tractatus tres de balneis Patavinis: de compoſitione, & doſi medicinarum. Antidotarium ejuſdem. Venetiis

mandato ac ſumptibus nob. viri domini Octaviani Scoti civis Modœtienſis, quarto Nonas Aug. 1497. per Bonetum Locatellum Bergomenſem. in fol.

Editio *admodum rara*: meminere illius Geſnerus, & Maittairius: ille addit, authorem dici alias de *monte Gnana*. Titulum operis excipit gemina epiſtola, Jacobi de Vitalibus Brixienſis, ad Gerardum Bolderium Veroneñſem, & hujus viciſſim ad illum de operis editione ſine ullo dato: tum tabula conſiliorum 303 quæ cum jam impreſſa eſſent, ſuggeſtum eſt editori conſilium de *mirachialo*, quod is prætermiſerat, ut in fine hujus tabulæ lectorem monet: *poſt impreſſionem conſiliorum voluminis oblatum fuit nobis hoc conſilium de mirachiali diſpoſitione*, *quod magiſtro Bartholomeo attribuitur*: *ſed*, *ut ego exiſtimo*, *aut non eſt ejus*, *aut erat juvenis valde*. In fine viſitur Symbolum Octaviani Scoti. Eodem volumine continentur etiam conſilia Cermiſoni, eodem typo, & charta, ut dubium nullum ſit, quin utrumque opus Venetiis anno 1497. prodierit, ut ſupra in *Cermiſonus* monui.

Montani (Jacobi) Odarum ſpiritualium liber. Clariſſimo viro Joanni Elio illuſtriſſimi epiſcopi Monaſterienſis Cancellario per Chriſti ſacerdotem Jacobum Montanum Spirenſem nuncupatus. Lector eme, lege, & judicabis. T. O. — Argentorati ex ædibus Schurerii menſe Martio. 1513. regnante Imperatore Cæſ. Maximiliano Pio Fœlici Aug. P. P. fol. 38.

Editio *perrara*, & Maittairio ignota. Geſnerus odarum quidem meminit, ſed locum, ubi editæ ſint,

non indicat. Operi præmittit ad ſtudioſum adoleſcentem elegiam Joan. Murmelius Ruremundenſis. Odæ ut plurimum ſunt de feſtis Domini, & beatæ Virginis, ceteræ de Sanctis concinnatæ.

MONTANI (Jacobi) De paſſione ac morte Chriſti faſciculus mirrhæ — — Ex ſecunda recognitione ipſius authoris. — Finis T. O. in 4. ſine loco, & anno. folior. 56.

Editio perinde *rara*, & Geſnero ignota, qui Baſileenſem Hervagii IV. libris comprehenſam ſolum memorat, cum noſtra elego quidem carmine conſcripta, ſed nequaquam in IV. libros diſtributa, nec Baſileæ, ſed Argentinæ, ac ſecundis Montani curis apud Schurerium prodierit, ut litteræ T. O. in fine adjectæ docent. Titulus exhibet Ortwini Gratii ad lectorem hexaſtichon cum diſticho: præfatur autem Montanus ad Jodocum Gallum Rubeaquenſem, & Jacobum Wimphelingum Sacerdotes, cauſam cur ſacrum hoc ſcriptionis argumentum ſelegerit, hanc reddens; ſe *voluiſſe amplianda divinæ laudis gratia Chriſtianam pietatem, qua nulla ſub cœlis illuſtrior, verior, ſalubrior eſt, hac qualicunque threnodia decorare, juventutem ad ſacrarum amorem ſcripturarum incendere, & obſcœnorum ſcriptores carminum ſpiritali jugulare mucrone.* Recte igitur ſub ipſum principium ita canit:

Crux mihi Parnaſſus, cruor agni, Phocidis unda,
Vulnera ſint Muſæ ſanguinolenta graves.
Chriſtus, Apollo fiet, cithara præſignis eburna,
Et referat Daphnen maxima Parthenice,
Sint procul hinc olidi paphiæ meretricis amores,
Hortorumque Phylax; Nyctileusque pater.

Lancea, fel, ſpinæ, clavi, crux, lora, flagella,
Sputaque, ſint noſtræ munera caſta fidis.

MONTANI (Joan.) de idea Hippocraticæ doctrinæ dictata quondam ab *Abibone Gebfrid* Medico in Patavina ſchola excepta, ac nunc primum in medicæ artis candidatorum uſum publicata. Viennæ Auſtriæ excudebat Egidius Aquila. 1550. in 4.

Liber *parum cognitus.* Poſſeſſor hæc ſua manu adnotavit: *Johannes Bierdumphelius Phil. & Med. D. ſuis me jungebat libris Viennæ Auſtriæ.* 1559.

MONTE (Lamberti de) Quodlibeta: varie queſtiones de quolibet diſputate, ac edite a profundiſſimo, probatiſſimoque Theologo Doctore Angelico Divo Thoma Aquinate Ord. Pred. pervigili cura reviſe, & nunc demum impreſſe. Agrippine cura Henrici Quentel. 1501. in fol. *Liber perraro obvius.*

MONTECUCCOLI (S. R. I. Principis) commentarii bellici cum juſto artis bellicæ ſyſtemate. Viennæ Auſtriæ. 1718. in fol. cum figg.

Biblioth. Menckeniana illum *raris* adnumerat.

MONTEREGIO (Joan. de) Epytoma in Almageſtum Ptolomæi. — Explicit magne compoſitionis Aſtronomicon epitoma Johannis de regio monte. Impenſis non minimis curaque & emendatione non mediocri virorum preſtantium *Gaſparis*

Grosch, & *Stephani Ræmer*. Opera quoque & arte impressionis mirifica viri solertis *Johannis Hamman* de Landoia, dictus *Hertzog*, felicibus astris expletum anno a prima rerum etherearum circuitione 8480. Sole in parte sexta decima Virginis gradiente, in hemispherio Veneto, anno salutis 1496. currente, pridie calen. Septemb. Venetiis. Maximiliano Romanorum rege primo faustissime imperante. in fol.

Opus, ut habet biblioth. Schwarziana, *rarissimum*, Titulum sequitur dedicatio Regiomontani ad Bessarionem episcopum Tusculanum S. R. E. Cardinalem, & Patriarcham CP. in qua refert, Bessarionem, cum videret Ptolemæum non rite e græco factum esse latinum, ac fere barbare loqui, induxisse in animum, ut eum, quod utraque lingua valeret, suo decori restituat. Sed dum legatione ad Imperatorem persungi necesse haberet, avocatum fuisse ab ea destinatione, provinciamque hanc, ut Viennam venerat, Georgio Purbachio mandasse: huic autem post sex libros magno studio translatos mortuo, se illius jam morituri jussu successisse, ac opus, qua poterat, accuratione ad finem perduxisse. Erat Regiomontanus, alias Müller dictus, ea ætate mathematicis disciplinis, præcipue astronomia, præ ceteris excultus, ac a regibus certatim expetitus, præsertim a Mathia Corvino; a quo, cum ei tabulam primi mobilis dicasset, primum 800. aureis nummis Hungaricis, ac preciosa veste, tum annuo stipendio liberali, quo, ubi vellet, uteretur, donatus est.

MONTEREGIO (Joán. de) Germanorum decoris, nostre etatis astronomorum principis ca-

and at the Harrow in Fleetſtreet. 1683. in 8. M. *Editio apud nos admodum rara.*

MONZAMBANO illuſtratus & reſtrictus: ſive Severini de Monzambano Veronenſis de ſtatu Imperii Germanici ad Lolium fratrem, dominum Trezolani liber unus. Diſcurſibus juridico-politicis explicatus & reſtrictus — — opera & ſtudio *Pacifici a Lapide* Germano-Conſtantienſis. Utopiæ apud Udonem Neminem, vico Ubique, ad inſigne veritatis. 1668. in 12. *Liber rarus.*

MORGENSTERN (Georgii) ſermones diſertiſſimi contra omnem mundi perverſum ſtatum, quem Deus glorioſus, & equitas naturalis damnat. Egregii & famoſiſſimi domini Georgii Morgenſtern de Ödern, decretorum doctoris celeberrimi. Qui jura Canonica in gymnaſio Liptzenſi fideliter docuit, & verbum Dei fructuoſe ac devotiſſime populo predicavit. Omnibus volentibus divinum ſeminare perutiles. Diligentis ſtudii indagine regiſtrati. Correctionis lima etiam quam accuratiſſime caſtigati. Impreſſum Auguſte per Johan. Froſchauer. 1505. ni 4.

Editio rara, &, ut videtur, ordine ſecunda. Geſnerus enim editionem Lipſienſem anni 1501. per Wolfgangum Monacenſem ſolum memorat.

MORI (Henrici) hiſtoria Miſſionis Anglicæ Societatis Jeſu ab anno ſalutis 1580. ad 1619. vice-

MOR-

MORNÆI (Philippi) Beſtendiger Bericht von der Kirchen, darinn die Hauptſtück, darüber man heuttigs Tags ſtreittig erleuttert werden — — in hochteutſch gebracht von Joh. Jacob Koler. Zu Baſel bey Conrad Waldkirch. 1589. in 8.

———— Reſponſio ad Ebroicenſis epiſcopi librum. Hanoviæ. 1607. in 4. *Utrumque ſcriptum infrequens.*

MOSCHOPULI (Manuelis) Grammaticæ artis græcæ methodus. Ejusd. artis *Theodori* Gazæ libri II. græce. Baſil. ex offic. Joan. Walder. 1540. in 4. *Liber rarior.*

MOSCOVITICARVM rerum ſcriptores auctores varii unum in corpus nunc primum congeſti, quibus & gentis hiſtoria continetur, & regionum accurata deſcriptio. Francof. 1600. in fol.

Collectio *perrara*, ut biblioth. Saltheniana teſtatur.

MOSHAIM (Rudberti a) Decani Patavienſis, græce & latine eruditiſſimi, Kynoſophion, ac opuſculum *Phemonis* de cura & conſervatione canum, e græco in latinum translatum. Canis encomium: ſeu de canum laudibus per eundem declamatio.

Diſtichon ad lectorem.

Quemque canum vires, morbos, artemve medendi
Noſſe juvat paucis, hic cito doctus erit.

Jacobus a Moshaim ſtudii ſyncerioris cultor, has duas lucubrationes præſtantiſſimi viri domini Decani Patavienſis, amantiſſimi fratris, illo plane invito, ac inſcio (fateor ingenue, male ob id me auditurum) honeſto, pioque conſilio in publicum emiſit, ſententiæ, ac humanitatis cauſſam ſequens mea oſtendit epiſtola. Viennæ, per Jo. Singrenium. in 4.

Libellus *perrarus*, ac Geſnero ignotus. Titulum excipiunt duæ epiſtolæ; una ad Ferdinandum I. S. R. Imp. Hung. Boh. &c. regem; altera ad lectorem, utraque data eſt I. Novemb. ex arce Strechaw anno 1535. qui forte annus editionis fuerit. Cauſam, cur inſcio fratre utrumque opuſculum ediderit, in prima epiſtola hanc præcipue memorat, quod regem venatu in primis delectari ſciret, & quod is catalogum titulorum opuſculi de medicina canum a Salio Medico ſibi oblatum grato animo accepiſſet.

MULERII (Nicolai) gymnaſiarchæ Leowardiani) Tabulæ Friſicæ Lunæ-ſolares quadruplices, e fontibus Cl. Ptolemæi, Regis Alfonſi, Nic. Copernici, & Tychonis Brahe recens conſtructæ. Quibus acceſſere ſolis tabulæ totidem, hypotheſes Tychonis illuſtratæ: Kalendarium Romanum vetus cum methodo Paſchali emendata. Alcmariæ excudebat Jacobus Meeſterus. 1611. in 4.

Liber *rarus*. In calendario vetere Joan. Rakolupsky Polonus libri hujus olim poſſeſſor haud pauca ex Seto Calviſio, Caſp. Schotto, & Pitiſco partim emendat, partim adjicit.

MUNDINI anatomia, quam de partibus humani corporis inscripsit. Excusum anno a mundi redemptione. 1527. in 12. sine l.

Bauer ex Sincero editiones annorum 1482. & 1541. Marpurgensem a *raritate* commendat, nostræ hujus, ut videtur, ignarus.

MÜNSTERI (Sebastiani) Cosmographiæ universalis Libb. VI. Basil. apud Henricum Petri, mense Martio. 1550. in fol. M.

Notat Vogtius hanc, & annorum 1552. 1559. editiones esse *raras*, & in precio habendas, quod editio Basileensis anni 1572. aut a Pontificiis, aut istorum gratia truncata fit.

——— Rudimenta mathematica. Hæc in duos digeruntur libros, quorum prior geometriæ tradit principia — — una cum rerum, & variarum figurarum dimensionibus: posterior vero omnigenum horologiorum docet delineationes. Basil. 1551. in fol.

De hac editione catalogus biblioth. Salthenianæ ita: *Liber rarus, quem in plurimis iisque præstantissimis bibliothecis inani cura quæreres.*

——— Organum Vranicum. Habes in hoc libro amice lector explicatas theoricas omnium planetarum, atque eorundem varios, singulos, & quotidianos ad annos usque C. & ultra expressos motus, Lunæ quoque in lumine crescentis, senescentis, & per eclipsim deficientis, & item Solis

auch wol meinen. Annó Domini. 1530. in 4. ſine loci nota. M. *Libellus infrequentior.*

MURETI (M. Antonii) Variarum lectionum Libri XV. ad Hippolytum Eſtenſem Cardinalem. Antverp. apud Chriſtoph. Plantinum. 1586. in 8.

——— JC. & civis Romani orationes XXIII. Eiusd. interpretatio quincti libri Ethicorum Ariſtotelis ad Nicomachum. Ejusd. hymni ſacri, & alia quædam poematia. Venet. apud Aldum. 1575. in 8. *Utriusque libri rara editio.*

MURMELII (Joan.) Anzeigung, und Abhandlung viler Päbſtlicher misbreuch, und abgöttereyen. Gedruckt zu Strasburg in Hans Knoblauchs druckerey. in 8. ſine anno. *Libellus perrarus.*

——— Loci communes ſententioſorum verſuum ex elegiis Tibulli, Propertii, Ovidii diligenter collectæ (ſic). Vitebergæ 1533. in 8.

Editio *rara*: nomen typographi videtur in litteris GR. latere, & *Georgium Rhau* indicare, quibus ſubnexum eſt duplex KK.

MURNERI (Thomæ) beider Rechten Licentiaten, Inſtituten ein warer urſprung, und fundament des Keiſerlichen Rechtens uff der hohen ſchül Baſel in ſiner ordenlichen lectur offentlich mit dem Latin verglichet. — Gedruckt in der loblichen ſtatt Baſel durch den fürſichtigen Adam

Petri von Langendorff. Als man zalt nach der geburt Christi. M. D. XX. jar. (1520.) in 4. folior. 134.

Bauer ex Liter. Wochenbl. & biblioth. Solgeriana indicat librum esse *stupendæ raritatis*, sed annum editionis ponit 1519. nisi forte hoc, & sequente, editus fuisset. Verum ita multum ex raritatis precio amitteret. Præfatur Murnerus ad suos discipulos, tum subjungit versus, quibus rationem conatus sui reddit, ævo illi congruos. Ita enim de Institutis canit:

Doch mit solcher höch beschriben
Bisher so unverstendig bliben
Das kaum den glerten ist bekant
Was Instituten uff in hant,
Bis es zü letst darzü ist kummen
Sy also flyssig furhar gnummen,
Vsgelegt, und declariert
Auch allen richtern zü gefiert. &c.

MURNERI (Thom.) Ritus & celebratio phase judeorum, cum orationibus eorum, & benedictionibus mense ad litteram interpretatis, cum omni observatione uti soliti sunt suum pasca extra terram promissionis sine esu agni pascalis celebrare, ex hebreo in latinum traducta eloquium. in 4. cum figg. sine l. & a. folior. 16. M.

Libellus *perrarus*, & cujus sola, quod sciam, biblioth. Gesneri meminerit. Epistola authoris ad Patres ord. Minorum exhibet Datum: *Valete ex Francfordia anno* 1512. ex quo an conjectura ad locum, & annum editionis duci possit, alii existiment.

MUSÆUS de Herone, & Leandro. A Caspare Barthio interpretatus, & illustratus. græc. & lat. Ambergæ ex typographeo Schönfeldiano. 1608. in 8. M.

Bauer testatur, librum in catal. biblioth. Christii *duplici raritatis asterisco notari.*

MUSLERI (Georgii) gymnasii, & civilis collegii ad D. Stephanum Viennæ Rectoris, laudatio funebris, in illustris, ac magnifici Herois *Leonardi a Fels* &c. obitum, in præsentia Regiæ Maiestatis, omnium ordinum, trium episcoporum, Principum virorum, Comitum, Baronum &c. habita IIII. Non. Decemb. anni M. D. XLV. cum epigrammatibus *Joan. Ludov. Brassicani.* Viennæ Austriæ Matthæus Syngrenius excudebat. 1545. in 4. M.

Bauer in supplem. complura Musleri scripta *rarissimis* inserit; hujus autem ne verbo quidem meminit; quod mihi indicio est, Viennenses editiones exteris parum cognitas fuisse. Insunt orationi huic non pauca, quæ res Ferdinandi I. regis, & Joannis Zapolyæ illustrant. In fine additur, incertum cujus manu exaratus, Scazon in Fridericum Nauseam episcopum Viennensem, cui equus Felsianus in funeris pompa ductus dono quidem datus, sed ab eo non acceptus est, ruralis satyræ plenus.

MYLÆI (Christoph.) Consilium historiæ universitatis scribendæ. Florentiæ ex offic. Laurentii Torrentini, mense Julio. 1548. cum summi Pont.

* * *

N.

NABOD (Valentini) enarratio elementorum astrologiæ, in qua præter Alcabitii, qui Arabum doctrinam compendio prodidit, expositionem, atque cum Ptolemæi principiis collationem, reiectis sortilegiis, & absurdis vulgoque receptis opinionibus, de veræ artis præceptorum origine, & usu satis differitur. Colon. apud hæredes Arnoldi Birckmanni. 1560. in 4.

Editio *rara*, cujus Gesnerus sine anni indicio meminit.

NADASDI (Francisci) Comitis, & Judicis curiæ regiæ Mausoleum potentissimorum, ac gloriosissimorum regni Apostolici regum, & primorum militantis Hungariæ Ducum, cum iconibus æri incisis. Norimb. 1664. in fol. maj.

Biblioth. Solgeriana notam *raritatis*, ut omnino meretur, illi tribuit. Apud Jöcherum male editum est, Graf von Forgatsch: rescribendum est, *Fogaras* ab arce cognomine in Transsilvania, quam cum finitimo agro *Thomas Nadasdi*, & *Stephanus Majldth*, æquo jure a Ferdinando I. & Joanne Zapolya, Hungariæ regibus, dono accepere. Ducum icones arbitrariæ sunt, nec Regum omnium ad fidem sigillorum exscriptæ.

NAKIELSKI (Samuel.) Miechovia: sive promptuarium antiquitatum monasterii Michovien-

Liber ob paucitatem exemplarium impressorum *summæ raritatis*, ut Freytag ex Illustriss. Comitis Zaluskii conspectu Collectionis Scriptorum Ecclesiasticorum &c. testatur. Insunt operi aliquot diplomata Ludovici I. Hung. Regis, & Elisabethæ illius matris, nec inelegans est dodecastichon Janitii poetæ, quod in mortem Ludovici I. regis cecinit.

NAPRAGI (Demetrii) Ecclesiæ Agriensis, & Orodiensis Præpositi, & DD. *Nicolai Zokolii* de Kisvárda, & *Michaelis Kelemesii* vice-Comitis Comitatus Sárus Hungariæ periclitantis Legatorum ad Sereniss. Sigismundum III. Poloniæ &c. regem oratio in Comitiis generalibus Cracoviæ habita. Cracoviæ 1595. in 4. M. *Opusculum etiam in Hungaria perquam rarum.*

NATALIBUS (Petri de) Catalogus Sanctorum, & gestorum eorum ex diversis voluminibus collectus. Lugduni per Jacobum Saccon. 1514. in fol.

Liber Maittairio ignotus, & quem Gesnerus sine anni & loci indicio refert.

NATALIS (Hieronymi) Soc. Jesu Theologi, annotationes, & meditationes in Evangelia, quæ in sacrosancto Missæ sacrificio, toto anno leguntur &c. Antverp. excudebat Martinus Nutius. 1595. in fol. cum iconibus Hieron. & Antonii *Vierx*, Caroli de *Mallery*, Adriani, & Joan. *Collaert*.

Editio, ut Bauer ex Osmont perhibet, *prima*, & *rara*.

Tubingensis editio anni 1516. Bunemanno dicitur omnium *prima* & *incastrata* esse. Nostræ, possessoris causa, hic locum tribuendum putavi, qui Tomi II. thecæ interiori inscripsit responsum *Stephani Bathory*, electi regis ad Polonos. Id ea, qua scriptum est, fide refero. *Non sum in caula, sed homo liber natus, neque ante, quam in has terras veni, mihi victus, & amictus defuit. Libertatem itaque vestram amo, & conservabo. Deo volente per vos in regem vestrum sum electus, vobis instantibus, & postulantibus huc veni, per vos corona capiti meo est imposita. Sum igitur rex vester, non pictus, neque fictus: volo regnare, & imperare, nec feram, ut quis mihi imperet: custodes libertatis vestræ estis; non igitur vos volo pædagogos meos fieri. Senatores quoque custodes tales sitis libertatum vestrarum, ne hæc vestra libertas in abusum vertatur. Thornæ 12. Novemb. anno Domini* 1576. Dictamen, quin ipsa adeo manus mihi videntur Kovacsoczii Cancellarii Transsilvaniæ esse, qui in Comitiis pro eligendo Stephano gravem, elegantemque orationem dixit.

netiis per Laurentium Lorium Portesiensem III. Non. Octobr. 1525, in 8.

Scriptum *perrarum*, cujusmodi pleraque Nauseana sunt, quorum ingentem copjam, non tamen omnia, Gesnerus recenset.

NAUSEÆ (Frid.) Designati episcopi Viennensis hortatio ad ineundam in Christiana religione concordiam, ad universos in colloquio Wormatiensi congregatos theologos, & Oratores. Moguntiæ. 1540. in 4. M.

——— Episcopi Viennensis in Catholicum catechismum Libri VI. Colon. in ædibus Quentelianis. 1543. in fol.

——— De antichristo Libri III. Viennæ Austriæ excudebat Egidius Aquila. 1551. in 4.

——— De Domini nostri Jesu Christi, & novissima omnium mortuorum resurrectione Libri III. ibid. apud eund. 1551. in 4.

Prius opus inscriptum est Julio III. Pont. Max. hoc Wolfgango Pataviensi episcopo, quod Osmont raris accenset, ceterorum, ut videtur, Nauseæ opusculorum haud satis gnarus.

NEANDRI (Michael.) aristologia Pindarica græco-latina — — cum positione, usu, & accommodatione singulorum. Basil. per Ludovicum Lucium. 1556. in 8.

Liber *perrarus*, ut cetera quoque hujus authoris, Engelio, Schwarzio, Vogtio, Bunemanno &c. testibus, raro obvia sunt.

NEANDRI (Michael.) Erotemata græcæ linguæ cum præfatione Philip. Melanthonis, & nova præfatione ipsius auctoris, de bibliothecis vetustis, temporum injuria vastatis, & consumptis, deque libris deperditis. Basil. per Oporinum. 1565. in 8. Possidemus quoque editionem anni 1576. ibid. in 8.

Utraque editio in catalogo Vogtii, & Engelii dicitur *rarissima, & optima.*

——— Opus aureum, planeque scholasticum, in quo continentur hæc: *Pythagoræ* carmina aurea, *Phocylidæ* poema admonitorium; *Theognidis* Megarensis poetæ Siculi gnomologia, *Coluthi* Lycopolitæ Thebæi Helenæ raptus, *Tryphiodori* poetæ Aegyptii de Troiæ excidio. Omnia græcolatina conversa simul & exposita. Basil. ex offic. Joan. Oporini. 1559. mense Augusto. in 4.

Exstat quoque apud nos editio Lipsiensis anni 1577. in 4. *Utraque rara est.*

——— Gnomologici græcolatini. Pars I. Ea continet gnomas insigniores sapientum philosophorum, medicorum, historicorum, geographorum, rhetorum, sophistarum, regum, ducum, principum & philologorum, & eorum etiam, quorum nomina ignorantur, descriptas, editas, & expositas. Pars II. continet vero ea: versus selectiores, Sibyllarum oraculorum variorum, quæ non in uno loco orbis, sed diversis petentibus

reddebantur: & poetarum epicorum, elegiographorum, tragicorum, comicorum, jambographorum: senarios etiam insigniores heroicos, & hemistichia heroica eorum, quorum nomina nescimus, & tandem lyricorum. Basil. in 8. sine anni nota.

Commendantur a *raritate* editiones Basileenses annorum 1557. & 1564. in 8. an nostra tempus inter utramque medium occupet, an posteriorem sequatur, non habeo, quod dicam: ab nostra certe abest Luciani dialogus: cui *Somnium*, vel *Gallus*, nomen, qui in editione anni 1557. exstat, ut Bauerus ex catal. biblioth. Feuerlin. memorat.

NEMESIANI (Aurelii) Carthaginensis, & *Titi Calphurnii* Siculi, poetarum eclogæ, decoro diligenter observato, facilique sententiarum ubertate amabiles, lectuque dignæ. Tiguri apud Christoph. Froschouerum. 1537. in 8. M.

Editio *rara*. Calphurnii quidem meminit Gesnerus; sed sine Nemesiano. Typus proxime ad Aldinum videtur accedere.

NEPOS (Cornelius) de vitis excellentium Imperatorum a *Georgio Balog* in Hungaricum traductus. Leutschoviæ. 1701. in 12.

Libellus *rarescens*, cujus mentionem Author *memoriæ Hungarorum* &c. Sopronii quidem editi, sed sine anni indicio mentionem facit.

NEVIZANI (Joan.) Astensis JC. sylvæ nuptialis Libb. VI. in quibus ex dictis moder. mate-

ria matrimonii, dotium, filiationis, adulterii, originis successionis & monitorialium plenissime discutitur. Una cum remediis ad sedandum factiones Guelphorum, & Giebelinorum. Item modus judicandi, & exequendi jussa Principum. Ad hæc de authoritatibus Doctorum privilegiisque miserabilium personarum &c. Lugd. apud Antonium de Harsy. 1572. in 8.

Freytag memorat editiones Parisinam 1521. in 8. Lugdun. 1524. in 4. & 1556. in 8. Venetam 1570. in 8. rursus Lugdun. anni 1572. in 8. 1592. in 12. anni 1602. in 8. aliasque; & addit: *etsi variæ hujus libri exstant editiones — — rarissime tamen hodie invenitur.*

ΝΙΚΑ'ΝΔΡΟΥ Θηριακα. Ejusd. alexipharmaca: interpretatio innominati authoris in theriaca: commentarii diversorum in alexipharmaca. græce. Coloniæ opera Joan. Soteris. 1530. in 4. M. *Liber rarus.*

NICEPHORI (Callisti) filii Xantopuli ecclesiasticæ historiæ Libb. XVIII. in duos Tomos distincti, ac græce nunc primum editi. Adjecta est latina interpretatio Joan. Langi a R. P. Frontone Ducæo Soc. Jesu theologo cum græcis collata & recognita. Paris. apud Sebastianum & Gabriel Cramoisy. 1630. in fol.

Hanc, ni fallor, editionem biblioth. Menckeniana, & Bauer videntur indicare, non addito tamen, nisi error obrepsit, anni indicio, eamque *raris* inferunt.

NICO-

NICOLAI Abbatis Siculi lectura super quinque libris Decretalium. — Exactum opus hoc videlicet secunda pars decretalium domini Nicolai Siculi, inclytis instrumentis famosisque litterarum characteribus. Castigatum vero habes adeo (quantum humane fragilitati possibile est) ut nihil sit ex omni parte addendum. Idque impressoria arte in Nurembergk civitate imperiali (multum famosa) impressum. Impensis Antonii Koberger inibi civem. Anno a natali Christiano. 1485. die Decembris secundo. Laus Deo. Vol IV. in fol.

Editionem hanc Joan. Saubertus in append. ad histor. biblioth. Norimb. pag. 155. & ex hoc Maittairius indicat in Tomos III. tributam, & anno 1485. vulgatam. Non videtur Saubertus singulos Tomos rite perlustrasse, alioquin annum quoque 1486. adjecturus erat, quo Pars III. super lib. II. die XI. Martii, & Liber V. die VI. Aprilis prodierunt, adjecto semper in fine eodem, quod supra exscripsi, typographi elogio. Typus est Gothicus magnopere contractus: litteræ initiales vel auro, vel minio illitæ &c. In præfat. ad Part. I. Libri II. hæc inter cetera: *Confisus itaque de implorato auxilio ad ipsius honorem, cujus res agitur, ac de piissime ac devotissime Virginis ipsius genitricis Marie gloriosissime, & agathe patrone, ac compatriote mee, & lucie preclarissime sicule, cujus hodie pie vigiliam colimus, non minus Benedicti, cujus a pueritia habitum gero, ad destinati operis perfectionem fidentiori, & feliciori animo condescendo*: Hinc *Panormitanus* alias audit: ex Benedictino archiepiscopus ejusdem loci, ac demum Cardinalis factus.

NICOLAI Abbatis lectura in Decretales. — Abbatis tertia pars secundi decretalium libri Basilee impressa prebet finem. Vol. II. in fol. maj.

Vetus, sed mancum opus, in quo nuspiam anni indicium apparet: typus gothicus contractionum plenus: charta spissa & scabra, huius signum est littera D. Romana inversa, quam linea perpendicularis secat in suprema parte geminam crucem referens, alias quoque in ima, ut forte fortuna a typographo folium inversum est. Littera N. majuscula in I. Vol. crebro inversa occurrit, non item in II. Frontem utriusque voluminis ornat icon, quæ Abbatem, circumsistentibus discipulis, in cathedra sedentem exhibet.

——— Alexandrini, medici græci vetustissimi liber de compositione medicamentorum secundum loca. Translatus e græco in latinum a Nicolao Rhegino Calabro: cum annotationibus locorum difficilium Joan. Agricolæ Ammonii. Venet. apud Joannem Farreum & fratres. 1543. in 8. *Liber infrequens.*

——— Philippi commentariorum de regno Christi, vaticiniis Propheticis, & Apostolicis accommodatorum Libb. II. Francof. apud Johan. Spies. 1597. in 8.

Pleraque hujus authoris scripta biblioth. Solgeriana, & Engeliana inter *raro obvia* referunt.

NICOLAIDIS (Theophili) defensio brevis anonymi cujusdam (*Fausti Socini*) de ecclesia & missione ministrorum tractatus, adversus respon-

sionem *Andreæ Miedziboz* ante annos quinque conscripta, nunc autem edita. Racoviæ. 1612. in 8. *Libellus rarior*.

NICOLAI (Niclas) Schiffart nnd Reis in die Türckey, unnd den Landern die gegen der Sonnen auffgang ligen &c. Gedruckt zu Nürnberg durch Dieterich Gerlatz. 1572. in fol. cum figg.

Prima, ni fallor, ac proin admodum *rara* verſio; ex qua conjicias, Gallicam jam multo ante præceſſiſſe, sed ubi, & quo anno nondum, ne quidem in gallicis bibliographis potui reperire.

NICOLI (Nicolai) sermones de cirurgia, & de decoratione. — Explicit sermo Nicolai Nicoli Florentini septimus, & ultimus sermonum noviter impressorum Venetiis inclyto regnante Duce Augustino Barbadico, summo studio ac cura & impensis Bernardini de Tridino de monte Serato completorum anno salutifere incarnationis domini 1.4.9.1. Mensisque die 8. Octobris. in fol. max.

Librum hunc *rarissimis* adnumero, quod illius nec Maittairius, nec alii apud Bauerum bene multi bibliographi meminere, & Gesnerus generatim ista solum commemoret: *dicuntur non nulla opuscula extare*: si modo *Nicolaus de Nicolis* idem cum nostro authore sit.

NIDEPONTANI (Joan.) & *Laurentii Frisii* Metensium medicorum, sudoris Anglici exitialis, pestiferique morbi ratio, & cura, præcipiti

K 2

calamo conſcripta. Argent. in ædibus Joan. Knoblouchi junioris. 1529. in 4.

Opuſculum *perrarum* easdem ob cauſas, quas paulo ante retuli: Geſnero ne nomen quidem primi authoris fuit cognitum.

NIDERLAND. Summari verclaerung der billichen urſachen, welche die Stend von diſen Niderlanden bezwungen haben, umb ſich zur gegenwehr wider den Herrn *Don Johann von Oeſterreich* zu verſehen, und zu ſtellen, mit mehrlay Sendbrieffen &c. Scrutamini. Zu Antorff durch Wilhelm Silvium Kön. Majeſt. verordneten Büchdrucker. 1577. in 4. M.

Scriptum *valde rarum.* Mantiſſæ loco adduntur epiſtolæ variorum, quæ prius argumentum illuſtrant, hoc titulo: *Hernach folgen die abgeworffene, oder auffgehaltene Brieff, ſampt andern in dieſem newen ausgang darzu gefugt, von welchen in diſer verklaerung nach laut der jetzige vermehrung meldung gethan iſt.*

NIERMBERGII (Joan. Euſebii) Madritenſis ex Soc. Jeſu, in Academia regia Madritenſi phyſiologiæ Prof. Hiſtoria Naturæ, maxime peregrinæ Libris XVI. diſtincta. In quibus rariſſima naturæ arcana, etiam aſtronomica, & ignota Indiarum animalia &c. deſcribuntur. Accedunt de miris, & miraculoſis naturis in Europa Libb. II. item de iisdem in terra Hebræis promiſſa Liber unus. Ant-

verp. ex offic. Plantiniana Balthas. Moreti. 1635. in fol.

Opus rarum, ut catalogus biblioth. Salthenianæ testatur.

NIGER (Franciscus) de modo epistolandi. — Impressum Venetiis per Joan. Rubeum Vercellensem. 1508. die ultimo mensis Junii. in 4.

Duas editiones hujus opusculi apud bibliographos reperi: unam Deventrianam anni 1501. eamque *rarissimis* accenseri: alteram Cracoviensem anni 1514. hanc quoque, Janotzkio teste, *raram*: Venetæ, quæ nostra est, nuspiam legi mentionem fieri. Inscribit Niger libellum *clarissimo viro Jacobo Geroldo Styro Chnitelfeldensi Patavini gymnasii Moderatori excellentissimo*. Styrum gymnasio Patavii præfuisse, quo olim politiorum litterarum caussa plerique confluxerant, non Styriæ modo, sed Germaniæ etiam perhonorificum est.

NIGRINI (Georg.) apocalypsis, die Offenbarunge Sanct Johannis des Apostels und Evangelisten in diesen letzten trübseligen Zeiten zum Trost — — verfasset, und sampt den zugethen figuren mit lateinischen, und teutschen versen auffs treulichst und vleissigst erkleret, und ausgeleget. Gedruckt zu Vrsel durch Nicolaum Henricum. 1573. in fol.

Biblioth. Saltheniana editionem Francofurtensem anni 1593. *perraris* adnumerat.

——————— Daniel der aller weyseste, und heiligste Prophet ausgelegt &c. ibid. 1574. in fol.

Alterum itidem exemplar habemus Francof. editum 1594. in 4. *Utrumque rarum.*

NIHUSII (Bartoldi) facula in Conradi Hornei gratiam accensa, ambulantis in nocte illic, ubi disputat pro Aristotele de modalibus, estque ea simul apologetici contra antabatam Helmstetensem elucidatio prima. Colon. apud Joan. Kinckium. 1641. in 8.

Scriptum *perrarum*, ut pleraque hujus authoris esse, omnes fere consentiunt.

——— Irenicus, seu quæstiones de jurisconsulto illo historicæ a juris Pontificii, & Cæsarei collegiis Bononiensibus excussæ quam solidissime, Decembri 1641. Bart. Nihusius procuravit, edidit-que, jurisconsultis, & historicis rem fore acceptam persuadens, de antabata autem Helmstetensi Georgio Calixto totus hic triumphans. Colon. 1642. in 8.

——— Wecker für die Hertzogthümbe Braunschweig und Lüneburg, wie dann auch zugleich für alle andere Lutherische, welche Georgium Calixtum Professorn zu Helmstat kennen &c. ibid. 1643. in 8.

——— Anticriticus de fabrica crucis Dominicæ, incertam Georgii Calixti Critici Helmstetensis opinionem esse indicans. ibid. 1644. in 8.

——— Missive von der Tauffe Johannis

wider Georg Calixtum, und Brandanum Dætrium. Mogunt. per Nicol. Heyll. 1644. in 8.

NIHUSII (Bartoldi) Ad Leonis Allatii Dissertationem epistolicam annotatio de communione Græcorum sub una specie contra Georg. Calixtum. Accedit testimonium *Abrahami Ecchelensis* Maronitæ, sumtionem solius panis Eucharistici usitatam itidem esse Christianis orientalibus ceteris. ibid. 1644. in 8.

——— Telescopium donatum in Germania genti Saxonum, ut utantur in fidei, ac religionis negotio. Mogunt. 1645. in 8.

——— De cruce epistola ad Thomam Bartholinum. Est anticritici anno 1644. vulgati prosequutio. Colon. apud Jodoc. Kalcovium. 1647. in 8.

——— Hypodigma, quo diluuntur non nulla contra Catholicos disputata in Cornelii Martini tractatu de analysi Logica, impertitum ejus libelli commendatoribus, Georgio Calixto, & Conrado Horneo, ceterisque. ibid. 1648. in 8.

NILI episcopi & martyris capita, seu præceptiones de vita pie, Christiane, ac honeste exigenda, a Michaele Neandro Soraviense conversæ, & expositæ. græc. & lat. Basil. per Oporinum. 1559. in 4. *Libellus rare obvius.*

Opus apud nos *rarissime obvium*: Authorem Sotvellus sub nomine *Nidardi* recenset. Erat is Austriacus Falckensteinensis, Mariæ Annæ Ferdinandi III. filiæ, & reginæ Hispaniarum, ut ei a confessionibus esset, datus, postea S. R. E. Cardinalis creatus.

NITRI (Mauritii) Raggvaglio dell' ultime guerre di *Transsilvania* & *Ungaria*, trà l'Imperatore *Leopoldo I.* il gran Signore de Turchi *Ehmet IV.* Giorgio *Rakoczi*, & altri successivi Principi di Transsilvania, del Conte Mauritio Nitri Abbate di Noires: dedicato all' Altezza serenissima di Enrietta Adelaide Elettrice e Duchessa di Baviera, nata Prencipessa Reale di Savoia. Venet. per Franc. Valvasensem. 1666. in 4.

Opusculum *rarum*, & non plurimis in Hungaria cognitum. Quam autem parum authori huic fidendum sit, satis declarant: *Osservationi sopra il Raggvaglio dell' ultime guerre di Transsilvania & Ungheria dell' Abbate di Noires*: a *Simone Reniger*, Legationis in Turciam secretario, quantum puto, conscriptæ, & in nostra bibliotheca MSS. asservatæ.

NONII Marcelli peripatetici Tiburticensis compendiosa doctrina ad filium de proprietate sermonum. Impressa Venetiis. 1483. in fol.

Maittairius duas editiones ad hunc annum memorat, Brixiensem, & Venetam: hanc per Octavianum Scotum IV. Non. Septembr. cui Pomp. Festus, & Varro de lingu. lat. & analog. juncti sint. Nostrum igitur exemplar ab hoc distinctum est, quod nuspiam Octaviani Scoti meminit, desunt etiam Pomp. Festus, & Varro.

NONII (Petri) Salaciensis opera, quæ complectuntur primum duos libros, in quorum priore tractantur pulcherrima problemata: in altero traduntur ex mathematicis disciplinis regulæ & instrumenta artis navigandi, quibus varia rerum astronomicarum φαινόμενα circa cœlestium corporum motus explorare possumus. Deinde annotationes in Aristotelis problema mechanicum de motu navigi ex remis. Postremo annotationes in Planetarum Theoricas Georgii Purbachii, quibus multa hactenus perperam intellecta, ab aliisque præterita exponuntur. Basil. ex offic. Henricpetrina. 1566. mense Septembri. in fol.

Bauer ex biblioth. Sarraziana editionem Basileensem anni 1592. *raris* accenset.

NONNI Pantopolitani translatio vel paraphrasis S. Evangelii secundum Joannem heroico græco conscripta, cum versione latina e regione ad verbum expressa *Erhardo Hedeneccio* Doctore Medico interprete. Basil. ex offic. Petri Pernæ. 1571. in 8.

Catalogus biblioth. Engelianæ laudat a *raritate* editiones Parisinas annorum 1561. in 4. & 1578. in 8. cui adjuncti sunt centones Homerici, & Probæ Falconiæ: hanc itidem, sed mutilam possidemus.

NOOT (Jan van der) de poetische Werken T' Antwerpen by Daniel Vervliet. 1589. in fol. M.

Opus apud nos *haud facile obvium* non solius authoris, sed aliorum quoque carmina belgico, Gallico, Italico, & latino idiomate conscripta exhibet, quibus plerumque commentarii in morem dialogi, Hispano, Italico, & Gallico sermone exarati subnectuntur. Folium ordine quartum Authoris protomam repræsentat, cui nomine cujusvis Musæ hexametrum subscriptum est.

NOVARINI (Aloysii) schediasmata sacroprofana: hoc est, observationes antiquis, Christianorum, hebræorum, aliarumque gentium ritibus in lucem eruendis, aliquot sacræ scripturæ, sanctorum Patrum, aliorumque scriptorum locis illustrandis. Lugduni. 1635. in fol.

Notam *raritatis* habet in catalogo biblioth. Salthenianæ.

NOVUS orbis regionum, ac insularum veteribus incognitarum, una cum tabula cosmographica &c. Basileæ apud Joannem Hervagium mense Martio. 1532. in fol.

Bauerus ex biblioth. Saltheniana editionem Parisinam ejusdem anni in fol. *valde raris* adnumerat, cum tamen nostræ Basileensi hæc nota magis tribuenda fuerit, quæ mense Martio, Parisina autem VIII. Calend. Novembris, ut Maittairius testatur, prodierit, ad normam Basileensis probabiliter exscripta. Biblioth. nostra geminum exemplar possidet, sed ab utroque tabula cosmographica abest. Cum liber non sit maxime apud nos vulgatus, libet mihi scriptorum, quos continet, seriem hic attexere. Sunt autem hoc ordine. Præfatio Simonis *Grynæi* ad Collimitium: in tabulam cosmographiæ introductio per Sebastianum *Münste-*

accessit discursus circa Thæriacam, & alter circa Turbith. Patavii apud Paul. Meittum. 1583. in 4. *Liber infrequens.*

ODERBORNII (Pauli) Joannis Basilidis magni Moscoviæ Ducis vita, tribus libris conscripta, Caunæ Lithuanorum. 1585. in 8.

Bibliotheca Feuerliniana editionem Vittebergensem ejusdem anni, quam ipse possideo, inter *rarissimas* locat.

ODI de Odis Patavini Physici, & medici de cœnæ, & prandii portione libb. II. Venet. in ædibus Guiliel. de Fontaneto. 1532. in 8. *Liber parum obvius.*

OECOLAMPADII (Joan.) de gaudio resurrectionis sermo, in quo de mysterio tridui contra sophistas: item alius in verba Thomæ: *Dominus meus, & Deus meus*: in quo de vera paupertate: item de sacramento Eucharistiæ sermo. Basil. in ædibus Cratandri. 1521. in 4.

Scripta Oecolampadii pleraque apud nos *raro obvia* sunt.

———— In Jesaiam prophetam hypomnematon, hoc est, commentariorum libb. VI. Excudebat Joannes Soter. 1525. in 4.

———— De genuina verborum Domini: *hoc est corpus meum*: juxta vetustissimos authores expositione liber. Basil. 1525. in 8.

Darinnen alle Fürsten; Fürstine &c. verzeichnet, darzu alle dabey gehaltene Ritterspihl, Ringrennen, Turnier, Auffzüg &c. beschriben, und mit Kupferstichen abgebildet werden. Stutgardiæ. 1610. in fol. M. *Liber rarus.*

OGERII (Simonis) Audomoropolitæ J. V. D. Symbola. Duaci typis Joan. Bogardi. 1601. in 8. *Editio rara.*

OKOLYCZNAI (Joan.) Tripartiti operis jurium consuetudinariorum regni Hungariæ compendium rhythmis vulgaribus editum. Leutschoviæ typis Laureotii Breueri. 1648. in 12. *Libellus admodum raro in ipsa Hungaria obvius.*

OKOLSKI (Simonis) ord. Prædicat. orbis Polonus, splendoribus cœli, triumphis mundi, pulchritudine animantium, decore aquatilium, naturæ excellentia reptilium condecoratus, in quo antiqua Sarmatarum gentilitia, peruetustæ Nobilitatis Polonæ Insignia, vetera, & nova Indigenatus meritorum præmia, & arma specificantur, & relucent. Cracoviæ in offic. typogr. Francisci Cæsarii. 1641. — 1645. Tom. III. in fol.

Opus, ut Vogt, & Bauer ex Janozkio testantur, *longe rarissimum*, &, ut Los Rios testatur, libris Gallicanis 76. æstimatum.

OLDOUINI (Gregorii) Cremonensis, de primordio, feliciqúe successu Urbis Venetæ opu-

sculum elegiaco carmine exaratum Adriacis juvenibus studiosis, cæterisque aliis Musarum amatoribus. Libri III. urbis Venetæ : Libri quattuor Elegiarum : Libri III. Epigrammatum. Auspice Christo, Divoque Leone. Impressum Venetiis per Franciscum Marcolinum, cum gratia & privilegio, mensis (sic) November. 1551. in 8.

Liber apud nos *perrarus*: Gesnerus illum non recte sub nomine *Georgii* recenset, ut non solum ex libri titulo, sed etiam ex Francisci Persichelli hendecasyllabo patet:

Seu te Gregorium jubes vocari

— — —

Seu Cræchoreus es &c.

Olivi (Joan.) de reconditis, & præcipuis collectaneis ab honestissimo, & solertiss. Francisco Calceolario Veronensi in Musæo adservatis testificatio. Veronæ apud Hieron. Discipulum. 1593. in 4.

Libellus *rarus*, qui serius postea occasio fuit, ut Andreas Chioccus id Museum auctius, ac tabulis æneis illustratum Veronæ 1622. ederet.

Opmeri (Petri) opus chronologicum orbis universi &c. Vide *Beyerlinck*.

Oppiani de venatione libb. IV. Joanne Bodino Andegavensi interprete, ad D. Gabrielem Boverium Andium episcopum. His accessit commentarius multiplex ejusdem interpretis. Lutetiæ apud Michael. Vascosanum. 1555. in 4.

Liber

Liber teste Engelio *admodum rarùs.* Prædiit eodem anno apud Adrianum Turnebium græco, & apud Guliel. Morelum cum interpretatione latina.

OPPOLITANI (Joan.) monumentum viri Principis Nicolai Comitis a Salmo. Viennæ Austriæ excud. Egidius Aquila. 1551. in 4. M.

Oratio *rara*: inscripta est Wolfgango Comiti à Salmo Antistiti Patavinæ Ecclesiæ. Exemplar meum author Paulo Bornemissa Episcopo Vesprimiensi inscripserat. In fine additur epitaphium hexasticho conclusum. Erat Nicolaus de Hungaria præclare meritus, cujus posteri præcipuis regni nostri familiis implexi fuere, ut in articulo *Granutius* indicavi.

——— Duo panegyrici. Viennæ Austr. excudebat Egidius Aquila. 1550. in 4. M.

Liber *rarus*: panegyrici heroico versu in laudem Sigism. Herberstein conscripti sunt, quibus in fine ad varios varii generis carmina adnectuntur. Præfatio ad Joan. Hoffman L. B. in Grienpuhl &c. prolixa admodum est, & locum tertii panegyrici occupare potest. Omnibus his præmittuntur Antonii, & Michaelis Veranciorum. Dalmatarum versus elegantes in laudem operis.

ORANGES. La Justification du Prince d'Oranges, contre les faulx blasmes, que ses calumniateurs taschent à luy imposer à tort. Imprimé au moys d'Apuril (sic) Anno 1568. in 8. *Libellus perrarus.*

ORATIO in Imperiali conventu Bormaciensi coram divo Carolo Cæs. ac principibus totius Im-

Cal. Aug. Ad Principem Mariam archiducem Austriæ, & sponsam Ludovico regi designatam a *Sebastiano Bunderlio*. Ad Thomam Bakocz Tit. S. Martini in montibus S. R. E. presbyt. Card. Strigoniensem, Patriarcham CP. &c. a *Ludovico Restione* Vardingano. Ad Gregorium de Frangepanibus archiep. Colocensem a *Leonardo Coturnino*. Denique ad Georgium Szakmary Episc. Quinque-Ecclesien. & regni Cancellarium a *Joanne Kresling* Budensi.

ORBARA (Joan. de) natione Hispani, & civitatis Nicosiæ in insula Siciliæ Gubernatoris epistola ad SS. Paulum V. Pont. Max. ad omnes Principes, & populos Christianos. Et potissimum ad Sacerdotes, & Religiosos. Qua ostenditur testimoniis vet. & novi Testamenti noviter nunc explicatis, ventura esse tempora, in quibus sacerdotes & religiosi Christi arma ferrea contra infideles suscipiant, ut eos de superficie terræ penitus deleant. Et quia tempora ipsa adesse probatur, proponitur ad id exequendum forma quædam militandi ferro, adeo ordinata, ut perfectissimi religiosorum possint sub ea militare, & bonos suos mores conservare. Panormi apud Joan. Antonium de Franciscis Impressorem Cameralem. 1611. in 8.

Liber *admodum rarus* duabus partibus constat. I. quæ ex XXV. capp. conflata est, versatur in arbitraria interpretatione S. Scripturæ locorum, qui de militia agunt. II. capp. 3. absolvitur, in qua militandi normam Religiosis præscribit. Huc omnis molitio authoris evadit. Primum 400. qui probis mo-

ribus ante alios sint, ex omnibus ordinibus seligantur: his amictu honesto, & pugnæ idoneo vestitis arma, quibus se quotidie exerceant, præbeantur; quia vero ut plurimum mari pugnandum erit, remigationi mature ita assuescant, ut ad singulos remos in Sexquiremi terni, idque tribus horis assideant: tentoria quoque ne desint, quibus, ubi exscensionem fecerint, ad capiendam salubrem auram utantur: obstricti sint votis, ut alias, paupertatis, castitatis, & obedientiæ; profani ne admittantur, nisi perpauci; spolia servabuntur in usum communem. Ita Sexquiremi una instructa succedet altera, & sic deinceps, quoad fere integer exercitus confletur; denique stationem fixam, ex qua in hostem possint procurrere, habeant in deserta insula Lustrica, quæ inter Panormum, & Neapolim media jacet; hæc eorum, aut illorum, qui in ea considere volent, opera excolatur, ita futurum, ut aliena stipe non egeant. Hæc ille; sub ardente, ut videtur, cœlo natus.

ORIBASII Sardiani commentaria in aphorismos Hippocratis. Basil. 1535. in 8. min.

Notam *raritatis* habet in catalogo biblioth. Salthenianæ.

———— Synopseos ad Eusthatium filium Libb. IX. Jo. Bapt. Rosario interprete. Venet. apud Paulum Manutium Aldi filium. 1554. in 8. *Liber rarus, & Maittairio ignotus.*

———— Collectorum medicinalium Libb. XVII. qui ex magno LXX. librorum volumine ad nostram ætatem soli pervenerunt. ibid. apud eund. in 8. sine anno.

ORIBASII Ad Eunapium Libb. IV. quibus facile parabilia medicamenta, facultates simplicium, morborum, & locorum affectorum curationes continentur. Venet. ex offic. Erasmiana Vincentii Valgrisii. 1558. in 8. *Utraque editio infrequens.*

ORICHOVII (Stanislai) de *Stancari* funesta secta liber. 1562. in 4. sine loci indicio. *Scriptum perrarum.*

——— gente Roxolani, natione vero Poloni in Warszaviensi Synodo provinciæ Poloniæ pro dignitate sacerdotali oratio. Cracoviæ. 1561. in 8.

Oratio *insignis raritatis.* Excusat se in hac prolixe, quod post initum sacerdotium erroribus sectariorum implicitus uxorem duxerit, & facti sui veniam ab Synodo implorat.

OROSII (Pauli) Historiarum ad Aurelium Augustinum libri VII. — Impressi Venetiis opera & expensis Octaviani Scoti Modoetiensis. 1483. tertio Kal. Sextilis, Joanne Mocenico inclito Venetiarum Duce. in fol. *Editio perrara.*

ORPHEI poetarum vetustissimi argonauticon, opus græcum cum interpretatione latina incerti authoris recens addita. Basil. in ædibus Andr. Cratandri. 1523. in 4. M.

Editio *rara*, & ab Harvoodo prætermissa.

——— Antiquissimus & optimus poeta de lapidibus nunc demum Latio donatus Hannardo

Gamberio interprete. Leodii ex offic. Gualteri Morberii. 1578. in 8. *Liber infrequens.*

ORTELII (Abrah.) Theatrum orbis terrarum. Antverp. agud Christoph. Plantinum. 1579. in fol. M. *Editio rara.*

——— Theatro del mondo nel quale distintamente si dimostrano in Tavole, tutte le provincie, regni, & paesi del Mondo &c. Venetia. Appresso il Turrini. 1655. in 8. min. M. *Versio rara.*

ORTHI (Zachariæ) historia Romanorum, & græcorum Imperatorum. Witebergæ. 1576. in 4. *Liber rarus.*

ORTHODOXOGRAPHIA. Vide supra *Heroldus.*

OSIANDRI (Andreæ) harmoniæ evangelicæ libri IV. græc. & lat. Item annotationum Liber I. Elenchus harmoniæ. Basil. apud Hieron. Frobenium, & Nicol. Episcopium. 1537. in fol. Liber, teste Vogtio, *insigniter rarus.*

——— Lucæ, Theologiæ Doctoris Antisturmius unus. Tubingæ excudebat Georg. Gruppenbachius. 1579. in 4.

——— Antisturmius alter. Prov. 26. Responde stulto juxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur. ibid. apud eund. 1580. in 4.

Utrumque scriptum *minus obvium.* Huc pertinet Papi defensio triplex uno volumine anno 1580. edita, quam itidem possidemus.

OSORII (Hieron.) Lusitani, Silvensis in Algarbia episcopi, de nobilitate civili Libb. III. Ejusd. de nobilitate Christiana Libb. III. ad Ludovicum Principem clariss. Emmanuelis Lusitaniæ regis F. Florentiæ apud Laurent. Torrentinum. 1552. in 4.

Editio *rara*, quam Notam omnia hujus authoris opera habent.

——— De regis institutione, & disciplina Libri VIII. Colon. 1574. in 8.

Exstat quoque apud nos altera editio Coloniensis, anni 1582. in 8.

——— De rebus Emmanuelis Lusitaniæ regis Libri XII. Colon. in offic. Birckmanica, sumptibus Arnoldi Mylii. 1586. in 8.

Habemus itidem alterum exemplar ibid. 1597. in 8. editum.

OTROCOTSI (Franc. Foris) Examen reformationis Lutheri, & sociorum ejus. Tirnaviæ. 1696. in 8.

Libellus valde *rarescens*, quo sibi author adversarium in Anglia conscivit, ut in articulo *Woodroffe* dicetur.

OTTONIS Phrisingensis episcopi, viri clariss. rerum ab origine mundi ad ipsius usque tempora

gestarum libb. VIII. Ejusd. de gestis Friderici I. Aenobarbi Caes. Aug. Libb. II. *Radevici* Phrisingensis ecclesiae Canonici libb. II. prioribus additi de ejusd. Friderici Imp. gestis. Argentorati ex aedibus Matthiae Schurerii, mense Martio. 1515. Ductu Leonardi, & Lucae Alantsee fratrum. Regnante Imperatore Caes. Maximiliano P. F. Aug. P.P. in fol. M.

Editio *prima*, & *rarissima*. Frontispicium ornat icon, quae, in suprema parte Maximilianum ornatu Imperiali amictum, & throno insidentem exhibet: infra quem aquila biceps cum graeca perigraphe: ΤΟΥ ΓΑΡ ΚΡΑΤΟΣ ΕΣΤΙ ΜΕΓΙΣΤΟΝ. Circum hanc, & ex utroque frontispicii latere Insignia regnorum, & provinciarum, quae hereditario jure ad Domum Austriacam pertinent, visuntur. Pone duo armigeri: is, qui intuentibus dextrorsum est, in ramosa pertica litteras G V. inter se complexas refert, quae forte nomen celatoris indicant. In ima parte majusculis Romanis litteris haec inscriptio: *Imp. Caes. Maximiliano, P. F. Aug. Patri Patriae. Libertatisque Adsertori. Beat. Rhenanus. F. C.* Titulum excipit Imp. privilegium ad sexennium: tum sequitur epistola Joan. Cuspiniani ad Jac. de Bannisiis Imp. Secretarium ex Vienna Panoniae die I. Martii 1514. data, qua testatur, se Codicem MS. Ottonis in Coenobio Viennensi Scotorum reperisse; abhinc Fratris Benedicti Chelidonii Norici ad Scotos Monachi versus elegi ad eundem Bannisium, & Lectorem.

OVIDII P. Nasonis metamorphosis cum luculentissimis Raphaelis Regii enarrationibus, quibus

cum alia quædam aſcripta ſunt, quæ in exemplaribus antea impreſſis non inveniuntur, tum eorum apologia, quæ fuerant a quibusdam repræhenſa. Venet. per Joan. Thacuinum de Tridino. 1513. cum figg. in fol.

Catalogus biblioth. Engelianæ Lugdunenſem editionem hujus anni in fol. a *raritate* commendat; noſtram Regius nuncupavit *Philippo Gyulano* (Gyulai) *majori Agrienſis eccleſiæ Præpoſito, ab Ungariæ rege ad Venetiarum Principem oratori*. Cauſam nuncupationis in hæc verba reddit: *Hanc vero lucubrationem, atque recognitionem noſtram ut tibi dicarem, tuoque acerrimo judicio ſubjicerem, cum aliæ divinæ virtutes tuæ, tum excellens doctrina, & ſummus litterarum, ac eloquentiæ in primis amor effecit. Ea namque a teneris uſque annis laudatarum artium jeciſti fundamenta, ita Bononiæ te. Philippo Beroaldo, eruditiſſimo, facundiſſimoque humaniorum ſtudiorum profeſſori excolendum tradidiſti, ut inprimis doctus ac diſertus in patriam repedaris. Id vero cum ſapientiſſimus Pannoniorum rex Wladislaus facile animadvertiſſet, ſimulque te ſingulari & prudentia, & fide, & conſcientia, & integritate, & continentia, & benignitate, & pietate, & religione præditum eſſe perſpexiſſet, primum a ſecretis delegit, deinde opulentiſſima Præpoſitura honoravit, & ad inclytum Venetiarum Principem, graviſſimumque Senatum te oratorem ſæpius jam legavit &c. Vale eximium humanitatis, & religionis Chriſtianæ ornamentum. Venetiis VIII. Kal. Junias. M.D. XIII.* Quibus laudibus hunc Gyulaium Beroaldus ornarit in præfatione ad Ciceronis Tuſculanas quæſtiones, jam ſupra memoravi.

P.

PADERBORNENSIA monumenta Ferdinandi de Fürstenberg, ex historia Romana, Francica, & Saxonica eruta &c. Paderbornæ 1669. in 4.

Bauer editiones Amsterodamensem ann. 1672. & Lipsiensem 1713. in 4. ex biblioth. Solgeriana, & Feuerlini a *raritate* laudat.

PADUANI (Joan.) Veronensis viridarium mathematicorum, in quo omnia fere, quæ in rebus astronomicis desiderari possunt, facillime pertractantur. Adjecta sunt etiam instrumenta non nulla ab eo nuper excogitata, quibus brevissime omnia assequuntur, quæ magno labore, atque assiduis supputationibus per astronomicas tabulas, ac astrolabio, aliisque instrumentis antea habebantur. Venet. 1563. id 4. *Liber non passim obvius.*

PALÆPHATI græci authoris libellus, quo aliquot veteres fabulæ, unde tractæ sint, narratur, studiosis hominibus apprime utilis. Impressum Viennæ Pannoniæ opera Hieron. Vietoris, & Joan. Singrenii calcographorum. Impensis vero Leonardi, & Lucæ Alantsee fratrum bibliopolarum. Civium Viennensium, pridie Idus Septembris. 1514. Regnante Maximiliano P.F. Aug. in 4.

PALLAVICINI (Ferr.) La disgratia del Conte d'Olivarez. in 12. sine l. & anno.

Pleraque hujus authoris scripta, præcipue autem, quæ nunc recensui, severissime in Italia, ut omnino merentur, prohibita sunt; hinc eorum *insignis raritas.*

PALLAVICINI (Hortensii) Soc. J. Austriaci Cæsares, Mariæ Annæ Austriacæ, potentissimæ Hispaniarum reginæ in dotale auspicium exhibiti. Mediolani 1649. ex typogr. Ludov. Mantiæ ad plateam mercatorum. in 4. M. *Editio rara.*

PANCIROLLI (Guidonis) rerum memorabilium Libri II. quorum prior *deperditarum*, posterior *inventarum* est, cum annotationibus Henrici Salmuth. Ambergæ 1607. — 1608. in 8. M. *Liber rarus.*

PANDULPHI (Alphonsi) episcopi Comaclensis disputationes de fine mundi, in quibus, quæcunque a variis philosophorum sectis in hoc argumento naturali lumine sunt constituta, refelluntur: Evangelica, propheticaque doctrina unicè recipitur, & propugnatur. Opus posthumum omnigena eruditione refertissimum. Bononiæ ex typographia Ferroniana. 1658. in fol. *Opus rarum.*

PANICAROLÆ (Franc.) ecclesiæ Hastensis episcopi, disceptationes Calvinicæ, a Joanne Tonso Mediolanensi Patricio in latinum conversæ

Quod ad epigrammata attinet, non videtur Sambucus codicem *Joan. Alexandri Braſſicani* præ manibus habuiſſe, de quo hic in commentario ad Demonactis vitam edit. Viennen. anni 1527. in hæc verba: *id inter alia ejus (Jani Pannonii) plus quam trecenta epigrammata manu ſua deſcripta, & a Turcarum immanitate ægre redempta, imo nec vulgata, nec aliis viſa, beneficio* GABRIELIS *noſtri Pannonii adoleſcentis, & morum, & litterarum ornamentis juxta præſtabili, conſequuti ſumus, ac in bibliothecam noſtram, tamquam precioſum quemdam unionem repoſuimus*: non videtur, inquam, hunc codicem Sambucus præ manibus habuiſſe, alioqui quædam non omiſiſſet, niſi id forte, ut ſuſpicor, de induſtria fecerit, aliqua non diviſiſſet, non adjeciſſet alia, & quædam correctius edidiſſet. *Gabriel* adoleſcens Pannonius videtur mihi idem eſſe cum *Gabriele Peſtino*, qui quatuor evangelia primus hungarice convertit, Viennæque eddidit anno 1536. Utcunque enim tempus congruit. Ceterum, quanti epigrammata Jani Pannonii a noſtris olim facta ſint, annal. Part. IV. pag. 87. memoravi.

PANTALEONIS (Henr.) Militaris ordinis Johannitarum, Rhodiorum, aut Melitenſium Equitum, rerum memorabilium terra, marique a DC. fere annis pro Rep. Chriſtiana in Aſia, Africa, & Europa contra barbaros, Saracenos, Arabes, & Turcas fortiter geſtarum ad præſentem uſque 1581. annum hiſtoria nova Libris XII. comprehenſa. Baſileæ. 1581. in fol. *Liber rarus.*

——————— Heldenbuch Teutſcher Nation darinn werden beſchrieben aller fürtreflichen Män-

ner thaten, welche seidt der Verwirrung der sprachen bisz auf den grossen Carolum ersten Teutschen Keyser gelebt haben. &c. Basil. apud hæredes Nicolai Bryllingeri. 1568. in fol. Vol. II.

Versio ab ipso Pantaleone profecta, & *rarior*, ut Vogt cum aliis testatur.

PANTHUSÆ (Joan. Antonii) Cosentini liber de prædestinatione & gratia. Romæ. 1545. in fol.

————— Liber de libero arbitrio, & operibus. Romæ in palatio Apostolico. VI. Kal. Octob. 1545. anno vero ætatis meæ 44. in fol.

————— Liber de vera Christi carne, & vero ejus sanguine. Romæ apud Anton. Bladum Asulanum. 1545. in fol.

Collectio admodum *rara*, & a Gesnero, aliisque prætermissa.

PANVINI (Onuphrii) Pontificum elogia, & res gestæ, cum iconibus. Salisburgi excudebat Joan. Baumann. 1551. in fol. *Liber rarus.*

PAPÆ (Guidonis) singularia, quorum materia in utroque foro præcipue practicatur: quandoquidem ex utriusque juris censura ea diligenter trutinarit, tam ea tempestate, qua practicabat, quam postquam ad Parlamenti Delphinalis insignem curiam assumptus est. Ex ipsius authoris archetypo vigilantis-

vigilantissime sumpta. Ex offic. Nicol. Petit, & Hectoris Pernet. Lugduni 1533. in 8.

Editio a Gesnero, Maittairio, & Lipenio præterita.

PAPARELLÆ (Sebastiani) a monte sancto libri II. de catarrho ad rationalium Medicorum doctrinam editi. Papiæ apud Hierony. Bartolum ad instantiam Jo. Bap. Turlini bibliopolæ. 1562. in 8.

Liber *infrequentior;* Gesnerus Venetæ solum editionis sine anni indicio meminit.

PARALIPOMENA, Esdra, Nehemias, Ester, Job: zwey Bücher der Chronica, Esdra, Nehemia, Ester, und Hiob. Wittembergæ, 1514. in 4. *Editio rara.*

PARIS (Matthæi) Monachi Albanensis Angli historia major, juxta exemplar Londinense 1640. verbatim recusa, & cum Rogerii Wendoveri, Willielmi Rishangeri, authorisque majori minorique historiis, chronicisque MSS. in bibliotheca regia Collegii corporis Christi Cantabrigiæ, Cottoniaque fideliter collata. Huic editioni accesserunt duorum *Offarum* Merciorum regum, & XXIII. Abbatum *S. Albani* vitæ, una cum libro Additamentorum per eundem authorem. Editore Willielmo Wats S. T. D. qui & variantes lectiones, adversaria, vocumque barbararum glossarium

M

adjecit, simul cum rerum, nominumque indicibus locupletissimis. Londini. 1584. in fol.

Editio, ut videtur, ordine ex Londinensibus tertia, ceteris auctariorum titulo anteferenda. Prima prodiit studio Matth. Parkeri anno 1571. altera 1640.

PARRHASIUS A. Janus. Vide *Sirigatti*.

PARTIBUS (Jacobi de) Fen prima quarti canonis Avicenne principis cum explanatione, & tabula ejusdem.

Charior hac tibi sit fen nulla magisque legenda,
Que plus dimidio tribuit praxis medicine.
Cum febre vel febris est morborum copia maior.
Quam bene si noris, medicus bonus esse probaris.

Impressum est autem hoc opus Lugduni (cum privilegiis in epistola declaratis) incipiente quidem ac procurante egregio viro M. Johanne Trechsel alemanno, artis impressorie peritissimo: cujus anima in pace quiescat, consummante autem M. Johanne Clein itidem alemanno nec minus perito. Anno Christiane pietatis 1498. nono Kalend. Januarii. Sit laus Deo. in fol. maj.

Gesnerus, & ex hoc Maittairius editionem anni 1496. citant: postremus idem opus in III. Volum. ad annum 1498. refert. Vereor, ne non hic error cubet. Nostrum exemplar sine dubio tertium, sive ultimum volumen est. Quare suspicor, priora duo annis 1496. & 97. sub prælo fuisse, atque ita ex uno exemplari non rite duo esse facta, cum vix sit credibile, tam spissa, & conferto typo exscripta volumina triennii spatio semel iterumque prodire potuisse.

PASCHALIS (Caroli) regii in ſacro conſiſtorio Conſiliarii, cenſura animi ingrati ad ampliſſ. virum Jac. Thuanum. Argent. per Lazarum Zetznerum. 1601. in 12. M. *Libellus rarus.*

PASII (Franc.) Soc. Jeſu vice-provincialis Japponiæ ad Claudium Aquavivam Præpoſitum Generalem litteræ annuæ Nangaſachò anno 1601. datæ. Moguntiaci apud Balthaſ. Lippium. 1604. in 8. *Editio perrara.*

PASQUINUS; ain wahrhafftiges büchlein erklerend, was liſt die Römer brauchen mit creiren viler Cardinal, auff das ſy alle Biſtumb Deutſcher Land under ſich bringen. in 4. ſine loco, & anno.

Scriptum *rarum*, ſed intemperiis plenum. In fine hæc adduntur: *Vale, Got behüt dich. Ich far dahin. Finis.*

PASQUILLORUM Tomi II. quorum primo verſibus ac rhythmis: altero ſoluta oratione conſcripta quam plurima continentur, ad exhilarandum, confirmandumque hoc perturbatiſſimo rerum ſtatu pii lectoris animum apprime conducentia. Eleutheropoli. 1544. in 8.

Titulum ex D. Clement exſcripſi, nam noſtro exemplari plura in principio folia evulſa ſunt: idem tamen eſſe, quod is memorat, ex ejus criteriis conſit. Paginam enim 199. per errorem excipit 100. pro 200. quo fit, ut pro 537. pagg. reſcribi debeant 637. Accedit, quod pſalmus *Miſerere mei* ſecundum Ambro-

PASSAVANTI (Pasquini, Patricii Romani, archireferendarii Catholici sortes Virgilianæ, quibus æstuantis Galliæ theatridium instruxit. Veronæ 1616. in 8.

Opusculum *perrarum* est cento Virgilianus rebus Galliæ illius temporis accommodatus.

PASSERI (Joan. Petri) de causis mortis in vulneribus capitis, & recta eorum curatione liber. In quo ad mentem Hippocratis potissimum de perforatione & abrasione in cranei læsionibus non satis apparentibus agitur. Bergomi typis Comini Venturæ. 1590. in 4. *Liber infrequens.*

PATAVINI (Marsilii) Defensor pacis: sive adversus usurpatam Rom. Pontificis jurisdictionem pro invictiss. & constantiss. Rom. Imperatore Ludovico IV. Bavarico, a tribus Rom. Pontificibus indigna perpesso apologia, qua politicæ & ecclesiasticæ potestatis limites doctissime explicantur: circa annum Domini M CCC XXIV. conscripta. — — — Franciscus Gomarus Brugensis recensuit: capitum augmentis, & Notis ad marginem illustravit. Francof. excudebat Joan. Wechelus, vœnit in officina Vignoniana. 1592. in 8.

Constat opusculum Partibus tribus: I. ad pag. 105. II. ad 470. III. ad 479. pertinet: videturque idem esse, quod Vogtius Catal. libb. rar. pag. 520. Francof. anno 1612. in 8. prodiisse scribit, ac *rarissimis* accenset. Meminit illius quoque Gesnerus pag. 574.

M 3

Biblioth. Saltheniana librum *raris* adnumerat.

S. PAULI epiſtola ad Romanos Arabice. Leidæ. 1615. in 8. *Editio rara.*

PAULI (Diaconi Forojul.) Hiſtoria Longobardorum. Vide *Jornandes.*

PAULI Papæ III. epiſtola ad XIII. civitates Helvetiorum ſcripta, in qua & cauſam belli hoc tempore a Cæſare moti exponit, &, ut Helvetii ſua Auxilia Romanæ ſedis copiis adjungant, ſtudioſe rogat. 1546. in 4. ſine l. M. *Scriptum perraro obvium.*

S. PAULINI epiſcopi Nolani opera. Item vita ejusdem ex ipſius operibus, & veterum de eo elogiis concinnata. Accedunt Notæ amœbææ Frontonis Ducæi, & Heriberti Ros-weydi e Soc. Jeſu. Antverp. ex officina Plantiniana. 1622. in 8. M.

Editio *infrequens*, & correctior, quam ſit Pariſina anni 1516, Colonienſis an. 1566. & Baſileenſis an. 1569.

PAYER (Wencesl. de Cubito) alias Ellenbogen, tractatus de Termis Caroli IV. Imp. ſitis prope Elbogen & vallem S. Joachimi, ad generoſum, & magnificum Comitem & D. D. Steffanum Schlick, Conſilium de peſte Ejusdem ad nobiliſſ. D. Henricum a Konritz, Capitaneum in valle S. Joachimi. Lipſiæ, in ædibus Valentini Schumanni. 1522. in 4.

Libellus *perrarus*. Meminit illius Gesnerus sub nomine *Beier*.

PAYVA (Diego Dandradæ) Lusitani, insignis S. Theol. Doct. Defensio Tridentinæ fidei Catholicæ, & integerrimæ, V. libris comprehensa, adversus hæreticorum detestabiles calumnias, & præsertim Martini Chemnicii Germani. Olysippone per Antonium Riberium. 1578. in 4.

Liber *rarissimus*: editionem Ingolstadiensem, quæ prima in Germania fuit, supra in articulo *Andradæ Jacobi* jam memoravi.

PAZMANY (Petri) Soc. Jesu, Logi alogi, quibus baptæ calamosphactæ Peniculum Papporum Solnensis conciliabuli, & hyperaspisten legitimæ antilogiæ vellicant, veritatis radiis adobruti. &c. Posonii. 1612. in 4.

Scriptum *rarum*, ut omnia Pazmanyii opera primæ editionis sunt, quæ seu Religiosus Soc. J. seu archiepiscopus Strigoniensis, tam latino, quam patrio idiomate edidit, quorum pleraque in nostra bibliotheca exstant.

PECCENSTEINII (Laurentii) rerum Ungaricarum Status, sive ætas bellatrix. Darinnen wahrhaffte, und ordentliche Beschreibung der dreyer furnehmen Obristen, als 1. *Georgii Castrioti*: 2. *Johannis Hunyadis*: und 3. *Mathiæ Corvini*, heldenthaten beschrieben und angezeiget werden, so wol ein auszug des Türcken gantzer

macht durch alle ſeine Herrſchafften conferirt, und auſcultirt durch Laurent. Peccenſtein, Hiſt. Elector. S. Lipſiæ typis Beerwaldianis. in fol. ſine anno. M. *Liber apud nos perrarus.*

PECHVARADINO (Gabriel. de) compendioſa quedam nec minus lectu jocunda deſcriptio urbis Hieruſalem, atque diligens omnium locorum terre ſancte in Hieroſolymis adnotatio, per quemdam in Chriſto patrem fratrem Gabrielem natione Hungarum Divi Franciſci ordinis de ſancta obſervantia luculenter, nam ea ipſa loca propriis conſpexit oculis, congeſta, ac breviter per eumdem comportata. in 4. ſine loc. & an. typus monaſticus.

Libellus *rariſſimus*, & non modo exteris, ſed ex domeſticis Czwittingero, ac Authori *memoriæ Hungarorum* &c. etiam ignotus. Scriptoris nomen in fine ante *Legendam S. Lazari* exaratum eſt: *Frater Gabriel de Pechwaradino*: a loco, ut reor, natali, ſicut Pelbartus de *Temesvár* dictus. Fuit autem Pechvaradinum celeberrima olim Abbatia ord. S. Benedicti prope Quinque eccleſias ſita. Quo anno in Palæſtinam profectus ſit, in hæc verba memorat: *ego quidem frater Ungarus ſupra nominatus — — qui ipſam terram ſanctam Prelati mei obedientia interveniente in anno a partu Virginis Marie* 15, 14. *viſitavi* &c. Deſcribit autem loca ſacra ſecundum quatuor orbis plagas, ducto ſemper ab Hieroſolymis initio, unde opuſculum ex quatuor partibus quoque coaleſcit. Præmittit chronologico ordine eos, in quorum poteſtate Jeroſolyma fuit, uſus libro, *qui*, ut ait, *dicitur Fortalitium fidei.*

PELBARTI de Themesvar Sermones de tempore. ibid. 1509. idus primo aprilis. in 4.

——— Quadragesimale. ibid. 1509. octavo idus Maji. in 4.

——— Sermones de beata virgine, vel stellarium corone beate Virginis, ibid. 1509. die III. Sept. in 4.

——— Idem opus, ibid. 1501. die XXVIII. Januarii. in 4.

Omnia Pelbarti opera etiam in Hungaria *rarioribus* adnumerantur.

——— Biga salutis, ibid. 1499. in profesto Sancti Michaelis. in 4.

Sunt, qui hoc opus malint Osvaldo a Lasko Pelbarti discipulo; quam huic tribuere. Illud simillimum veri est, Osvaldum ab excessu Pelbarti hujus sermones aliquot compilasse, addidisse quædam de suo, ac etiam perpolivisse. Erat Pelbartus Ord. Divi Francisci, & sui temporis orator celeberrimus, magis tamen rebus, quam verbis, intentus, &, si partitionum, ac subpartitionum œconomiam spectes, multorum, qui deinceps sequuti sunt, eatenus magister.

PERÉNI (Franc.) L. B. Equitis Aurati, Comitatus Vgochiensis Comitis supremi, Castrum Strigoniense aureum, octo supra quadraginta illustrissimis, reverendiss. Pannoniæ Metropolitis, celsissimo, illustriss. ac reverendiss. Principi, D. D. Georgio Lippai de Zombor, archiepiscopo Strigo-

in offic. Caroli Perier in vico Bellovaco ſub Bellerophonte. 1560. in 4. M.

Adnumeratur *raris* in catal. biblioth. Salthenianæ.

PERLACHI (Andreæ) Styri, uſus Almanach: ſeu ephemeridum ex commentariis Georgii Tanſtetter Colimitii, Præceptoris ſui, decerpti, & in 50. propoſitiones redacti. Viennæ Pannoniæ per Hieron. Vietorem, expenſis Joannis Metzker bibliop. 1518. in 4. *Editio rara, & Geſnero ignota.*

PERNUMIA (Joan. Pauli) Therapeutice, ſive medendi ratio affectus omnes præter naturam, nuper in lucem edita. Venet. apud Simonem Caliganum de Karera. 1564. in 4. *Liber infrequens.*

PEROTTI (Nicolai) Cornucopiæ, ſive commentariorum linguæ latinæ ad illuſtriſſ. Principem Federicum Urbini Ducem, & eccleſiaſtici exercitus Imperatorem invictiſſimum. Mediolani per Magiſtrum Johan. Angelum Scinzenzeler, ad impenſas Johan. de Lignano. 1502. die XVIII. Maji. in fol. *Editio rara, & Maittairio præterita.*

——— Idem opus. Venetiis in ædibus Aldi, & Andreæ Aſulani ſoceri, menſe Martio. 1527. in fol. *Editio rara.*

——— Cornucopiæ cum Terentio Varrone de lingua latina, ejusque analogia: fragmentis

In catalogo biblioth. Frid. Christii stella *raritatis* notatur.

PERSPECTIVA D. Johannis archiepiscopi *Cantuariensis*, fratris Ordinis Minorum, dicti Pisaurensis, ad unguem castigata per eximium artium & medicine, ac juris utriusque doctorem, ac mathematicum *B. Facium Cardanum* Mediolanensem, in venerabili collegio jurisperitorum Mediolani residentem. in fol. cum figg. sine anno, & loco.

Locum quidem Cardanus in præfatione ad Ambrosium Griffum, Protonotarium Apostolicum, Equitem auratum, & medicinæ Doctorem, Mediolanum fuisse satis aperte declarat: typographum autem elegi in fine operis adjuncti etiam indicant:

Quem Petrus impressit parvo non ære libellum,
Hunc eme: tu doctum perlege lector opus.

Maittairius Tom. I. annal. typogr. Part. I. pag. 239. testatur, Petrum Antonium de Castilliano Mediolani anno 1493. impensas fecisse in artem typographicam: proinde videtur exemplar nostrum eodem anno, aut aliquo ex sequentibus ante 1500. prodiisse. Idem opus videtur indicare Joan. Frid. Kinderlingus in catalogo biblioth. cœnobii Bergensis Magdeburgi 1774. edito, sub titulo: *Jo. Pisani Perspectiva*, quod Lipsiæ 1504. in fol. prodiit: nostra editio sine dubio vetustior, quam illa, est, & *perquam raris* accensenda.

PESSINA (Joan. de Czechorod) Phosphorus septicornis, stella alias matutina, hoc est, sanctæ Metropolitanæ Divi Viti ecclesiæ Pragensis maje-

Scriptum terſo carmine elaboratum, & perpaucis in Hungaria cognitum, Forgácſio oblatum eſt, cum in Cardinalium numerum coptatus fuit. Addit in fine de eodem argumento elegantem Odam cum decaſticho Comes Nicolaus Draskovith, Joannis Croatiæ, & Sclavoniæ Bani filius.

PETIT (Adriani Coclici) diſcipuli Joſquini de Pres compendium Muſices, in quo præter cætera tractantur hæc: de modo ornate canendi, de regula contrapuncti, de compoſitione.

Ad lectorem.

Accentum quicunque cupis noviſſe ſonorum,
Quo nihil hoc totus dulcius orbis habet:
Ad nos accedas artis perculſus amore,
Pandet Adriani muſa canora viam.

Impreſſum Norimb. in offic. Joannis Montani & Ulrici Neuberi. 1552. in 4. M. *Editio rara.*

PETITI (Samuel.) Miſcellaneorum libri X. in quibus varia veterum Scriptorum loca, quæ philologiam, hiſtoriam, philoſophiam, chronologiam ſpectant, emendantur, illuſtrantur, explicantur. Pariſiis. 1630. in 4. *Liber rarus.*

PETRARCHÆ (Franciſci) opera Poetica. Italice. Finit Petrarca nuper ſumma diligentia a reverendo P. Ordinis minorum magiſtro Gabriele Bruno Veneto, terre ſanctæ, miniſtro emendatus. Impreſſum Venetiis per Bartholomeum de Zanis

N

——————— Ravennatis Itali, Pontificii & Cesarei jurium doctoris, & Equitis aurati splendidissimi aurea non nulla opuscula: cuique juris studiosissimo oppido quam necessaria.

Ad sacerdotes & lectores in persona libelli.

Vitane grata Deo tua fit sanctissime Flamen
Noscere si cupias; que nimis est reproba,
Et juris gemmas simul edidicisse decoras
Si placet; hæc animo pellege, que teneo.

Impressum Erfordie per Wolfgang. Schenck. 1503. in 4.

Consimilis tituli librum sine l. & a. Freytag memorat, eumque *plurimis incognitum* esse scribit. Nostrum exemplar in aversa tituli facie hæc opuscula exhibet *Oratio quedam synodalis ad Clericos Caminenses, vitam sacerdotum hoc evi agentium frugalissime carpens novem sanctissimis, & verissimis conclusionibus: quibus subjiciuntur solutiones utilissimarum questionum, solutiones item cum canonibus, & legibus ad argumenta, & allegationes, que in usu habentur in disputationibus, & consistoriis judicum, & multa scitula, elegantiaque in jurisprudentia. Carmina extemporanea; ad beatissimam Virginem supplicatio, ad Principem Pomeranie Bohuslaum, ad Senatum Hamburgensem; ad matronas Lubicenses, ad Henricum Buckholt præpositum Lubicensem, ad Joan. de Kitzscher prepositum Colbergensem, ad Georgium Klest Ducalem Secretarium, ad Henningum Steinwarden Canonicum Caminensem, ad auditores suos studiosissimos, ad sanctissimum Rochum, ut nos liberet a sevissima pestilentia.*

PETRONII (T. Arbitri) in Dalmatia nuper repertum fragmentum, cum epicrisi , & scholiis Th. Reinesii ad illustriss. & excellentiss. D. Jo. Bapt. Colbert &c. accesserunt ex editione Upsaliensi V. C. Joan. Schefferi Argentinen. Notæ. Lipsiæ. 1666. in 8. M.

Liber rarus, ut biblioth. Saltheniana testatur.

PETRUCCI (Ludov.) Raccolta d' alcune Rime del Cavaliere Lodovico Petrucci Nobile Toscano in più luoghi, e tempi, composte , & à diversi Prencipi dedicate, con la selva delle sue persecutioni. Farrago poematum Equitis Ludovici Petrucci Nobilis Tuscani, diversis locis, & temporibus conscriptorum , & ad diversos Principes dedicatorum , una cum sylva suarum persecutionum. Oxoniæ excudebat Josephus Barnesius. 1613. in 4.

Liber *rarissimus*, Italicis e regione latina respondent. Author in exercitu Cæsareo sub variis Ductoribus meruit, a quibus postea meritorum suorum, ac virtutis testes litteras accepit : a Georgio Basta Pragæ an. 1607. Ferdinando de Kollonitsch Viennæ 1606. & Guilielmo Comite Palatino Düsseldorpii an. 1610. quæ ipsi opusculo insertæ sunt. Librum dedicavit Jacobo regi magnæ Britanniæ , dedicationi in hæc verba subscribens : *Infelix Eques Ludov. Petrucci.* Caussam editi opusculi hanc reddit : *ut ita patefacta demum veritate obturarentur illorum ora, qui id agunt, ne viris bonis uspiam tuto versari liceat.*

PEUTINGERI (Conradi) sermones convivales de mirandis Germaniæ antiquitatibus. Argetine. 1496. in 4.

Editio *perrara*, cujus nec Gesnerus, nec Maittairius meminere.

———— Idem opus. Johannes Prüss in ædibus Thiergarten Argentinæ imprimebat. Mathias Schurer recognovit. 1506. in 4. M. *Liber rarus.*

PEYRERII (Isaaci) Præadamitæ sive exercitatio super versibus XII. XIII. & XIV. cap. 5. epistolæ Divi Pauli ad Romanos: quibus inducuntur primi homines ante Adamum conditi. Ejusdem systema theologicum ex Præadamitarum hypothesi. Pars I. 1655. in 12.

Liber, *ut* Freytag, biblioth. Solgeriana, & Feuerlini perhibent, *rarus, & paradoxus.* Fuit author ortu Burdegalensis, ac medicinæ Doctor. Anno 1656. Bruxellis in carcerem conjectus, indeque elapsus Romam fugit, ubi ejurato Calvino; Romanæ ecclesiæ se adjunxit, causam, cur id fecisset, edita ad Philotimum epistola prolixe exponens. Obiit anno 1676. Parisiis apud PP. Oratorii.

PHARETRA catholice fidei, sive ydonea disputatio inter Christianos & Judeos, in qua perpulchra tanguntur media & rationes quibus quivis Christifidelis tam ex prophetis suis propriis, quam ex nostris eorum erroribus faciliter poterit obviare. Johann. Weyssenburger impressit Lande-

bibliographia phoenomenon habemus. Metuo tamen, ne non is annus pro 1491. irrepſerit.

PHILELPHI (Franciſci) Epiſtolare. Venetiis. 1502. in 4.

Annum & locum, neſcio, quis ſua manu in fine adſcripſerit. Mihi tamen typus a Veneto multum abhorrere, & anno 1502. vetuſtior eſſe videtur. Epiſtolarum ſunt univerſe Libri XVI. Prima eſt data Venetiis VI. idus Octobr. 1427. ultima Mediolano IV. idus Martias. 1461. Forte exemplar noſtrum exſcriptum ſit ex eo, quod Venetiis 1488. apud Joan. Rubeum prodiiſſe Freytagius memorat.

———— Viri græce, & latine erudiciſſimi epiſtolarum familiarium libri XXXVII. ex ejus exemplari tranſumpti; ex quibus ultimi XXI, noviſſime reperti fuere, & impreſſorie traditi officine. Cum privilegio — Venetiis ex ædibus Joannis & Gregorii de Gregoriis fratres (ſic). Regnante Sereniſſimo Principe D. Leonardo Lauredano, inclyto Venetorum Duce. 1502. octavo Kalendas Octobres. in fol. M.

Editio, ut Freytag ait, *optima*, ut Bauer ex Janozkio, *rariſſima* Partibus II. conſtat: prior XVI. libros continet altera reliquos. Præfantur in opus Gaſpar Alemanus, & Nicolaus Ferettus: ille ad Lauredanum Venetiarum ducem, iſte ad M. Ant. Sabellicum. In fine adnectit decaſtichon Petrus Auguſtinus Philelphus in laudem Franciſci. De Los Rios precium huic editioni conſtituit 70. libras Gallicanas.

———— Epiſtolarum ſumma diligentia excerptarum liber nuper quam emendatiſſime im-

pressus. Epistolæ item duæ ex Joanne Pico Mirandulano. Altera: de stilo philosophorum, & an eloquentia in philosopho desideranda sit declamatoria. Altera de vita recte instituenda, & imbi ad idem præcepta quædam gravissima. — Impressum Viennæ Austriæ, in ædibus Joannis Singrenii, decima nona die Martii. 1520. in 4.

Liber *rarus*, & forte ad normam editionis Cracoviensis an. 1513. vel 1517. quarum Janozki apud Bauerum meminit, editus. Inchoat ab ea, quæ in Veneta editione ad Franciscum Barbarum data, ordine tertia est, & definit in ea, quæ est ad Catonem Saccum ex Mediolano Nonis Aprilibus 1461. exarata, quam in editione Veneta laudati anni frusta quæsivi.

——————— Orationes cum quibusdam aliis ejusdem operibus ad oratoriam summopere conducentibus. Parrhisiis opera Ascensiana pro Joanne Parvo VI. Id. Martias anno pro calculo Romano, 1504. in 4.

Editio *rarior*: post præfationem hic index operum texitur. *Orationes funebres sex: orationes nuptiales septem: orationes de diversis ad diversos habitæ: diversorum opusculorum traductio, & in eadem ejusdem Philelphi præfationes ad diversos.*

——————— Poete laureati, & oratoris clarissimi de educatione liberorum, clarisque eorum moribus opus saluberrimum, in quo omnis bene beateque vivendi disciplina, omne bene dicendi genus, ac divine philosophorum, theologorum

que ſententie comperiuntur. Tubinge in edibus Thome Anshelmi Badenſis. 1513. menſe Maio. in 4. M. *Editio rara.*

Ain ſchen neu Buch luſtig zu leſen, den ganzen zug und Rais des durchleuchtigſten Fürſten und Herrn, Herrn PHILIPPI Printzen aus Hiſpanien &c. ſeiner fürſtlichen Durchleuchtigkait Ankunft zu Genua, den durchzug Italien, Germanien und dero erblichen Niderburgundiſchen Landen, was thurnier, kampf, manicherlay Ritterſpil, ſambt anderen wunderbarlichen Banketen, Luſt und freydenſpilen, entgegenziehung herrlichen empfahen, ſchanckungen, auch allen demienigen, ſo nach eines yeden Fürſtenthumbs, Lands, ſtat, oder orts, ſeiner gelegenheit vermügen ir Durchleucht Eer bewiſen und erpoten von meil zu meil, beſchriben worden von anno 1549. bis auf 51. Jar geſchehen. Auguſtæ per Joan. Zimmerman. in 4. ſine anni indicio. M. *Opuſculum perrarum.*

PHILONIS Judæi Alexandrini libri antiquitatum, quæſtionum, & ſolutionum in Geneſin: de Eſſæis: de nominibus hebraicis: de mundo. Baſil. per Adamum Petrum. 1527. in fol. *Editio infrequentior.*

PHILOPATRI (Andreæ) ad Eliſabethæ reginæ Angliæ edictum promulgatum Londini XXIX.

riem complectens, ex optimis quibusque hebræis, græcis, & latinis auctoribus congestum. Basil. apud Johan. Hervagium. 1534. in fol.

Liber *rarus.* Possessor sua manu hæc adnotavit. *Dono datus per me Wolfgangum Dombay, nobili Nicolao Zalwzky, qui hero suo Zach. eppo Tiniensi.* 1572.

PIASECII (Pauli) episcopi Præmisliensis, Chronica gestorum in Europa singularium, accurate, ac fideliter conscripta ad annum Christi M. DC. LXVIII. (XLVIII.) Cracoviæ ex offic. typogr. Franc. Cæsarii. 1648. in fol.

Vogt, & biblioth. Solgeriana editionem hanc etsi ordine secunda sit, *raris* inserunt.

PICARDI (Joan.) Thesauri theologorum partes IV. — Partis IIII. thesauri theologorum, & sic totius operis, finis completur. Quod opus licentia & auctoritate reverendi in Christo patris fratris Francisci de Zeno provincie mediolani predicatoris aposto. vicarii generalis dignissimi quo ad fratres ord. mi. de observantia in partibus citramontanis, nec non consensu venerandor. patrum in capitulo generali existentium Mantue 1503. ad quos spectabat opus debere publicari vel ne, Impressum & bene visum & examinatum ac correctum per dominum Joannem Gray de scotia, in liberalibus artibus, ac sacra pagina magistrum & professorem sufficientissimum. Impressum Medio-

PICI (Joan. Franc.) Mirandulæ domini, & Concordiæ Comitis, de rerum prænotione libri IX. pro veritate religionis contra superstitiosas vanitates editi. De fide theoremata: de morte Christi, & propria cogitanda libri III. De studio divinæ & humanæ philosophiæ II. De Divini amoris imaginatione unus. Vita patrui, & defensio de uno & ente, & alia quæpiam. Expositio textus Decreti de cond. dist. II. Hilarii. Epistolarum libri IV. Justini tralatio. Staurostichon de mysteriis Germaniæ heroico carmine. — Joan. Fran. Pici Mirandulæ domini, & Comitis Concordiæ opera aurea & bracteata finiunt: Argentoraci pridiæ (sic) Kalen. Februarias ann. 1507. Julio II. Pont. Max. & Maximiliano Cæsare Augusto, inclyto, invictiss. universo terrarum orbi præsidentibus: Joannes Knoblochus imprimebat: recognovit Mathias Schürerius in fol.

Editio *admodum rara*, cujus quidem Maittairius ex Cheviller, sed perfunctorie, meminit. Opuscula non eo, quem titulus præfert, ordine, nec anno sunt edita. Theoremata enim de fide penultimum, libb. IV. epistolarum contra ultimum locum occupant isti nullum editionis annum, & locum habent, illa ad calcem hæc: *Finiunt theoremata Jo. Franc. Pici Mirandulani Principis Argentoraci : quæ insignis Helvetiorum urbs est : formis excusa die XXII. Decemb. an. M. D. VI. quando invictiss. Cæsaris Maximiliani Aug. filius unigenitus Philippus Hispa-*

niar. rex non fine totius Christianæ Reip. jactura, florenti ætate periisse deplorabatur ab omni populo.

PICKHARDTS (Jesuwald) des Canonischen Rechtens canonisirten, oder gewürdigten Binenkorb des heyl. Römischen Jmenschwarms seiner Hummelszellen, oder Himmelszellen, Hürnausnäster, Brämengeschwurm, und Wäspengetös &c. Explicit expliciunt, sagt die katz zum hund, würst sind ungesund. Getruckt. zu Christlingen bey Ursino Gottgwin. 1581. in 8.

Liber *rarus*, ut biblioth. Salthenianа, Feurlini, & Engelianum spicilegium testantur, sed insulsæ scurrilitatis plenus.

PIERII (Joan.) Valeriani Bolzani hieroglyphica, sive de sacris Aegyptiorum, aliarumque gentium litteris commentarii &c. Basileæ. 1556. in fol.

Editio *rara* Possidemus quoque editionem Lugdunensem anni 1594. in fol.

PIGHII (Alberti) Campensis, controversiarum, quibus nunc exagitatur Christi fides, & religio, diligens & luculenta explicatio. Cujuscunque tandem fidei fueris, legisse non poenitebit. Venet. apud hæredes Lucæantonii Juntæ Florentini. 1541. mense Septembri. in 4.

Scriptum *rarius* Partibus II. constat : prior IX. posterior VII. capitibus absolvitur, quorum breviaria præfationi præmittuntur, demta quæstione, *de divortiatorum conjugiis, & uxorum pluralitate sub lege Evangelica*: quam Parti II. adnexuit. Ad calcem subditur ejusdem. *Diatribe de actis, quæ nuper emissa circumferuntur, VI. & VII. Synodorum, quod parengrapha sint, & minime germana.* Materia spectat ad Honorii lapsum, qui theologos in varias partes distraxit. Ob argumenti similitudinem addit quæstionem de Hadriani VI. litteris ad Tarasium, easque falsas esse demonstrat, additque epitaphium a Carolo V. Imp. compositum, quod ejusdem Pont. sepulcro incisum Romæ legitur.

PIMPINELLI (Vincentii) archiepiscopi Rossanensis oratio Augustæ habita XII. Kal. Julii MDXXX. Excusum Augustæ Vindelicorum per Alexandrum Weyssenhorn. XV. Julii. 1530. in 4.M.

Libellus *rarus*: dedicat illum Author Carolo V. Imp. præmittunt elegos Frater Bernardus Gentilis Historicus Cæsaris, M. Antonius Magnus, & C. Ursinus Velius poeta laureatus.

PINDARI Olympia, Pythia, Nemea, & Isthmia. Græce. Venetiis in ædibus Aldi, & Andrea Asulani Soceri. 1513. in 8.

Testibus Harvoodo, & Osmontio, *editio princeps, & rarissima.*

——— Olympia, Nemea, Isthmia, græce, cura, & cum prologo, epilogoque Hulde-

richi Zwinglii. Basil. per Andream Cratandrum. 1526. in 8.

Hanc editionem in primis collaudant Engelius, & Harvoodus: ille *rarissimam*, hic ex opinione Askewsii *longe emendatissimam* pronunciant.

PINDARI Olympia, Nemea, Pythia, Isthmia. Graece. Francof. apud Petr. Brubachium. 1542. in 4.

Editio *rara* cum graecis Scholiis. Laudatur a Bunemanno, Salthenio, & Christio.

———— Olympia, Pythia, Nemea, Isthmia. Caeterorum octo Lyricorum carmina: Alcaei, Saphus, Stesichori, Ibyci, Anacreontis, Bacchylidis, Simonidis, Alcmanis. Non nulla etiam aliorum. Omnia graece & latine. Pindari interpretatio nova est, eaque ad verbum: caeteri partim ad verbum, partim carmine sunt redditi. Antverp. 1567. in 12. *Editio nitida, correcta, & rara.*

———— Olympia, Nemea, Pythia, Isthmia graece & latine, cum annotationibus uberrimis, & indicibus necessariis. Oliva Pauli Stephani. 1599. in 4.

Editio *perrara* ut biblioth. Engeliana, & Solgeriana testantur, cum graecis scholiis.

PINDARI

PINDARI Olympia, Pythia, Nemea, Isthmia. Cæterorum octo Lyricorum carmina: Alcæi, Sapphus, Stesichoris, Ibyci, Anacreontis, Bacchilidis, Simonidis, Alcmanis. Non nulla etiam aliorum. Editio IIII, Græcolatina H. Stephani recognitione quorundam interpretationis locorum, & accessione lyricorum carminum locupletata. Excudebat Paulus Stephanus. 1600. Tom. II. in 16. M. *Editio parum communis.*

PINDER (Vdalrici) speculum passionis domini nostri Jhesu Christi. In quo relucent hec omnia singulariter, vere, & absolute: puta, Omnis perfectio yerarchie, omnium fidelium beatitudo: omnes virtutes: dona: fructus: & spiritualium bonorum omnium efficacia. Quod in fine prime partis hujus Speculi manifestissime comprobatur. — Speculum de passione domini nostri Jhesu Christi cum textu quatuor Evangelistarum, & quamplurimorum doctorum uberrimis desuper glossis: cum figuris pulcris & magistralibus, & cum mirum inmodum contemplationibus, & orationibus devotis: non minus & de duodecim admirandis fructibus ligni vite, & stupendis mysteriis sanctissime crucis per doctorem Udalricum Pinder convexum, & in civitate imperiali Nurenbergen. bene visum & impressum finit feliciter. 1507. die vero XXX. mensis Augusti. in fol.

Opus *rarum*, & Gesnero, aliisque non memoratum. Forte idem hic author sit cum eo, quem in articulo *Binder* supra retuli.

PINTI (Franc. Hectoris) Lusitani Hieronymiani in Ezechielem Prophetam commentaria. Omnia judicio, & correctioni sanctæ Romanæ, & universali Ecclesiæ subjecta sunto. Salmanticæ ex offic. Ildefonsi a Terranova, & Neyla. 1581. Expensis Lucæ Junta. in fol. *Liber rarus*.

PIRNISCHE und *Pragische* Friedens Pacten, zusampt angestelter collation und Anweisung der discrepantz und Vnterscheides zwischen denenselben, auff Maas und Weise, wie davon in der hiernächst gesetzten Vorrede an den Leser mit mehrem Bericht gethan wird. Nebst etlichen dienlichen Beylagen. Gedruckt im Jahr Christi. 1636. in 4. pagg. 346.

Scriptum *rarissimum*. Pactis præmittitur hæc Nota: *Es wolle der günstige Leser bey Verlesung des Pirnischen Concepts allzeit folgende notas in acht behalten. 1. Alles, was mit etwas gröbern Buchstaben gedruckt, solches ist zu Prag nachmals gar heraus gethan, und in selbigen Prag: Schluss gantz nicht befindlich. Hingegen 2. wo ein solch signum ( ) gesetzt ist, an selbigen Orth sind zu Prag entweder eintzelne Wort, oder ein gantzer periodus, auch wol ein oder mehr gantze paragraphi eingerücket. 3. Was mit diesen signis in marg. " bezeichnet ist, solches ist im Prag:' nach beschaffenheit der Sachen in eine andere Art gebracht, und bald so, bald auff*

andere weise verändert. 4. Was mit blossen linien am Rand signiret, dasselbe ist nur an einem andern Ort im Pragischen lociret. 5. Was aber zugleich mit linien, und auch mit disen signis " notiret ist, dasselbe ist nicht allein versetzet, sondern auch zugleich verändert, und in eine andere form gerichtet, wie solches alles hinten beym Pragischen jedes an seinem orth mit mehrem deutlich angezeiget ist.

PISIS (Rayneri de) ord. Predicatorum pantheologie, seu summe pars prima. Venetiis per Hermannum Lichtenstein. 1486. in fol.

Testibus Bunemanno, Engelio, & Freytagio *opus rarissimum.*

PISTORIS (Joan. Nidani) artis cabalisticæ, hoc est, reconditæ Theologiæ & philosophiæ scriptorum Tomus I. in quo, præter Pauli Ricii theologicos & philosophicos libros, sunt latini pene omnes, & hebræi non nulli præstantissimi Scriptores, qui artem commentariis suis illustrarunt. &c. Basil. per Sebastianum Henricpetri. 1587. in fol.

Liber *rarior*, ut Vogt testatur, conflatus est ex *Pauli Ricii* Scriptis, *Rabi Josephi* Castiliensis porta lucis: *Leonis* hebræi de amore dialogis III. *Joan. Reuchlini* arte Cabalistica: Ejusd. de verbo mirifico libris III. *Archangeli Burgonovensis* Cabalistarum dogmatibus, & *Abrahami* libro *Sepher Jezira*. Dubitat Vogt, an Tom. II. unquam prodierit, alii contra affirmant.

PITATI (Petri) Veronensis compendium super annua solaris atque Lunaris anni quantitate, paschalis item solennitatis juxta veteris Eccle-

perjocunda: diligenter recognita, & nunc tantum integre impressa. *Raphael. Volaterrani* historia de vita quattuor maxi. Ponti. nuper edita, & in fine posita. Platyne de falso & vero bono ad Sixtum IIII. Ponti. maxi. Contra amores dialogus ad Ludovicum Stellam Mantuanum. De vera nobilitate dialogus ad amplisS. Ursinum Tranensem episcopum. De optimo cive dialogus ad Laurentium Medicen. Panegyricus in laudem reverendisS. Cardinalis Niceni, & patriarche CP. Diversorum Academicorum panegyrici in Platyne parentalia. — Venetiis a Philippo Pincio Mantuano. 1511. die VII. Nov. in fol.

In catalogo biblioth. Solgerianæ dicitur *editio perrara, & incastrata.*

PLATINA (Bapt.) Opus de vitis, ac gestis summorum Pontificum ad sua usque tempora deductum, & auctum deinde accessione rerum gestarum eorum Pontificum, qui Paulo II. in quo Platina desinit, usque ad Clementem ejus nominis VII. successerunt: & nunc postremo multo locupletius redditum per eruditum virum *Onuphrium Panvinum*, qui seriem historiæ eleganti stylo, bonaque fide continuavit usque ad Pium IV. qui modo Reip. Christianæ præsidet. Coloniæ apud Maternum Cholinum. 1562. in fol. M. *Editio rara, & integra.*

PLATINA (Bapt.) Opus de vitis ac gestis summorum Pontiff. ad Sixtum IV. Pont. Max. deductum: fideliter a littera ad litteram denuo impressum secundum duo exemplaria, quorum unum fuit vivente adhuc auctore anno 1479. alterum anno 1529. editum. Anno 1745. in 12.

· Editionem hanc catalog. biblioth. Feuerlinianæ perhibet esse *raram*, *& incorruptam*. Habemus quoque Italicam in 8. sine loci & anni nota perinde raram.

PLATONIS Opera latine. — Impressum Florentie per Laurentium Venetum in fol. min. sine anno.

Editio, ut Engel fatetur, *rarissima*. Latinam e græca fecit Marsilius Ficinus, qui, quam diligentiam adhibuerit, lectorem his verbis monet: *Ne forte putes amice lector, tantum opus editum temere, scito, cum jam composuissem, ante quam ederem, me censores huic operi plures adhibuisse, Demetrium Atheniensem non minus philosophia & eloquio, quam genere Atticum; Georgium Antonium Vespucium, Joan. Bapt. Boninsegnium, Florentinos viros latine lingue greceque peritissimos; usum præterea acerrimo Angeli Politiani doctissimi viri judicio, usum quoque consilio Christoph. Landini & Barthol. Scale virorum clarissimorum &c.* Ad calcem Naldus Nandius in laudem Platonis, & Marsilii elegos subjungit, quorum postremi hi sunt:

Marsilius terris alter Plato redditus est, qui
Factitet hec eadem, que dedit ille prius.

ΠΛΑΤΩΝΟΣ ἅπαντα τὰ σωζόμενα. Platonis opera omnia quæ extant, ex nova Joannis Serra-

ni interpretatione. Parisiis excudit Henricus Stephanus. græc. & lat. 1578. in fol.

Catalogus biblioth. Salthenianæ editionem *raram*, *ac præstantissimam* vocat.

PLATUS (Platinus). Huic libello hæc insunt. Platini Plati Mediolanensis ad magnificum Thomam Thebaldum Bononiensem, Equitem auratum, ac Ducalem, Senatorem clarissimum libellus de carcere. Item *Marcellini Verardi* Cæsenatis Fernandus servatus. — Argentorati ex officina Matthiæ Schurerii Selestensis, mense Aprili. 1513. T. O. in 4. folior. 20.

Præfatur Beatus Rhenanus ad Guiliel. Nesenum Anaxopolitanum. Author plerisque fere ignotus esse videtur. Gesnerus velut ob iter illius in hæc verba meminit: *Platini Plati carmina quædam leguntur in libro epigrammatum scholæ Christianæ Basileæ impresso.* Argumentum ex re authori natum est, dum in carcerem ab Insubrum Duce, ut ait, quinto conjectus esset. Ita enim inter cetera ad Divum Petrum:

Da libertatem, quam dux mihi quintus ademit
Insubrium, sævo me pridem carcere torquens.

Hunc vero Galeatium Mariam Sfortiam, a sævitia celebrem fuisse, puto ex illo ad eundem Principem versu confieri:

Fertur, ubi fœtam Bona dux compresserit alvum,
 Arva petiturum protinus ista Ducem.

Nam Bonam Ludovici Sabaudiæ Ducis filiam post Dorotheæ Gonzagæ mortem, huic Sfortiæ nuptam

fuisse constat, ex quo tres liberos eam suscepisse poeta noster illis ad Ducem indicat:

' Bis tua te fecit conjunx fœcunda parentem,
Bis plausus hausi, lætitiæque sonos.

Causas captivitatis suæ in prolixa ad Ducem elegia illo disticho complectitur:

Me tua criminibus censura notasse duobus
Visa est; audacem, non stabilemque vocat.

An in Ducem fuerit dicax, an potius defecerit ad hostes Reip. compertum non habeo. Ingentis animi virum, itaque novandis in utramque partem rebus idoneum fuisse, illa videntur ostendere, quæ illi umbra parentis in somno comparens edixerat:

Ingentes reprimas animos, fastidit olympus
Cervices hominum, persequiturque Deus. &c.
Non potes o prisco, dignissime, tempore nasci,
In quo permagni spiritus acer erat.
Nunc illi periere animi, cum viribus illis,
Si sapis, antiquos lauda, imitare novos.
Felix, si nunquam legisses facta Quiritum,
Nec tibi Sfortiadum gloria visa foret. &c.

Carceris, in quo tenebatur, squalorem ita depingit:

Nox erat, horrendo dederam mea membra cubili,
Nuda quod in tetro carcere terra dabat.

Locum, & tempus captivitatis in voto ad Divam Virginem Lauretanam, cujus ope liberatus est, hoc tetrasticho designat:

Hanc tibi cœlorum posuit regina tabellam,
Testaturque tuam Virgo Platinus opem.
Quem specus afflixit, cui triste Moguntia nomen
Dat, quam longa fuit Luna quaterna quater.

PLAUTI (M. Accii) linguæ latinæ principis comœdiæ XX. cum commentariis Bernardi *Saraceni*, Joan. Petri *Vallæ*, Pyladis *Brixiani*: nec non obſervationibus *Pii* Bononienſis, *Grapaldi* & *Anſelmi* epiphillidibus, adjuncto *Lucæ Olchinenſis* indice grammatico, & iconibus ligno inciſis. — Finiunt XX. Plauti comœdiæ poſt omnes impreſſiones ubique terrarum excuſas diligentiſſime recognitæ, ſummaque diligentia caſtigatæ, impreſſæque Venetiis per Melchiorem Seſſam, & Petrum de Ravannis ſocios. 1518. die duodecimo Auguſti, in fol.

Editio *rara*, & ab Harvoodo prætérita.

——————— Zwo comedien des ſynreichen poeten Plauti, nämlich in *Menechmo*, unnd *Bachide*. Nachvolgend ain Comedien Ugolini Philegenia genannt. Geteutſcht durch den wirdigen und hochgelerten Herrn Albrecht von Eybe. Getruckt in der Kaiſerlichen Statt Augspurg durch Hainrich Steyner am V. Tag Julii. 1537. in 4. cum figg. rudiſſimis. *Libellus infrequentior.*

PLINII (Caji Secundi) Hiſtoria naturalis. — Caji Plinii Secundi naturalis hiſtoriæ liber XXXVII. & ultimus finit. Venetiis impreſſus opera & impenſa Thomæ de Blauis de Alexandria. 1491. die III. menſis Novembris. Regnante Auguſtino Barbadico inclito Venetorum Duce. in fol.

Editio *rarior*. Annales Maittairii typographi nomen exprimunt de *Blancis*: noſtrum exemplar contra exſerte habet *de Blauis*.

PLINII (Caji Secundi) Naturalis hiſtoriæ libri XXXVII. nuper ſtudioſe recogniti atque impreſſi, adjectis variis Antonii Sabellici, Raphael Volaterrani, Beroaldi, Eraſmi, Budei, Longolii adnotationibus, quibus Mundi hiſtoria vel reſtituitur, vel illuſtratur. — Impreſſa eſt Lutetiæ hæc mundi hiſtoria ex diligentiſſima recognitione, impenſis Beraldi, & Reginaldi Chalderii. 1516. XVI. Calend. Decemb. in fol. *Editio rara*, *&* *Maittairio ignota*.

———— Divinum opus, cui titulus: hiſtoria mundi multo quam antehac unquam prodiit, emaculatius, idque primum ex annotationibus eruditorum hominum, præſertim Hermolai Barbari, deinde ex collatione exemplariorum, quæ hactenus opera doctorum nobis, quam fieri potuit, emendatiſſime ſunt excuſa; poſtremo ex fide vetuſtiſſimorum Codicum, ex quibus non pauca reſtituimus, quæ alioqui nemo, quamlibet eruditus, vel deprenendit, vel deprehendere poterat. Abſit invidia dicto. Vicimus ſuperiores omneis. Si quis hanc palmam nobis eripuerit, non illi quidem invidebimus, ſed ſtudiis publicis gratulabimur. Bene vale lector, & fruere Ἀγαθῇ τύχῃ. Additus eſt index,

in quo nihil desideres. Basil. apud Joannem Frobenium, mense Martio. 1525. in fol.

Editio *perrara*, &, si titulo credimus, omnium earum, quæ præcessere, optima. Laudat illam Erasmus in epistola ad Stanislaum Turzonem episcopum Olomucensem: *Ita vigilatum est*, inquit, *ut meo periculo non dubitem polliceri, nunquam hactenus exisse Plinium felicius tractatum. Accessit officinæ Frobenianæ majestas, nitorque &c.*

PLINII (C. Secu.) Naturalis historiæ libri XXXVII. a Paulo Manutio multis in locis emendati. Castigationes Sigismundi Geleni. Index plenissimus. Venet. apud Paulum Manutium, Aldi F. 1559. in fol. *Liber perrare obvius.*

——— Liber VII. naturalis historie seorsum impressus, & emendatus perquam diligenter. Joan. Singrenius calcographus impressit Viennæ summa diligentia, & impensis suis. XVIII. Kal. Maji. 1515. in 4. M.

Editio *rara*, & nitidissima. Præfatur. Joach. Vadianus ad adolescentes Cantores, qui publico Cæsaris stipendio Viennæ alebantur, qui idem hanc monitiunculam in fine adnectit. *In calce monendus est lector, ne Cap. Pli. LV. hujus libri lecto, & intellecto, fidem aliquam dedat. Involutus enim Epicureorum erroribus autor ea sensit, quæ nec veritas, nec religio nostra sustinet.* Quam pauci hodie ederentur libri, si hæc monitio locum haberet.

——— In I. & II. Cap. libri XXX. Commentarius. Cui præterea adjecta est de fascinatio-

ministranda Rep. *Suetonii Tranquilli* de claris Grammaticis, & Rhetorib. *Julii Obsequentis* prodigiorum liber. Epistolæ X. libri ad Trajanum probantur esse Plinii in sequenti epistola. Inibi etiam liber de viris illustribus, non Tranquilli, sed Plinii esse ostenditur. Venet. in ædibus Aldi, & Andreæ Asulani Soceri. 1508. in 8. M.

Editio *perrara*, ut Freytag, & Engel affirmant.

PLINII junioris epistolarum libri IX. Ejusdem Plinii libellus epistolarum ad Trajanum cum rescriptis ejusdem Principis. Ejusd. panagyricus (sic) Cæsari dictus cum enarrationibus Joan. Mariæ Catanei. Impressum Venetiis per Joan. & Bernardinum fratres de Lisona Vercellenses. 1510. die decimoquarto mensis Decemb. in fol.

Catalogus biblioth. Schwarzianæ librum *raris* accenset.

——————— Epistolæ, & sententiæ. Florentiæ. apud Philippum Juntam. 1515. in 8.

Editio nitida, ac *rara*, ad exemplum Aldinæ exscripta.

——————— Epistolarum libri X. in quibus multæ habentur epistolæ non ante impressæ. Tum græca correcta, & suis locis restituta, atque rejectis adulterinis vera reposita. Item fragmentatæ epistolæ, integræ factæ. Argent. ex offic. Hulderichi Morhardi mense Novemb. 1521. in 4.

alteri convenire videbatur, accuratius quam antehac unquam digestæ. Graece. Basileæ per Andream Cratandrum, & Joan. Bebelium. 1533. in fol. *Editio perrara, & preciosa.*

POCOCKII (Eduardi) Specimen historiæ Arabum. Vide *Abul-Pharajii.*

POETARUM veterum Græcorum Georgica, Bucolica, & Gnomica. Cum Is. Hortiboni Theocriticarum lectionum libello. græc. & lat. 1584. in 12. M. *Editio rara.*

——— veterum Ecclesiasticorum opera Christiana. Vide *Fabricii Georgii.*

POLANI (Amandi) a Polansdorf sylloge thesium theologicarum ad methodi leges conscriptarum, & disputationibus *Rob. Bellarmini* præcipue oppositarum. Basil. per Conradum Waldkirch. 1597. in 8. *Liber rarus.*

POLCASTRIS (Sigismundi de) questiones de actuatione medicinarum: — — de appropinquatione ad equalitatem ponderalem — — de restauratione humidi — — de reductione corporum — — de extremis temperantie — — Eximii doctoris Sigismondi de polcastris patavini questiones desinunt impresse Venetiis mandato & expensis domini Benedicti Fontane Veneti. Per Jacobum Pencium Leucensem. Anno domini 1506.

Editio

Editio *rara*. In fine adnexa est ejusdem præfatio in Svetonii expositionem.

POLITIANI (Angeli) Epistolarum libri XII. Basileæ apud Cratandrum. 1522. in 8. *Liber rarus*.

POLITI (Nicolai) alias Burgois, Bruxellensis, in illustriss. Principis reginæ Annæ, regiæ Romanorum, Hungariæ, Boh. &c. Majestatis Ferdinandi I. Conjugis obitum, carmen funebre. Viennæ Austr. excudebant hæredes syngrenii. 1547. in 4. M. *Opucsulum perrarum*.

POLLUCIS (Julii) Onomasticon Rodolpho Gvaltero Tigurino interprete. Basil. apud Robertum Winter. 1541. in 4. *Editio rara*.

De POLONICA electione in comitiis Warsaviensibus anni 1587. acta, & quæ secuta sunt ad coronationem Sigismundi III. & captum Maximilianum. Accessit de forma regni, & regibus Poloniæ index brevis. 1588. in 4. M. sine l.

Scriptum *perrarum*: additur in fine schema genealogicum, vi cujus Sigismundo potius jus in Poloniam, quam Maximiliano, competere author ostendit.

POLYBII Historiarum Libri V. græce & latine. Hagenoæ 1530. in fol.

———— Historiarum libri priores V. Nicola Perotto episcopo Sipontino interprete. Item epitome sequentium librorum usque ad XVII.

P

ex prima extimæ faciei inspectione quivis abditas vires assequatur. Accedunt ad hæc confirmanda infinita propemodum selectiora secreta, summo labore, temporis dispendio, & impensarum jactura, vestigata, explorataque. Neapoli apud Horatium Salvianum. 1588. in fol. cum figg.

———— Magiæ naturalis libri XX. ab ipso authore expurgati, & superaucti, in quibus scientiarum naturalium divitiæ, & deliciæ demonstrantur. ibid. 1589. in fol.

Utrumque opus *perrarum* : prius illustri Marino Bobali, alterum Junio Bobali Raguseis Andreæ filiis inscribit.

PORTÆ (Sanctii) sacri ord. Predicatorum sermones hiemales & estivales de tempore. Lugduni opera & industria probi viri Joannis Cleyn alemanni chalcographi & bibliopole. 1513. in 4. *Liber infrequens.*

POSSEVINI (Antonii) de Soc. Jesu, epistola ad Stephanum I. (Bathory) Poloniæ regem serenissimum adversus quemdam *Volanum* hæreticum Lituanum. Ejusd. Ant. Possevini scriptum magno Moscoviæ Duci traditum, cum Angli mercatores eidem obtulissent librum, quo hæreticus quidam ostendere conabatur, Pont. Max. esse anti-Christum. Ingolstadii ex offic. Wolfgangi Ederi, 1583. in 12.

Liber *rarus*, ut plerique ejus sunt, quos religionis causa conscripserat.

POSSEVINI (Ant.) adversus *Davidis Chytræi* hæretici imposturas, quas in oratione quadam inseruit, quam de statu ecclesiarum hoc tempore in Græcia, Asia, Africa, Hungaria, Boemia inscriptam edidit, & per Sveciam, ac Daniam dissseminare curavit. ibid. 1583. in 12.

———— Responsiones ad nobilissimi viri septemtrionalis interrogationes, qui de salutis æternæ comparandæ ratione, ac de vera Ecclesia cupiebat institui. Additus est modus, quo verbum Dei, & Patrum libri legendi, ac legitima concilia ab illegitimis discernenda sunt. Catalogus item auctorum, qui adversus hæreses adhibendi sunt. ibid. 1583. in 12.

Sotuellus librum hunc vocat, *responsionem Regi septemtrionali, qui in fide catholica voluit instrui.* Haud scio, an recte ex nobilissimo viro regem creaverit.

———— Interrogationes & responsiones de processione Spiritus Sancti a Patre & Filio: desumptæ, ac breviore, & diluciore ordine digestæ ex libro Genadii scholarii Patriarchæ CP. in gratiam, & utilitatem Rutenorum. Legant Ruteni, nec legisse, ac credidisse unquam eos poenitebit. ibid. 1583. in 12.

Sotvellus opusculi hujus meminisse oblitus est.

POSSEVINI (Ant.) Notæ divini verbi, & Apostolicæ Ecclesiæ fides ac facies, ex quatuor primis oecumenicis synodis. Ex quibus demonstrantur I. fraudes provocantium ad solum Dei verbum scriptum. II. atheismi hæreticorum hujus seculi. III. Errores adversantium Kalendario emendato: IV. vafrities pervertentium canones, & abutentium nomine SS. Patrum, ac Principum in re fidei. Adversus responsum cujusdam Davidis Chytræi. Posnaniæ in majore Polonia typis Joan. Wolrabii. 1586. in fol.

——————. De sectariorum nostri temporis atheismo liber. Confutatio item duorum pestilentissimorum librorum a Ministris *Transsilvaniæ* editorum, ac theseon *Francisci Davidis* adversus sanctissimam Trinitatem. Præterea antithesis hæreticæ perfidæ contra singulos articulos orthodoxæ fidei. Colon. ex offic. Birckmaniana. 1586. in 8.

Libellus in Hungaria *perquam rarus*, ex majori opere, quod paulo ante indicavi, excerptus est opera *Stephani Bodo* Transsilvani, & Stephano Bathory Poloniæ regi dicatus. Hæc illic Bado. *Antonius Possevinus Soc. J. regiæ Majestati vestræ satis cognitus, magnum opus prælo dedit* (Joanni III. Svecorum, regi inscriptum) *quo responsum cujusdam Chytræi refutans, hæreticorum aliorum fraudes aperuit - - -. Sed ut opus illud non ita facile quaquaversum disseminari poterit, sapientum consilio theologorum judicatum est expedire, ut in varia opera partitum emitteretur in lucem. Cum vero hæc pars utilissima*

sit, --- ego, qui R. M. V. Clementia in hac Vilnensi Academia hanc ipsam materiam, de qua hoc libro agitur, haurio, laborem viri de nobis optime meriti, edendum, & R. M. V. dicandum putavi: tum quoniam patriæ nostræ pernecessarius est, tum quod V. R. M. non modo nunc, sed & cum Princeps Transylvaniam regeret, satis ostendit, quam sibi pestes istæ hæresum displicerent, cum Ariani cujusdam impii manu scriptum librum in ignem injiciens dixit: Satis pestium importatum est in Trans„ silvaniam, ut in eam ne istud quoque venenum in„ fundi patiamur. „ *Sed & micat latius splendor catholicæ religionis, quem sive in orientem, seu in septemtrionem constanter invehi curat, ut hæc una causa satis futura fuisse videatur, cur R. M. V. pleraque ejusmodi a pluribus dicentur. &c.*

POSSEVINI (Ant.) Moscovia. Vilnæ in Lituania apud Joannem Velicensem. 1586. in 8. M.

Liber *rarissimus*, præter scriptum contra mercatores Anglos Magno Moscoviæ Duci traditum, continet duos commentarios ad Gregorium XIII. Pont. Max. de rebus Moscoviticis, quorum prior de statu rerum, & ingenio gentis, tum de ratione Legationis ad eos obeunda: alter verò de difficultate, spe, & rationibus propagandæ apud illos Catholicæ religionis agit. Colloquium publicum authoris de religione Catholica habitum die 21. Febr. 1582. cum Joanne Basilii Magno Moscoviæ Duce in ejus Regia, Senatoribus Ducis, ac centum aliis Proceribus præsentibus. Capita, quibus Græci, & Rutheni a Latinis in rebus fidei dissenserunt, postquam ab Ecclesia Catholica Græci descivere, eidem Magno Duci tradita die 3. Martii 1582. in urbe Moscua. Acta in conventu Legatorum Serenifs. Poloniæ regis Stephani, & Joannis

Basilii Magni Moscoviæ Ducis, præsente Possevino nomine Gregorii XIII. Pont. Max. anno 1581. mense Decembri, in Chiuerova Horca ad Jamum Zapolsciæ in Moscovia.

POSSEVINI (Ant.) Apparatus ad omnium gentium historiam. Expenduntur historici græci, latini, & alii. Quonam modo per seriem temporum legendi, & ad usum adhibendi: quinam veraces, aut supposititii, vel mendaces, vel labe aliqua, aut hæresibus aspersi: & methodus ad geographiam tradendam. Venet. apud Jo. Bapt. Ciottum senensem. 1597. in 8. M.

Editio *rara*, & Sotuello in biblioth. scriptorum Soc. Jesu ignota.

POSSEVINI (Ant.) Historia & genealogia domus Gonzagæ cum addit. Mantuæ. 1628. in fol.

Baverus monet, librum esse *perrarum*, Sotvellus nuspiam illius, hoc quidem titulo, meminit, ut adeo vel homonymi alterius, aut postumum opus, aut Sotvello ignotum fuisse videatur.

POSSINI (Petri) Soc. Jesu, de anno natali S. Francisci Xaverii Dissertatio. Tolosæ. 1677. in 8.

Editio *perrara*, & ab Sotvello omissa.

POSTELLI (Guliel.) Barentonii mathematum in Academia Lutetiana Professoris regii, de orbis concordia libri IV. multijuga eruditione, ac

pietate referti, quibus nihil hoc tam perturbato rerum ſtatui vel utilius, vel accomodatius potuiſſe in publicum edi quivis æquus lector judicabit in fol. ſine anni, & loci nota.

Liber, ut Vogt. refert, *rariſſimus*, antiquior tamen eſt Liber I. hujus operis, qui Pariſiis apud Petrum Gromorſum in 8. ſine anni indicio prodiit. Noſtrum exemplar Geſnerus, & ex hoc Maittairius Baſileæ apud Joan. Oporinum anno 1544. exſcriptum eſſe perhibent. Librorum hæc ſunt argumenta. I. religionis Chriſtianæ placita rationibus philoſophicis docentur. II. Vita & educatio, moreſque Muhamedis legislatoris Arabum, ejusque ſectatorum traditur, & Alcoranus a capite ad calcem ex Arabico excutitur, & refutatur. III. Quid commune totus orbis tam jure humano, quam divino habeat. IV. Qua arte, ſine ſeditione, falſæ de Deo, diiſve perſuaſiones ad veram pertrahi poſſint.

Postelli (Guliel.) De univerſitate liber, in quo aſtronomiæ, doctrinæve coeleſtis compendium terræ aptatum, & ſecundum coeleſtis influxus ordinem, præcipuarumque originum rationem totus orbis terræ, quatenus innotuit, cum regnorum temporibus exponitur. Sed ante omneis alias orbis parteis terra ſancta, ſummo, hoc eſt, ampliſſimo compendio deſcribitur: cui Gallia ob primarium orbis nomen, & jus ſubſtituitur, eo, quod ambæ toti orbi legem ſunt daturæ. Ex typographia Joan. Guellartii ad Phoenicem, e regione collegii Remenſis. 1552. in 4.

Vogt, Engel, & bibioth. Saltheniana Libros II. memorant, Parisiis anno 1563. in 4. & Lugd. Bat. 1635 in 12. excusos; videtur proinde istis nostri exemplaris editio non fuisse cognita, & author serius postea auctarium adjecisse. Is nomen suum in titulo his verbis profitetur: *Guilielmo Postello restituto in regni Evangelici assertionem authore.* Ceterum nescio, quo animo vaticinium de Gallia toti orbi legem datura, aliqui accepturi sint.

PRACTICA, und prognóstication zweyer furnemblichen, und weit berühmten inn der mathematick, M. Johan Carionis, und M. Salomon der Statt Rüremond Physicum, darinn bis auff 1560. jar wunderliche, und erschrockliche prophezeien gemeldt, ein jeden geystlichen und weltlichen vast notwendig zu wissen. Zu letst kompt die offenbarung Raymundi. Argentor. apud Jac. Camerlander. 1543. in 4. M.

——— Die gros wahrhafftig bis man zelt 1581. jar. Darinn werden aus der schweren conjunction Saturni und Jupiters anno 1484. und grossen eclypsis der sonnen anno 1485. auch aus der sorglichen, gewaltigen, und onglückseligen zusamenfügung aller Planeten inn den Fischen geschehen anno 1524. grosse, wichtige, schwere, sórgliche, erschreckliche, und zuvor nie gehörten, und allen ständen wol acht zünemende Händel prophezeyen angezeygt durch den Bilger *Ruth* im walt verborgen, und M. Johann. von *Hasfurt* an tag

& menſuris. De præexercitamentis Rhetoricæ: de verſibus comicis: de delineationibus: nec non de ſitu orbis. Omnia quippe accuratiſſime emendata. — Impreſſum Venetiis per Bonetum Locatellum, impenſis nobilis viri domini Octaviani Scoti Modoetienſis. 1496. IX. Kal. Martias, Auguſtino Barbadico Sereniſſimo Venetiarum Duce. in fol.

Editio *rara*. Si typographus verum dicit, expoſitionem Danielis Caietani nunc primum editam eſſe, neſcio, qui cohæreant illa, quæ Baverus Part. III. pag. 253. ex Freytagio, & Schwarzio de Veneta editione anni 1476. memorat.

PROBAE (Valer. Falconiæ) preſtantis ingenii femine preclariſſimum Centonum opus veteris pariter ac novi teſtamenti: & ſi non omnia, precipua tamen miſteria colligens, acuratiſſime, nuper recognitum. — Impreſſus Pariſius in campo gallardo pro Joanne Petit commorante in vico divi Jacobi ſub Leone argenteo. Anno 1509. in 4. *Editio perrara.*

PROBUS (M. Valer.) Hoc in volumine hæc continentur. M. Val. Probus de notis Roma. ex codice MS. caſtigatior, auctiorque, quam unquam antea factus. *Petrus Diaconus* de eadem re ad Conradum I. Imp. Ro. *Demetrius Alabardus* de minutiis, Idem de ponderibus, & menſuris. *Ven. Beda* de computo per geſtum digitorum: de loquela: de ratione unciarum. *Leges XII.* Tabula-

PROCOPII Cæsarienſis ΑΝΕΧΔΟΤΑ, ſeu hiſtoria arcana (de Juſtiniano Imp.) *Nicolao Alemanno* defenſore primum ex bibliotheca Vaticana prolata. Nunc plerisque in locis συγχρόνων teſtimoniis falſitatis convicta a *Joanne Eichelio* Franco. Helmeſtadii typis Henningi Mulleri. 1654. in 4. M.

Liber *rarus*: adjunctum eſt illi opuſculum Thomæ Rivii de eodem argumentó, ibid. editum.

PROCURATORES tractatus editus ſub nomine dyaboli quando peciit juſtitiam coram Deo, & beata virgo Maria ſe oppoſuit contra ipſum, & obtinuit, nec non obmutuit pugna contra genus humanum — Finitus & impreſſus eſt preſens tractatus per magiſtrum Bartholomeum Guldinbeck de Sultz anno jubilei. 1474. die vero lune videlicet XI. Septem. in 4.

Fuit Guldinbeck inter typographos Romanos, ut refert Franc. Xav. Layre Part. I. pag. 114. igitur ſuſpicor opuſculum hoc, uti alia quoque, quæ Notas *B. G. de Sultz* exhibent, Romæ edita eſſe. Hoc ſi valet, coepit is artem ſuam ante annum 1476. in urbe exercere, contra quam Laire exiſtimat: quamquam idem Part. II. pag. 227. errorem ſuum videatur corrigere, cum Joan. de Turrecremata tractatum *de aqua benedicta* &c. ab eodem Guldinbeckio Romæ an. 1475. editum ex Dominico Mannio refert. Hinc ad compendiarias Notas B. G. quas in articulo. *Modus ſervandus in executione gratie* &c. retuli, & ad locum editionis prona conjectura eſt. Ceterum ſi idem Tractatus Romæ per Stephanum Planck anno 1486.

PSALMORUM liber Davidis regis, & Prophete, ex Arabico in latinum translatus a Victorio Scialac Accurensi, & Gabriele Sionita Edeniensi Maronnitis e monte Libano, recens in lucem editus munificentia illustriss. & excellentiss. D. Francisci Savary de Breves regis Christianissimi a consiliis, ejusque apud Paulum V. Pont. Max. Oratoris etc. Romæ ex typogr. Savariana. 1614. in 4. *Editio in nostris ditionibus perquam rara.*

PSALTERIUM. Latine in 8. sine l. & anno.

Typus, ut mihi quidem videtur, ad ligneum accedens. Nullæ paginarnm notæ, nulli reclamantes, & signaturæ. Initiales psalmorum litteræ & versiculorum rubro, ac cæruleo colore alternis pictæ: litteræ magnam partem sibi inæquales: syncopationes non plurimæ, si quæ sunt, fere in *con*, *us*, *um*, & *ung*: littera *i* promiscue jam puncto, jam caudula notatur; versiculorum sententiæ duobus punctis secernuntur, finem psalmorum raro terminat punctum, id si aliquando fit, quadrum potius, quam rotundum est: prima psalmorum linea in Decem primis psalmis integra est, in ceteris vix ultra tres, quatuorve voces excurrit. Charta est alba, & levigata, signum illius litteram M. in oblongum contractam, & transversa linea interceptam refert. Sunt, qui viso diligenter libro, non dubitarint, eum ex Fausti typographia prodiisse: id ut ego affirmare non ausim, ita certum habeo, ad prima typographiæ tempora pertinere. Possessor sua manu hæc adnotavit. *Andreas Czemanka Pannonius Turocz - Trnoviensis Crembnicii M.DCC.XXIV. e ruderibus famosiss. quondam bi-*

de interrogationibus. Ejusd. de electionibus. Ejusd. de temporum significationibus in judiciis. *Messahallach* de receptionibus planetarum. Ejusd. de interrogationibus. Ejusd. epistola cum XII. capitulis. Ejusd. de revolutionibus annorum mundi. — Venetiis per Bonetum Locatellum impensis nobilis viri Octaviani Scoti civis Modoetiensis. 1493. XIII. Kal. Januarias. in fol.

Liber *rarior*, In quadripartitum commentatur *Hali Heben Rodan*: præfatur autem Hieron. Salius Faventinus ad Dominicum Mariam de Anuaria Ferrariensem.

PTOLEMOEI De prædictionibus astronomicis, cui titulum fecerunt, Quadripartitum, græce & latine libri IV. *Philip. Melanthone* interprete. Ejusd. fructus librorum suorum, sive centum dicta ex conversione *Joviani Pontani*. Basil. per Joan. Oporinum. 1553. in 8.

Liber *rarus*. Exemplar nostrum ipse Melanthon dono dedit *ornatissimo viro D. Caspari Eberhardo Rectori scholæ in valle Joachimi*: ut ejus manus, quam ex una, alterave illius epistola autographa cognitam habeo, indicat.

——————— Libri IV. compositi Syro fratri. Ejusdem fructus librorum suorum, sive centum dicta ad eundem Syrum. Græce. Norimb. apud Joan. Petreium. 1535. in 4.

Liber *rarus*. Addita in fine est versio latina *Joachimi Camerarii*.

viorum, lacuum, cæterorumque locorum apposita sunt recentiora. Adsunt LXIV. tabulæ: XXVII. nempe antiquæ, & reliquæ novæ, quæ totam continent terram, nostræ ac Ptolemœi ætati cognitam, typisque æneis excussæ. Venetiis apud Valgrisium. 1562. in 4. M.

Editio, ut Engel testatur, *latina perrara.*

PURBACHII (Georgii) Wiennensis opus algorismi jocundissimum: & Almanach magistri *Johannis de monte regio* ad annos XV. accuratissime calculata. Explicitum est hoc opus anno Christi domini. 1492. in 4. sine loco. *Opus valde rarum.*

——— theoricæ planetarum. Vide *Sacrobosco.*

PURKIRCHERI (Georgii) Pisoniensis Hungari, Divi Ferdinandi I. Rom. Imp. & Hung. regis &c. Manibus sacrum. Pannonia lugens. Viennæ apud viduam Zimermanni. 1565. in 4. M.

——— Ad Divum Maxaemylianum Rom. & Boh. regem, Ps. LXXII. *Da Deus regi judicia tua*: carmine redditus. Patavii apud Perchacinum. 1563. in 4. M.

Utrumque opusculum in Hungaria *perrarum.*

——— Sacer dialogus Istri, & Grani, RR. Præsuli D. Antonio Verantio archiepiscopo Istrogranensi. Viennæ ex offic. Casp. Steinhoferi, 1569. in 4. M.

Libellus vix ulli nostrorum cognitus. Ne nomen quidem authoris scriptor *memoriæ Hungarorum* &c. memorat. Fuisse Purkircherum poetam sui temporis non inelegantem, cum ipsa hæc opuscula testantur, tum bene prolixa ecloga, quam de obitu Philip. Melanthonis conscripserat. Hæc postremum locum occupat in *collectione Scriptorum* de morte Melanthonis Vitebergæ an. 1561. edita.

PUTEANI (Eryci) circuli Urbaniani vindiciæ adversus *Jacobum Michalorum* Urbinatem. Crisis ejus apocrisi rejecta arbitro Eminent. Cardinali Jo. Franc. Guidio a Balneo. Lovanii typis Cornelii Cœnesteinii. 1633. in 4.

———— Pietatis thaumata in Bernardi Bauhusii e Societate Jesu Protheum Parthenium, unius libri versum, unius versus librum stellarum numero, sive formis M. XXII. variatum. Antverp. ex offic. Plantiniana apud Balthas. & Joan. Moretos. 1617. in 4.

———— Palæstra bonæ mentis, eloquentiæ, & sapientiæ officina. Lovanii ex bibliopolio Flaviano. 1611. in 4.

———— Suada Attica, sive orationum selectarum syntagma. Lovanii typis Christoph. Flavii. 1615. in 8.

———— Ovi encomium. Monaci. 1617. in 12.

Omnia hæc, teste catalogo bibliothecæ Salthenianæ, *rara* sunt.

PUTEI (Andreæ) alias Pozzo, Soc. Jesu, Perspectiva pictorum, & architectorum Pars I. in qua docetur modus expeditissimus delineandi optice omnia, quæ pertinent ad architecturam. Romæ. 1702. ex typogr. Antonii de Rubeis in platea Cerensi. in fol.

———— Prospettiva de Pittori e architetti Parte II. In cui s' insegna il modo più sbrigato di mettere in prospettiva tutti i disegni d' architettura. ibid. ex offic. Jacobi Komarek Bohemi. 1700. in fol.

Opus *splendidum & rarum*: Pars prior Leopoldo M. Imp. altera Josepho I. Rom. & Hung. regi inscripta est.

PUTEI (Francisci) apologia in anatome pro Galeno contra Andream Vessalium Bruxellensem. Cum præfatione, in qua agitur de medicinæ inventione. Venet. apud Franc. de Portonariis de Tridino. 1562. in 8. *Liber rarus.*

PYTHAGORÆ carmina aurea. Vide *Jamblichus*, & *Neandri Mich.*

Q.

QUADRANTINI (Fabiani) Stargardi Soc. Jesu, Speculum pietatis, continens vitam, & obi-

tum sereniss. Annæ Austriacæ, Poloniæ, Sveciæque reginæ inclytæ, Sigismundi III. Polonorum, Svecorumque regis potentissimi conjugis, quæ anno salutis 1598. IV. Id. Febr. de vita mortali transiit ad immortalem. Serenissimo Principi Wladislao ejusdem reginæ decenni filio dicatum. Brunsbergæ typis Georgii Schönfels, 1605. in 4.

Liber *rarissimus*, quem Janozki, teste Freytagio, extra Poloniam singulis tantum nonaginta annis aspectabilem fieri pronunciat.

QUADRATI (Mathurini) Ebroici, sodalitii Franciscani, Doctoris Parisiensis in Malachiam, novissimum veteris Testamenti Prophetam, homiliæ XX. & una. Parisiis apud Sebastian. Nivellium, sub ciconiis via Jacobæa. 1575. in 8. *Liber raro obvius.*

QUALLE (Mathias). Habes hic amande lector textum Parvuli, quod ajunt, philosophiæ naturalis cum commentariis eruditissimi viri magistri *Mathiæ Qualle* Carniolani, & college gymnasii Viennensis vigilantia e gravissimis authoribus decerptis, qui conducunt maxime cum aliis, tum his, qui vie nominalium addicti proficiunt. Parvuli philosophie naturalis textus &c. castigatus impensis circumspecti viri archibibliopole Joannis Rynman in offic. industrii Henrici Gran civis in oppido Hagenaw impressus. 1513. in 4.

Authoris hujus, quod sciam, unica Gesneri biblioth. meminit, omissusque est in Scriptoribus Universitatis Viennensis parte II. seculo II. Inscribit opusculum *Paulo Obersteiner* Cæsari a secretis, addito ad calcem loco natali: *Matthias Qualle ex Watsch Carniolanus.*

QUERCU (Simonis de) Brabantini, Cantoris Ducum Mediolanensium, opusculum Musices perquam brevissimum de Gregoriana & figurativa, atque contrapuncto simplici, una cum exemplis idoneis percommode tractans, omnibus cantu oblectantibus utile, ac necessarium. Tetrastichon.

Quem sacra castilio delectat musica phœbo:
 Et teneros dulci reddere voce modos,
Hunc legat: & suavi cantabit blandius orpheo:
 Insanas poterit ducere & ipse feras.

Dñs Joañ. Weyssenburger Nurnberge impressit. — Telos.

Weyssenburgerus tenui me grammate pressit
 Nomine Joannes cui labor iste placet.

1513.

Est formæ 4. Editio *rara*, & Gesnero ignota, qui Landshutanam anni 1518. solùm indicat. Titulus, demto tetrasticho, colore rubro exscriptus est: hunc sequitur epigramma Petri Chalibis Philocali in laudem musices, tum authoris epistola nuncupatoria ad Duces Mediolanenses ejus discipulos. Datum est: *Ex Vienna Kal. Martias anno minori nono supra millesimum quingentesimum.*

QUERELARUM, quæ per regis Christianiss.

QUIRINUS (Antonius). Aviſo delle ragioni della ſereniſſima Rep. di Venetia. Intorno alle difficoltà che le ſono promoſſe dalla Santità di Papa Paolo V. di *Antonio Quirino* Senator Venet. allà ſua patria, & à tutto lo ſtato della medeſima Republica. In Venetia appreſſo Evangeliſta Deuchino. 1606. in 4.

Libellus *perrarus.* Nihil in eo contineri adverſum fidei teſtantur in fine ſubſcripti: *Antonius Ribetti* vicarius generalis: Frater *Paulus* (idem forte cum Sarpio) Theologus Reip. Fr. *Bernardus Giordani* Franciſcanus: Fr. *Angelus Bonicelli* ex ord. Minor. de obſervantia: Fr. *Antonius Capello* ex minor. Conventualibus: & Fr. *Camillus* ord. S. Auguſtini, Nota magis lis eſt, quæ inter Paulum V. & Remp. Venetam intercesſit, quam ut explicatione egeat. Memini me legiſſe, Jeſuitas, quod Pontificis mandato obſequentes fuerint, e ſtatu Veneto exeſſe juſſos, & ſerius poſtea receptos fuiſſe. Conjunctum eſt aliud ſimilis argumenti opuſculum hoc titulo: *Riſpoſta d'un Dottore in Theologia ad una lettera ſcrittagli da un reverendo ſuo amico, ſopra il Breve di cenſure dalla Santità di Papa Paolo V. publicate contro li Signori Venetiani, & ſopra la nullità di dette cenſure cavata dalla ſacra ſcrittura, dalli ſanti Padri, & da altri Catolici Dottori*: perinde, ut prius, rarum.

QUIROGA (Caſparis) Cardinalis, & archiepiſcopi Toletani Index librorum expurgatorum, Salmuri apud Thomam Portou. 1501. in 4.

Nota *raritatis* inſignitur in catalogo biblioth. Solgerianæ.

R.

RABANI (Magnentii Mauri) de laudibus sanctæ crucis opus eruditione, versu, prosaque mirificum. Cum antiquitate auctoris, annis abhinc prope octingentis Abbatis primum Fuldensis, archiepiscopi postea Moguntini, tum novitate scriptionis memorabile. Quo figuris sive imaginibus XXVIII. multa fidei Christianæ mysteria, multi mystici numeri: angelorum, virtutum, VII. donorum Spiritus sancti, VIII. beatitudinum, IV. elementorum, IV. temporum anni, IV. evangelistarum, & agni, mensium, ventorum, V. librorum Moysis, nominis Adam, alleluja, & amen, aliarumque rerum vis & dignitas in formam crucis redacta, subtiliter, & ingeniose explicantur. Aug. Vindelicorum e typographeo Prætoriano. 1605. in fol.

Prima editio, eaque *rarissima* prodiit in Pforzheim anno 1503. in fol. nostra hæc altera est, quæ, quoniam opus hoc sæpius seorsim non est excusum, inter *raras* a Freytagio, Bauero, aliisque censetur. Operis in II. libros divisi œconomiam ipse titulus explicat: cœpit id contexere, cum sex lustrorum esset, ut Albinus in intercessione pro Mauro ait:

Ast ubi sex lustra implevit, jam scribere tentans
Ad Christi laudem hunc edidit arte librum.

RABANI (Magnentii Mauri) Ex Magistro, & Fuldensi Abbate archiepiscopi Moguntini poemata de diversis, nunc primum vulgata, & scholiis illustrata studio Christophori Broweri Soc. Jesu presbyteri. Moguntiæ excudebat Joannes Volmari. 1617. in 4. *Editio rara.*

S. RADBERTI (Paschasii) Abbatis Corveiensis opera. Quorum pars multo maxima nunc primum prodit ex bibliotheca monasterii Corbeiensis. Lutet. Paris. ex offic. Nivelliana. 1618. in fol. *Liber raro obvius.*

RADULPHI Flaviacensis, ord. S. Benedicti, viri incomparabilis, eruditorumque sui temporis omnium sine controversia principis, in mysticum illum Moysi Leviticum Libri XX. post quingentos & amplius, quam scripti sunt, annos jam nunc primum publico donati. Libera sint sua cuique judicia, & tamen hoc opere jam pridem nec eruditius, nec disertius, nec pium magis prodiit quicquam, nec deinceps facile prodibit. Eucharius Cervicornus Agrippinas calcographus Marpurgensis excudebat 1536. Coloniæ impensis Petri Quentell. in fol. *Liber rarus.*

RAGUAGLIO ristretto, ma distinto e fedele di quanto, è occorso nella campagna dell' anno 1688. con il passaggio del fiume Savo, Assedio, & espugnatione di Belgrado: descritto dà Soldato,

RAMI (Joan. Goeſſani) Lachrymæ in funere illuſtriſſimi Principis D. Nicolai Comitis a Sallm, & Neopyrgi ad Oenum, Reg: Mai: per Hungariam belli Ducis. Vien. Auſtr. excudebat Egidius Aquila. 1551. in 4. M.

——— Archiducum Auſtriæ ex Habspurgenſi familia hiſtoriæ, & res geſtæ ex optimis quibusque authoribus magno ſtudio collectæ, & numeris elegiacis comprehenſæ. Vien. Auſtr. excud. Egid. Aquila. 1551. in 4. M.

——— Hiſtoria rerum geſtarum Caroli V. ibid. apud eund. 1551. in 4. M.

Tria hæc Rami opuſcula *perraro* apud nos viſuntur. De Heſiodi clypeo per eundem ex græco in latinum converſo in voce *Heſiodus* memoravi.

RAMI (Petri) arithmeticæ libri II. geometriæ VII. & XX. Baſil. per Euſeb. Epiſcopium, & Nicolai fratris hæredes. 1569. in 4.

——— Scholarum mathematicarum libri unus, & triginta. Baſil. apud eoſd. 1569. in 4.

Bibliotheca Saltheniana hoc, & prius opuſculum editionis Francof. anni 1599. *raris* adnumerat: noſtra proinde *rariora* videri poſſunt.

——— P. Virgilii Maronis Bucolica, prælectionibus expoſita, quibus poetæ vita præpoſita eſt. Editio quarta. Francof. apud Andream Wechelum. 1582. in 8.

Priores tres editiones Parifinæ funt apud eundem Wechelum annorum 1556. 1558. & 1559. quæ commentarios in Georgica, & Cæfaris militiam adjuncta habent. Noftra, etfi quarta fit ordine, tamen apud nos *valde rara* eft.

RAMI (Petri) Prælectiones in P. Virgilii Maronis Georgicorum Libros IV. diligenti recognitione multis in locis emendatæ. Francof. apud hæredes Andr. Wecheli. 1584. in 8.

Abeft a noftra, quæ prioribus editionibus addi folebat, Cæfaris militia.

———— Commentariorum de religione Chriftiana Libri IV. Ejusdem vita a Theophilo Banofio defcripta. Francof. apud hæredes Andr. Wecheli. 1583. in 8.

Dedicat hos Banofius Philippo Sidnejo Proregi Hyberniæ. Editi primum funt ibid. apud Wechelum anno 1580. Noftra proinde altera editio videtur effe, eftque *raro apud nos obvia.* Authorem in tumultu Gallicano anni 1572. cæfum effe, Gefnerus in biblioth. notat.

RAMPIGOLLIS (Antonii de) Ord. S. Auguftini compendium Biblie, quod & aureum alias biblie repertorium nuncupatur. — Figurarum biblie fructuofum & utile compendium quod aureum biblie repertorium nominant, explicit feliciter. in 4. fine loci, & anni indicio.

Typus gothicus, & rudis arguunt editionem feculi XV. effe.

RANZOVII (Henrici) Producis Cimbrici Diarium, sive calendarium Romanum, œconomicum, ecclesiasticum, astronomicum, & fere perpetuum ad dies veteris Juliani, & novi Gregoriani anni accommodatum &c. Lipsiæ anno Christi 1596. a prima creatione 5558. a prima Oldenburgicorum Comitum in reges Daniæ electione 148. ab ultima Dithmarsiæ subactione 31. in 4.

Opus *rarum*, ut pleraque hujus authoris esse solent. Eundem libelli hoc titulo: *Belli Dithmarsici* &c. cujus Part. I. memini, authorem esse, quod prius tantum suspicabar, nunc ex aliis certum habeo.

——————— Tractatus astrologicus de genethliacorum thematum judiciis pro singulis nati accidentibus. Francof. apud Joan. Wechelum. 1593. in 8.

Exstat etiam anni 1602. quæ in 8. ibidem prodiit.

——————— Commentarius bellicus libris VI. distinctus, præcepta, consilia, & stratagemata pugnæ terrestris ac navalis ex variis eruditorum scriptis complectens. Francof. apud Zachar. Palthenium. 1595. in 4.

——————— Catalogus Imperatorum, regum, ac virorum illustrium, qui artem astrologicam amarunt, ornarunt, & exercuerunt &c. Lipsiæ excudebat Georgius Defner. 1584. in 4.

RAPITII (Jovitæ) Brixiani de numero ora-

torio libri V. Venetiis in ædibus Pauli Manutii. 1554. in fol. *Liber rarus.*

RASCH (Joannis) Haus Osterreich von ankunft, ursprung, stammen und namen der alten Grafen von Altenburg, und Habsburg, daraus die heutigen Fürsten von Osterreich seind entsprossen &c. Getruckt zu Rorschach am Bodensee bey Leonhart Straub. in 4. sine anno. M.

Liber *rarus*, tametsi pleraque ex Joan. Stumpfii chronico Helvetorum sumta sint. Inscribit author opus Rudolpho II. Imp. promittitque 6. alia opuscula his titulis: 1. *Oesterreichisch Zeitbuch.* 2. *Oesterreichisch Christentum.* 3. *Oesterreichisch Fürstentum.* 4. *Oesterreichisch Landtafel.* 5. *Landschafft*, & 6. *Hauptstätte.*

———— Genesis Austriaca: genealogia sereniss. Austriæ archiducum deducta ex vetustissimis illustrium Comitum Habsburgensium prosapia a doctissimis poetis carmine conscripta, & in eorum Principum honorem congesta a Johanne Rassio. in 4. M. sine an. & loco.

Liber *rarus:* præcipui, ex quibus carmina excitat, poetæ sunt: Joannes *Pinicianus:* Ulricus *Huttenus:* & Joan. *Engerdus.* Symbolum A. E. I. O. V. ultra centies improbo labore variat. Catalogus Scriptorum de Austriacis, quem dedicationi subjungit, ob authores non omnibus cognitos, permagni faciendus est.

———— Vaticiniorum liber primus. Prophetiæ, revelationes, visiones, præsagitiones, & practicæ,

practicæ, vel prognosticationes quædam, præcipue vulgares, ac memorabiles, præsertim de ultimis mundi temporibus latino sermone scriptæ, hinc inde inventæ, ex pluribus libris cum aliis notatu dignis, contra Mysocacum illum, & quosdam malevolos pseudoprophetas. Anno Domini 1584. Viennæ Austriæ congestæ & editæ a Joan. Rassio. in 4. M.

Liber *rarus.* Mysocacum, contra quem opusculum hoc adornavit, in dedicatione ad Maximilianum Archiducem Austriæ vocat *Wilhelmum veteratorem Belgam*, qui de interitu Domus Austriacæ famosum libellum ediderat. Bona pars vaticiniorum sumta est ex commentario Volfgangi Lazii in fragmentum vaticinii Methodii, de quo supra in voce *Lazius* egi. Dedicationi rursum subjungit authores, & collectores vaticiniorum, inter quos recensetur etiam responsoria epistola astrologorum Mathiæ Corvini Hung. regis ad Antonium Torquatum.

RATIO, atque institutio studiorum Soc. Jesu. Dilingæ apud Joannem Mayer. 1600. in 8.

Laudatur editio Romana anni 1586. quam Vogt ex Sainjorii, vel Rich. Simonii biblioth. Crit. *rarissimam, & a Jesuitis penitus suppressam* memorat. Cum id etiam ab eruditis non in optimam partem accipi legerim, necesse est, uti has tenebras dissipem. Ratio hæc studiorum a sex Patribus per Generalem in hunc finem constitutis confecta, & anno 1586. typis Romanis exscripta, in omnes provincias missa est hac solum de causa, ut viderent, satine variarum gentium moribus, ac consuetudini accommodata esset, monerentque di-

ligenter, si quid in hac emendandum, substituendum, omittendumve videretur. Rescripserant complures provinciarum præsides, notabantque minutim singula, quæ emendata, omissa, aut contrahenda cuperent. Itaque rursum triumviris, qui Romæ propterea restiterant, data mandata sunt, ut secundis curis rationem studiorum cognoscerent, monitisque exterarum provinciarum in rem suam uterentur: quod illi ita naviter fecerant, ut ad finem denique adducerent, & jussu quintæ congregationis generalis anno 1599. ratio studiorum, quæ deinceps obtineret, typis Romanis ederetur. Hinc consectaneum erat, ut editio prima, tamquam imago quædam rudibus solum, & extimis lineamentis adumbrata, inductis deinde coloribus sponte evanesceret. Rei seriem, ne quid ex me comminisci videar, Jacobus Dominicus Societatis Secretarius in præfat. ad editionem anni 1599. ita complexus est. *Universa studiorum nostrorum ratio ante XIV. annos fieri, atque institui cœpta; nunc tandem absoluta, ac plane constituta ad provincias mittitur. Etsi enim — — eam multo ante perfici — — Generalis optaverat, id tamen hucusque commode fieri non potuit. Decuit enim in re satis ardua — — nihil plane definiri prius, quam provinciarum difficultates, ac postulata diligenter examinarentur. — — Quare quid quid initio a sex deputatis Patribus de omni studiorum nostrorum ratione, magno labore, atque industria disputatum, atque constitutum fuerat, eo consilio ad provincias missum fuit, ut — — harum rerum periti cuncta diligenter, & exacte perpenderent, ut, si quid in hac ratione minus commodum observarent, vel quod institui commodius posset, animadverterent, quid denique de tota hac ratione sentirent, adhibitis rationum momentis exponerent, quod cum omnes fere provinciæ strenue,*

atque viriliter præstitissent, omnia, quæ ab iis observata, vel proposita fuerant, Romæ iterum — — a tribus deputatis Patribus, qui in hunc finem Romæ subsiterant, sedulo recognita, Generalis — — in universam societatem mitti curavit, — — monuit tamen Provinciales omnes, ut, quoniam novæ institutiones ab experimento solidiorem firmitatem accipiunt, in suis quique provinciis, quid quotidianus discendi usus ostenderet, adnotarent, & Romam postea mitterent, ut extrema tandem operi manus admoveretur. — — Cum vero Provinciales, qui ad V. congregationem generalem venerunt, — — plerique omnes majorem in hac ratione brevitatem præter cetera desiderarent, magno sane labore factum est, ut tota ratio iterum diligenter examinaretur, — — & omnia, quoad fieri potuit, ad breviorem, commodioremque methodum redigerentur. — — Quare hæc studiorum ratio, quæ nunc mittitur, omnibus aliis, quæ antehac experimenti caussa missæ fuerant, servari in posterum debebit &c. Probatam fuisse plerisque hanc studiorum rationem Baro de Verulamio Lib. VI. de augment. scient. his verbis prodidit: *ad pædagogicam quod attinet, brevissimum foret dictu, consule scholas Jesuitarum: nihil enim, quod in usum venit, his melius.* Neque tamen propterea numeris omnibus absolutam fuisse contendo, cum multa in melius commutet dies, & usus

Quem penes arbitrium est.

RAVESTEYN (Judoci) confessionis, sive doctrinæ, quæ nuper edita est a Ministris, qui in Ecclesiam Antverpianam irrepserunt, & Augustanæ confessioni se assentiri profitentur, succincta

confutatio. Lovanii apud Petrum Zangrium sub sonte. 1567. in 8. *Libellus rarior.*

RAUVOLFFII (Leonhardi) aigentliche beschreibung der Raiss, so er von diser Zeit gegen Auffgang inn die morgenländer, fürnemlich Syriam, Judæam, Arabiam, Mesopotamiam, Babyloniam, Assyriam, Armeniam &c. selbs volbracht &c. Getruckt zu Laugingen durch Leonhart Reinmichel. 1583. in 4. M.

Editio *rara* constat Partibus IV. quarum ultima icones exoticarum herbarum continet.

RAYMUNDVS. Summula clarissimi, jurisconsultissimique viri Raymundi demum revisa, ac castigatione correcta, brevissimoque compendio sacramentorum alta complectens mysteria: de sortilegiis: symonia: furto: rapina: usura: atque aliis casibus, que in plurimis juris codicum voluminibus confusa, indistinctaque multiplicatione disperguntur, resolutiones abunde tradens pastoribus, sacerdotibus, omnibusque personis divino caractere insignitis summe necessaria. — Explicit Raymundi summula, opera ac diligentia acri elaborata, Clericis omnibus fertilissima, in nobili Helvetiorum urbe Argentina, impensis circumspecti viri Johannis Knoblouch impressa. 1504. in 4.

Opus *rarum* & Maittairio ad hunc annum prætermissum, carmine conscriptum est, subjunctis com-

mentariis bene prolixis. Pro ſpecimine affero quædam de ſortilegiis:

Hinc ego deberem recitare ſuperſtitiones
Quas faciunt homines ſtulti, quibus inficiuntur.
Simplicitas poterit compeſci ſtulta virorum,
Sed quis ſortilegas compeſcet ab hac mulieres?
Sectas & truſas harum qui ſcribere vellet,
Non compleret eas vitulorum pellibus octo &c.

RAYMUNDUS de Sabunde. Vide infra *Sabunde.*

RAYNAUDI (Theophili) Soc. Jeſu, corona aurea ſupra mithram Rom. Pontificis, ſelectorum titulorum, quibus Concilia, & Patres, Rom. Pontificis, & ſedis Apoſtolicæ majeſtatem coronarunt, illuſtrata collectio. Acceſſit confutatio novi erroris de Eccleſia bicipiti. Romæ apud hæredes Corbelletti. 1647. in 4. *Scriptum perrarum.*

——— Opera omnia tam hactenus inedita, quam alias excuſa, longo authoris labore aucta, & emendata. Acceſſit Tomus integer complectens indices XVII. in univerſum opus, omnium, quotquot prodierunt, locupletiſſimos. Lugduni 1665. Tomi XX. Vol. X, in fol.

Bauer ex Oſmont editionem Lugdunenſem anni 1685. & ſeqq. a *raritate* commendat, cum tamen hæc Nota magis noſtræ, quæ prima eſt, congruat.

RAYNERI Piſani. Vide ſupra *de Piſis.*

RAZI Albubetri, filii Zacharie liber, qui ab eo *Almansor* vocatus est, eo quod regis Mansoris Isaac filii precepto editus est, Cum expositione clarissimi doctoris Silvani de Nigris de Papia, — Venetiis per Bernardinum de Tridino, 1483. in fol. *Editio perrara.*

——— Contenta in hoc volumine. Liber *Rasis* ad almansorem. Ejusd. divisiones; liber de juncturarum egritudinibus: de egritudinibus puerorum; aphorismi; antidotarium quoddam; tractatus de preservatione ab egritudine lapidis; introductorium medicine; liber de sectionibus; & cauteriis, & ventosis: casus quidam qui ad manus ejus pervenerunt: Sinonima ejusdem: tabula omnium antidotorum: de proprietatibus, juvamentis, & nocumentis sexaginta animalium. Afforismi *Rabi Moysi.* Afforismi *Damasceni.* Liber secretorum *Hippocratis.* Ejusd. liber pronosticationis secundum Lunam in Signis, & aspectu Planetarum: liber, qui dicitur, *capsula eburnea*: liber de elementis, sive de humana natura: liber de aere & aqua, & regionibus: liber de farmaciis: liber de somniis ejusdem: libellus Zoar de cura lapidis. — Explicit hoc opus mandato & expensis nobilis viri domini Octaviani Scoti, civis Modoetiensis per Bonetum Locatellum Bergomensem. 1497. die septimo mensis Octobris Venetiis. in fol. *Collectio rara.*

REBUFFI (Petri) de Montepessulano, tractatus de Decimis tam feudalibus, quam aliis, Novalibusque, in quæstiones XV. digestus. Coloniæ 1572. in 8. *Liber infrequens.*

REGII (Vrbani) Symboli Christianæ fidei δηλωσις, seu commentariolus ex intimis scripturæ divinæ sacris depromptus, sine quo, ut hactenus latuit articulorum Christianæ fidei germanus intellectus, ita nuuc maxime utilis, & necessarius Christianis omnibus. in 8. sine l. & a.

Regii hujus scripta omnia *rarioribus* adnumerantur a Vogtio, & Gerdesio.

——— Erklerung der zwölff artickel Christlichs glaubens mit angezeygter Schrifft, wo sie gegründet sind. Wittembergæ. 1524. in 8.

——— Wie man fürsichtiglich und ohn ergernis reden sol von den fürnemesten artickeln Christlicher Lehre, für die jungen einfeltigen Prediger. Gedruckt zu Ulssen bey Michel Kröner. 1575. in 8.

——— weylandt superintendenten in Fürstenthumb Lüneburg, deutsche Bücher und schrifften. Norimb. 1562. in fol. Partes III.

——— Opusculum de dignitatè sacerdotum incomparabili ad amplissimum Antistitem D. Hugonem de Landenberg, Constantiensis ecclesiæ

fecti bibliothecæ. Hæ ad eos attinebant, qui sacerdotio insigniti fuere: reliquæ ad laicos, ut sunt regulæ Aeditui: Infirmarii: Janitoris: custodis vestium: emptoris, qui cibaria curabat: dispensatoris: qui ab illo emta Coquo tradebat, utriusque officii hujus administratio sæpe jungebatur: Præfecti Refectorii, seu triclinii: Coqui: Excitatoris: hujus intererat, stata hora mane dato campanæ domesticæ signo dormientes singilatim excire: denique regulæ illius, qui noctu cubicula visitabat. Exemplaris nostri possessor sua manu hæc adnotavit: *Liber hic emptus Bezkovii per Paulum Balassam L. B. de Gyarmath, ex oratoriæ facultatis in Universitate partim Viennensi, partim Tirnaviensi auditorem 1661. 17. Januarii, a Joanne Vizkeleti archididascalo Evangelistico Bezkovii.*

REIFFENBERGII (Justi) Emblemata politica. Herbornæ Nassoviorum. 1620. in 4.

Nota *raritatis* insignitur in catalogo Biblioth. Jo. Frid. Christii.

REINECCII (Reineri) Syntagma de familiis, quæ in monarchiis tribus prioribus rerum potitæ sunt: tertiæ Alexandri iis subjectis regnis, in quæ illa successorum bellis particulatim discerpta sunt &c. Addita est appendix de illustribus aliquot Græciæ regnis, hoc est, Argyvo, Mycenæo, Spartano, Messeniaco, Thebano, Arcadico. Item altera, de historia gentis Aeacidarum, & regum Atheniensium. Basil. ex offic. Henricpetrina. 1574. in fol.

——— Liber continens historiam quadri-

que historiam tam sacram, quam profanam. Accessit oratio de historiæ dignitate — — item panegyricus scriptus in honorem festivitatis, qua — — D. Henricus Julius Antistes Halberstadensis — — in episcopatus Mindensis possessionem inducetur. Ad calcem addita est commentatiuncula de Widechindo Magno &c, additus ad Rein. Reineccium liber epistolarum historicarum &c. per annos XVI. scriptarum. Helmestadii excudebat Lucius Transsilvanus, 1583, in fol, M. *Liber rarus.*

REINECKE de astutiis vulpeculæ libri IV. ex idiomate germanico latinitate donati &c, auctore Hartmano Schoppero. Francof, apud Busæum, 1584. in 12. *Editio rara.*

REINESII (Thomæ) de deo *Endovellico*, cujus memoria nullibi veterum monumentorum præterea, quam in inscriptionibus antiquis in villa Vizosa Lusitaniæ repereris, & post Resendium a Cl. Gruttero editis, exstat, commentatio parergica, Altemburgi per Ottonem Michaelem, 1637. in 4. M. *Scriptum insignis raritatis.*

REI rusticæ scriptores. M, Catonis lib. I. M. Terentii Varronis libb. III. L. Junii Moderati Columellæ libb. XII, Ejusd, de arboribus liber separatus ab aliis, Palladii libb. XIV. de duobus dierum generibus, simulque de umbris & horis, quæ apud Palladium, Impressum Florentiæ opera

ſtotelis philoſophia libri II. Cracoviæ impenſis Joannis Haller. 1510. in 4. *Editio rarior.*

RESCII (Stanislai) in aula Neapolitana legati regis Poloniæ epiſtolarum liber unus. Quibus non nulla ejusdem auctoris pia exercitia piis lectoribus non indigna pii quidam viri adjungenda putaverunt. Ex offic. Horatii Salviani, Neapoli apud Jo. Jac. Carlinum, & Antonium Pacem. 1594. in 8.

Liber, teſte Janòzkio, *admodum rarus:* altera epiſtolarum pars, quæ ibid. anno 1598. prodiit, multo rarior priore eſt, qua tamen caremus. Exemplar noſtrum ea etiam de cauſa magni faciendum, quod id author ſua manu *illuſtri D. Caſtellano Voinicenſi* inſcriptum dono dederit.

RESPONSUM Theologorum ſuper quæſtione: an pax, qualem deſiderant Proteſtantes, quæve nunc Monaſterii, & Oſnabrugi tractatur, ſit ſecundum ſe illicita? pro principiis Chriſtianis & veteris Eccleſiæ Catholicæ, ſummorumque Pontificum, ac SS. Patrum ſententia in judicio theologico *Erneſti de Euſebiis*, civis Romani explicata, & demonſtrata, a quodam anonymo Notis clancularriis oppugnata. 1648. in 4. ſine l. *Scriptum raro obvium.*

RETROFORTIS (Samuelis) Diſputatio ſcholaſtica de divina providentia, variis prælectionibus tradita Theologiæ candidatis in Academia Andicapolitana, in qua adverſus Jeſuitas, Arminianos,

REUCHLINI (Joan.) Idem opus, cum explanatione Jacobi Spiegel Seleſtani, Cæſarei Secretarii. Hagenoæ apud Thomam Anshelmum Badenſem. 1519. Menſe Majo. in 4. M. *Liber infrequens.*

REUSNERI (Nicolai) Principum, & Ducum Venetorum Liber I. Pictura item, & deſcriptio urbis Venetiarum cum elogiis clarorum virorum. Lavingæ per Leonard. Reinmichælium. 1579. in 8. *Liber rarior.*

———— & Georgii *Sabini*, Impp. ac Cæſarum Rom. a C. Julio Cæſ. uſque ad Maximilianum II. Auſtriacum breves, ac illuſtres deſcriptiones. Præterea Auſonii, Micylli, Urſini in eosdem Cæſares brevia & rotunda carmina. Lipſiæ. 1572. in 8. M.

———— Hodoeporicorum, ſive itinerum totius fere orbis libri VI. Opus hiſtoricum, ethicum, phyſicum, geographicum, nunc demum Jeremiæ Reuſneri fratris cura, ac ſtudio editum. Baſil. 1580. in 8. M.

Uterque liber in biblioth. Chriſtii, & apud Freytag notam *raritatis* habet.

RHENANI (Beati) Rerum Germanicarum libri III. Adjecta eſt in calce epiſtola ad D. Philippum Puchaimerum, de locis Plinii per St. Aquæum attactis, ubi mendæ quædam ejusdem

RIBADEINIRÆ (Petri) Vita Ignatii Loyolæ, qui religionem Clericorum Societatis Jesu instituit. Antverpiæ ex offic. Christoph. Plantini architypographi regii. 1587. in 12. M.

In catalogo biblioth. Feuerlinianæ *raris* adnumeratur. Rarior tamen est, & repertu difficillima editio prima, quæ Neapoli 1572. vulgata est.

——————— Appendix schismatis Anglicani: in qua de nonnullorum martyriis, ac de iis rebus agitur, quæ a primæ hujus Nicolai Sanderi partis publicatione, in Angliæ regno contigerunt. Opus novum, nunc primum ex Hispanico summa diligentia in latinum conversum. Coloniæ 1610. in 8. *Liber rarus.*

RIBERÆ (Francisci) Soc. J. commentarii in librum XII. Prophetarum. Cum quatuor copiosis indicibus. Colon. ex offic. Birckmaniana. 1599. in fol.

Biblioth. Saltheniana editionem Bruxellensem anni 1605. in 4. quæ ordine quarta est, *perraris* accenset. Prima enim fuit Romana anni 1590. in 4. & tertia Coloniensis anni 1600. in fol.

RICCIARDI Brixiani commentaria symbolica in II. Tomos distributa, in quibus agitur, de Adamica lingua, antiquissima Aegyptiorum philosophia &c. Venetiis 1591. in fol. *Liber raro obvius.*

RICCII (Pauli) Statera prudentum. Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum, interficiens

inimicitias per crucem. Eph. 2. Christo Nazareno, regno cælorum duci, tribunis, antesignanis, & cohortibus crucis compendiatum, & omni attentione dignum. hoc Pauli Riccii opus desudat. Libellus lectori.

Cui pietas cordi est, cui displicet impia rixa,
Me legat, & nostris conferat is vetera.

Anno 1532. die Marcii XXII. in 8. sine loci indicio.

Editio *rara*: finem opusculi typographus in hæc verba concludit: *ne te offendat optime lector, quod in hac editione diphtongos non observarim: non enim negligentia id factum, sed quod nullas tum in promptu habuerim. Hec te, ne forte alicubi imprudens impingas, premonere volui.*

RICCIOLI (Joan. Bapt.) Soc. Jesu, chronologia reformata, & ad certas conclusiones redacta. Tomi III. Bononiæ ex typogr. hæredis Dominici Barberii. 1669. in fol.

Opus *rarum* teste catal. biblioth. Salthenianæ. Tom. II. continet ætates mundi, & tria chronica: Tom. III. catalogos plurimos personarum, rerumque insigniorum, cum earum temporibus.

——————— Astronomia reformata ad serenissimum D. Ferdinandum Mariam Bavariæ &c. Ducem. Tomi II. Bononiæ ex typogr. hæredis Victorii Benatii. 1665. in fol.

——————— Geographiæ, & hydrographiæ re-

formatæ, nuper recognitæ, & auctæ libri XII. Venetiis, typis Joan. La Noù. 1672. in fol.

Utrumque librum Bauer ex Osmqnt *rarum* esse affirmat.

RICCIOLI (Joan. Bapt.) Almagestum novum, astronomiam veterem, novamque complectens, observationibus aliorum, & propriis, novisque theorematibus, problematibus, ac Tabulis promotam, in III. Tomos distributam. Bononiæ ex typogr. hæredis Victorii Benatii. 1651. in fol. Vol. II.

Liber *rarus*. Cogitabat author, ut in titulo fatetur, materiam hanc tribus Tomis complecti, sed, cum ne ipse quidem Sotvellus plures recenseat, videtur morte præventus rem adfectam reliquisse. Re enim vera duo hæc vol. primum dumtaxat Tomum conficiunt, in duas partes tributum. Tomum II. cogitabat Libris V. absolvere, quorum I. Trigonometricus: II. Organicus: III. Opticus: IV. Geographicus: V. Chronicus essent. Tomo III. volébat complecti observationes Solis, Lunæ, eclypsium, Fixarum, & Planetarum minorum: tum primi, & secundorum mobilium præcepta & tabulas, tum reliquas tabulas astronomiæ, aut cosmographiæ servientes cum adjunctis præceptis.

RICCOBONI (Antonii) de gymnasio Patavino commentariorum libri VI. Quibus antiquissima ejus origo, & multa preclara ad Patavium pertinentia, Doctoresque clariores usque ad annum 1571. ac deinceps omnes, quot quot in eo floruerunt, & florent, eorumque controversiæ,

Comitia Statuum, & ordinum inclyti regni Hungariæ feliciter descendenti, summæ gratulationis ergo oblatæ. Viennæ Austr. typis Margarethæ Formicæ viduæ. 1607. in 4. M.

Liber *admodum rarus* in ipsa etiam Hungaria. Author in dedicatione genuino nomine se subscribit: *Adamus Wolphi e Nagy-Répen*: hinc ortum: *Ripnianus.*

RITII (Michaelis) Neapolitani, de regibus Francorum libb. III. de regibus Hispanorum libb III. de regibus Hierosolymorum lib. I. de regibus Neapolis, & Siciliæ libb. IV. de regibus Hungariæ libb. II. Basil. apud Joan. Frobenium. 1517. in 4. M.

Teste catalogo biblioth. Solgerianæ *libri rari editio rarissima.*

RITTERI (Mathiæ) Ecclesiastis Francofordiensis expositio consultationum, & actorum de religione in Comitiis Augustanis. 1578. in 4. sine loci indicio.

Opus *perrarum*: libri possessor olim fuit *Philippus Comes a Solms*, qui illum Isaaco Abrahamidæ dono dederat, in id Pauli: *pietas ad omnia utilis*: ita commentatus:

Ver hyememque biceps promittit Janus ut anno,
Sic spondet Domini tempora bina timor.
Mundus tristis hyems: æstas est vita futura:
Sed pietas, felix ver sit, hyemsque, dabit.

S 3

Hæc memoriæ quasi monumentum relinquens Isaaco Abrahamidæ, Pastori ecclesiæ Veterisoliensis, amico suo scripsit, composuitque Philippus Comes a Solms die Maji 10. anno 1600. Veterosolii: suum discessurus 16.

Scriptum *valde rarum*, ut pleraque præstantissimi hujus authoris apud nos esse solent.

Liber *rarissimus*, quod in ipso sui ortu una cum authore Georgio Martinusio, hic enim libellum excudi jusserat, pene interierit. Recudi fecit, ac erudito commentario illustravit Cl, Matthias Belius in Apparatu ad Hist. Hungariæ Dec. I. Monumento V. Ceterum libellus ad cognoscenda nomina baptismalia idiomatis patrii, & geographiam medii ævi apprime utilis est.

Calvinifmi damnato a Petro Paulo de Bellis Italo, ordinis Prædicatorum, apoftata. Editio altera, Parifienfi nitidior. *Benedicite omnes beftiæ, & pecora Domino.* Daniel. 3. Lugduni, fumptibus Claudii Landry. 1630. in 12.

Parifina editio prodiit eodem anno, & *rariffimis* a Vogtio, & Freytagio accenfetur. Sunt, qui opufculi authorem Theophilum Raynaldum fuiffe dicant.

RIVII (Joan.) de admirabili Dei confilio in celando myfterio redemptionis humanæ libb. III. Bafil. ex offic. Joan. Oporini. 1545. in 4.

Liber *rarior*, ut omnia Rivii fcripta effe dicuntur.

ROBERTI Monachi hiftoria de bello Chriftianorum Principum, præcipue Gallorum, contra Saracenos anno falutis 1088. pro terra fancta gefto. Bafil. excudebat Henr. Petrus. 1533. in fol.

Liber *admodum rarus.* Additi quoque funt alii fcriptores. *Carolus Verardus* de expugnatione regni Granatæ quæ contigit abhinc 42. anno per Catholicum regem Ferdinandum. *Chriftoph. Columbus* de prima infularum in mari Indico fitarum luftratione, quæ fub rege Ferdinando facta eft. De legatione regis Aethiopiæ ad Clementem Pont. VII. & regem Portugalliæ: item de regno, hominibus, atque moribus ejusdem populi, qui Troglodítæ hodie effe putantur: *Jo. Bapt. Egnatius* de origine Turcorum, & *Pomp. Lætus* de rortu Mahometis.

ROBLES (Joan.) Hiftoria de fanctiffima cruce Caravacenfi, primum hifpanice confcripta, dein-

dixerunt, volumus te adorare, quia divinitas in te est. Si hoc non esset, non emergerent tibi prospera. Qui renuens inducias postulavit, & ad se Sibillam Tiburtinam vocari fecit: cui, quod senatores dixerunt, recitavit, & que spatium trium dierum petiit, ut sibi consuleret: in quibus artum jejunium operata est. Post tres dies respondit imperatori: sit judicii signum, tellus sudore madescit, de celo rex venit per secula futurus: illico postquam dixisset hoc, celum apertum est, & splendor maximus irruit super eum, viditque in celo virginem pulcherrimam, & puerum in brachiis tenentem super altare Dei, quod miraretur valde. Qui statim procidit in terram, & adoravit Christum venturum; quod recitavit senatoribus, de quo mirati sunt valde. Et fuit hec visio in camera Imperatoris, ubi nunc est ecclesia sancte Marie in capitolio, & ideo vocatur sancta Maria ara celi, & est ecclesia fratrum minorum. Bauerus similis libri, titulo: *Mirabilia Romæ*: plures editiones censet, Tarvisinam anni 1475. in 4. Romanas annorum 1481. 1499. & 1500. in 8. Nostrum exemplar videtur mihi typum seculi XV. referre.

ROMÆ urbis septem Ecclesie principales. in 8. sine l. & anno. pagg. 53.

Author opusculi inchoat ab urbe condita, & regibus Romanis: tum, præteritis Consulibus, Imperatores recenset a Julio Cæs. ad Constantinum M. a cujus baptismo occasionem sumit disserendi de urbis Ecclesiis. Initium hoc est: *Sanctus Silvester papa scribit in cronica sua, quod Rome fuerunt 1405. ecclesie, quarum maior pars est destructa: & inter illas sunt VII. principaliores* &c. De Lateranensi hos versus subjungit:

Dogmate papali datur ac ſimul imperiali
Quod ſim cunctarum mater caput ecclesiarum.
Hinc Salvatoris celeſtia regna datoris
Nomine ſanxerunt cum cuncta peracta fuerunt.
Sic ſumus ex toto converſi ſupplice voto
Noſtra quod hec edes tibi Chriſte ſit inclita ſedes.
Hec eſt papalis ſedes & pontificalis,
Preſidet & Chriſti de jure vicarius iſti,
Quia jure datur, ſedes Romana vocatur,
Deberet & vere niſi ſolus papa ſedere
Gloria ſublimis, alii ſubduntur (in) imis.

Præter VII. principales eccleſias, etiam minores alias ſingilatim recenſet, diligenter notans, quæ Sanctorum exuviæ in qualibet aſſerventur. Ubi agit de eccleſia ad S. Sabbam, memorat videri illic ſepulcrum *Titi*, & *Veſpaſiani*, cum hac inſcriptione:

Conditur hoc tumulo Titus cum Veſpaſiano
Patre felici, ſed eminent proſpera Titi,
Hieruſalem premens domini emulos fremens
Aper de ſilva ferus ſingularis in hoſtes,
Expugnat vineam Sabaoth ſternendo laborem,
Reddit & congruam vindictam populo nequam.

Meminit etiam fabulæ de Joanna Papiſſa. Frons libelli ſcutum Pontificium, & in hoc bovem exhibet: itaque ſuſpicor, libellum tempore Alexandri VI. qui ab anno 1492. ad an. 1503. ſedit, editum fuiſſe.

ROMANE Curie ſtilus. in 4. ſine loci & anni indicio.

Eſt opuſculum folior. 10. typo monaſtico exſcriptum, ſi non ſeculo XV. ut tamen reor, certe XVI. initiante.

Gesta ROMANORUM cum applicationibus moralisatis, ac misticis. — Ex gestis romanorum cum pluribus applicatis hystoriis de virtutibus & vitiis mystice ad intellectum transsumptis recollectorii finis. 1499. in octava epiphanie domini. in fol. sine loci nota. *Editio rara.*

ROMANORUM legum exceptiones cum tractatu exceptionum, earundemque longinquitate. Impressum per Johannem Schott in inclita civitate Argen. 1500. in 4.

Liber rarus, & a Maittairio omissus.

RONDELETTI (Guiliel.) Libri XVIII. de piscibus marinis, in quibus variæ piscium effigies expressæ. Lugduni 1554. in fol.

In catalogis biblioth. Lehmannianæ, & Salthenianæ refertur inter *rariores.*

ROO (Gerardi de) Annales rerum belli, domique ab Austriacis Habspurgicæ gentis Principibus a Rudolpho I. usque ad Carolum V. gestarum, ex optimis quibusque cum typo cusis, tum MSS. authoribus, publicis item, ac privatis rerum monumentis, summo studio conquisiti, & in libros XII. per *Gerardum de Roo*, serenissimi Austriæ Archiducis Ferdinandi &c. olim Bibliothecarium congesti, & *Conradi Decii* a Weidenberg ejusd. suæ Serenitatis Secretarii opera & sumptibus

nunc demum in lucem editi. Oeniponti excudebat Joannes Agricola. 1592. in fol. M.

Teste Vogtio, & binis catalogis Schwarziano, & Feuerlini *editio rarissima* ac pernitida. Causam raritatis plerique hinc repetunt, quod 100. duntaxat exemplaria edita, & inter Principes viros distributa fuerint. Tituli frons scutum Austriæ, aversa Facies Ferdinandi Archiducis protomam cum tetrasticho exhibet: sequitur Decii ad eundem dedicatio, Rudolphi II. privilegium: hinc authorum, quibus usus est, elenchus & arbor genealogica Domus Austriacæ: tum Osvaldi Portneri poemation epicum paraphrasticum, denique 48. imagines Insigniorum earum provinciarum, in quas jus est Domui Austriacæ, subjecto ubique tetrasticho, quo juris fundamenta indicat. De Hungariæ Insigni ita:

Quattuor Albertus tractandas sumpsit habenas
Regnorum, Austriacum sceptraque prima tulit,
Nupta quod illius thalamo, lectoque jugali
Nata Sigismundi Regis Elyssa fuit.

ROSÆCRUCIANORUM seu *Fraternitatis de Rosea Cruce scripta* in utramque partem edita, plerique inter *rariora* referunt. Quæ in nostra bibliotheca exstant, isthic ordine alphabeti recensebo.

BERICHT gründtlicher, von dem Vorhaben, gelegenheit und Innhalt der löblichen Bruderschafft des Rosen Creutzes, gestellt durch einen unbenannten, aber doch fürnehmen derselbigen Bruderschafft mitgenossen. Francof. apud Joan. Bringerum. 1617. in 8.

ROSÆCRUCIANORUM ſcripta.

CAMPIS (Juliani de) Sendbrieff oder Bericht an alle, welche von der neuen Brüderſchafft des Ordens vom Roſen Creutz genant, etwas geleſen &c. 1615. in 8. ſine l.

CLYPEUM veritatis: Das iſt, kurtze, jedoch gründtliche Antwort reſpective, und verthädigung, auff alle und jede ſchrifften, und Miſſiven, welche an und wider die hochlöbliche ſeelige Fraternitet des Roſencreutzes bishero in offendlichen Truck gegeben, und ausgeſprengt worden. 1618. in 8. ſine l.

Addita in fine eſt dodecas epigrammatum latinorum ad calend. Januarii anni 1615. Fratribus Roſeæ Crucis ſtrenæ loco a F. G. Menapio transmiſſa.

ECHO der von Gott hocherleuchter Fraternitet des löblichen Ordens R. C. Erſtlich gedruckt zu Dantzig bey Andreæ Hünefeldts. 1616. in 8.

FAMA Fraternitatis, oder Entdeckung der Bruderſchafft des löblichen Ordens des Roſencreutzes. Beneben der *confeſſion*, oder Bekanntnus derſelben Fraternitet, an alle Gelehrte und Häupter in Europa geſchrieben &c ſampt dem Sendſchreiben *Juliani de Campis*, und *Georgii Moltheri* &c. Francof. 1617. in 8.

FAMA e Scanzia redux. Buccia jubilei ultimi, Evæ hyperboleæ prænuncia, Europæ cacumina ſuo clangore feriens, inter colles, & convalles *Araba*

2. An theologia ſit argumentativa? Negatur. — — — beſchrieben durch M. A. O. T. W. 1617. in 8. ſine l.

ROSÆCRUCIANORUM ſcripta.

HELIAS Tertius: das iſt, Vrtheil oder Meinung von dem hochlöblichen Orden der Bruderſchafft des Roſencreutzes, zur Antwort uff deroſelben zwo unterſchiedene Schrifften, deren die erſte: *Fama:* die andere: *Confeſſio*, intitulirt worden. Geſtellet durch einen der Artzney Doct. 1616. in 8. ſine l.

JUDICIA Cl. Cl. aliquot, ac doctiſſimorum virorum, locorum intervallis diſſitorum, graviſſima de ſtatu & religione Fraternitatis celebratiſſimæ de Roſea cruce, partim ſoluta, partim ligata oratione conſcripta &c. Francof. typis Joan. Bringeri. 1616. in 8.

LIBAVII (Andreæ) wolmeinendes Bedencken von der *Fama*, und *Confeſſion* der Brüderſchafft des Roſencreutzes, eine univerſal Reformation, und Umbkehrung der gantzen Welt vor dem jüngſten Tag zu einem irrdiſchen Paradeys, wie es Adam vor dem Fall inne gehabt &c. Francof. 1616. in 8.

MAIERI (Michaelis) Themis aurea, das iſt, von den Geſetzen und Ordnungen der löblichen Fraternitet R. C. Ein ausführlicher Tractat, und

Cæs.

Cæſ. Ferdinando III. ceu rege Apoſtolico, & illuſtriſſimis Ungariæ Proceribus pro Mariani Ordinis cœnobiis in regno Mariano recuperandis. Viennæ Auſtriæ. 1649. in 4. M.

Libellus *admodum rareſcens* uſui maximo ſcriptoribus rerum Hungaricarum futurus erat, ſi author cœnobiorum nominibus ubique diplomata adjeciſſet.

ROSWEYDI (Heriberti) Ultrajectini Soc. Jeſu Theologi, de vita, & verbis ſeniorum Libri X. Hiſtoriam eremitarum complectentes: auctoribus ſuis, & nitori priſtino reſtituti, ac notationibus illuſtrati. Accedit onomaſticon rerum, & verborum difficilium cum multiplici indice. Lugduni ſumptibus Laurentii Durand. 1617. in fol.

Editio quamquam ordine ſecunda, tamen *rara*. Prima Antverpiæ prodiit an. 1615. typis Plantinianis. Author argumentum critice pertractat, deditque hoc ſuo conatu occaſionem, ut hagiographorum Societas in Belgio coorta, pari ſtudio Acta Sanctorum concinnaret, ut ipſi in præfat. ad Tom. I. Januarii candide fatentur. Egi de his Part. I. pag. 7. & 8. ubi de continuatione operis ſubdubitabam. Nunc Cl. *Mich. Deniſii* litteris edoctus ſum, juſſu AUGUSTÆ NOSTRÆ laborem hunc naviter pertendi: Coiviſſe in ſocietatem, qui jam prius in hac arena deſudarunt. *Byeum*, *Bucæum*, & *Hubenſium* Bruxellis in Abbatia Canonicor. Regularium Caudenbergenſi, ſeu montis frigidi, quam ſibi, & ſtudiis opportunam delegerint, & proxime Tom. IV. Octobris ab iisdem vulgandum eſſe.

——— De fide hæreticis ſervanda ex decreto concilii Conſtantienſis Diſſertatio cum *De-*

T

Augusti Polonorum regis carmen extemporaneum. Cracoviæ apud hæredes Marci Scharffenberger. 1553. in 4. M.

Scriptum rarissimum. Apud Bauerum sine dubio irrepsit error typicus in anno 1513.

RUBEI (Hieronymi) historiarum Ravennatum libri X. Venetiis. 1572. in fol. *Editio prima, & perquam rara.*

RUBII (Joan. Longi) Ain neu Byechlein von der loblichen Disputation offenlich gehalten vor Fürsten und vor Herrn, vor hochgelerten und ungelerten in der werden hoch gepreysten stat Leipsig, in reymen weys durch Joan. Rubium in der mynderen zal nach Cristi geburt. 19. (1519.) in 4. sine loci indicio. folior. 14.

Libellum oportet esse *rarissimum*, quod illius mentionem nuspiam repererim. Nomina disceptantium fol. 2. autor prodit: *der dreyen hochgelersten Doctorsen der hayligen schrifft namen seind als hernach volgt, nemlich Joannes Eckius von Ingelstat, Andreas Pottenstein von Karlstat, Martinus Luther von Wittenberg.* Materia disceptationis fuere: bona operæ, indulgentiæ, & potestas Pontificia. Finis opusculo ita imponitur: *was der grob Wittenbergerisch Nemo seiner hochen schül für lob und eer mit seinen lugenhafftigen und schnöden büchlein hat eingeleget; volget hie.* Sunt autem versus sub nomine *Neythart*: primi sic habent:

d' Urbino. Venetiis apud Giolitum. 1590. in fol.
Editio prima, & perrara.

S.

SAAVEDRÆ (Didaci) Symbola Christiano-politica. Seu idea Principis Christiano-politici, centum Symbolis expressa. Bruxellæ excudebat Joan. Mommartius suis, & Francisci Vivieni sumptibus. 1649. in fol. cum figg.

Liber *perrarus*: Bauer ex Gerdesii floril. Amstelodamensem editionem anni 1655. in 12. raris quoque accenset. Bruxellensis editio videtur prima ex latinis esse, ut typographi in dedicatione ad Ferdinandum Franciscum Hung. & Boh. regem indicant. Symbola tamen uno plura sunt, quam titulus promiserit; quibus in fine author hispanicum tesseradecastichon de mortis certitudine subjungit.

——— Idea de un Principe politico Christiano representada en cien empresas, dedicada al Principe de las Espannas nuestro Sennor. En Amberes en casa de Jeronymo y Juan. Bapt. Verdussen. 1659. in 4.

Editio in nostris ditionibus rarissime obvia.

SABELLICI (M. Antonii) Rerum Venetarum ab urbe condita ad Marcum Barbadicum sereniss. Venetiarum Principem, & Senatum Libri

XXXIII. — Hoc opus impressum Venetiis arte & industria optimi viri Andreæ de Toresanis de Asula. Anno 1487. die XXI. Madii. Augustino Barbadico inclyto principe, in fol. mai.

Editio plerorumque testimonio *princeps*, & *rarissima*: addo, etiam *nitidissima*, seu typum, seu chartam spectes, verum non optime conservata: ita enim in principio, & fine labefacta putore & squallore est, ut nisi mature illi consulatur, vitium tractura sit irreparabile. Addit de los Rios precium hujus editionis in dies magnopere augeri.

SABELLICI (M. Antonii) Rapsodiæ historiarum Enneadum ab orbe condito, Pars I. quinque complectens enneades: præmissis earundem repertoriis auctis & recognitis ab Ascensio cum authoris epitomis. In ædibus Ascensianis ad Nonas Novemb. Anno pietatis Christianæ. 1516. in fol.

———— Posterior pars ejusdem Rapsodiæ historiarum, continens sex enneades reliquas cum earundem repertoriis, & epitomis. — Rapsodia historiarum ab orbe condito, in annum usque salutis nostræ M. D. IIII. optatum iterum recepit finem in ædibus Ascensianis: ad Idus Februarias anni ad calculum Romanum 1517. in fol. *Opus rarum*.

———— epistole breviores ex elegantissimo epistolarum opere pro rudibus latini sermonis adolescentibus extracte, & suis argumentis illustrate.

Ejusd. carmen ex (de) rerum & artium inventoribus. Erphordie. 1539. in 8. M.

Editio *rara*, Insunt libello epistolæ sex ad *Antonium Bonfinem*, alias Bonfinium, qui filium Sabellici instituerat, & postea historiam Hungariæ scripsit, datæ, quæ ad ejus biographiam non prorsus nihil conferre possint.

SABINI (Franc. Floridi) apologia in M. Accii Plauti, aliorumque poetarum, & linguæ latinæ calumniatores. Ejusd. libellus de legum commentatoribus. Lugd. 1537. in 4.

———— Idem opus secundis curis auctum, additisque libris III. de C. Julii Cæsaris præstantia, item libris III. lectionum succisivarum nunquam antea excusis. Basil. 1540. in fol. *Utraque editio infrequens*.

SABUNDE (Raymundi de) Theologia naturalis, sive liber creaturarum, specialiter de homine, & de natura ejus, in quantum homo & de his, quæ sunt ei necessaria ad cognoscendum seipsum, & Deum, & omne debitum, ad quod homo obligatur tam Deo, quam proximo. Argent. ex offic. Martini Flach junioris. 1501. in fol. *Editio perrara*.

SACERDOTUM, & Curatorum promptuarium, seu Manuale, in quo facie sequenti annotata continentur obsequentia. Pelsnæ apud Johan. Peck calcographum. 1529. in 8.

Libellus *admodum rarus* continet benedictiones, & exorcismos secundum ritum Ecclesiæ. Speciales ex his, præter *catechismum famulorum seu masculorum*, *famularum seu femellarum*, sunt: *benedictio peregrinorum in eorum exitu: benedictio herbarum in die assumptionis beatæ Mariæ Virginis: benedictio avenæ in festo S. Stephani.*

SACHSENSPIGEL uffs new durchaus corrigirt und restituirt, allenthalb wu dye text vorandert und unvorstentlich gewest, mit vil nawen adicionen aus gemeynen Keysserrecht gezogen, sampt eynem volkommen nützlichen nawen gemerten repertorio, auch mit tzwey und zwentzigk artickeln und ursachen, wurümb die selbigen ynn dem Sachsenspyegell vorworffen, auch mit vyl newer dewtung des Sachsenspiegels. Item vyl urtell der werden Schœppen tzu Magdeburgk &c. in fol.

Annum & locum editionis, quod exemplar nostrum in fine mutilum est, ignorare cogor. Orthographia tamen germanica videtur indicare, editionem satis vetustam esse.

SACHSII (Henrici) Libri III. contra positorum, sive, ut apertius, & planius dicatur, contrariorum in speciem utriusque Testamenti locorum, licet re ipsa adeo nihil differentium, ut maxime concordent, jam recens inter vetustissimos quosdam codices reperti. Apud Sanctam Coloniam. 1532. in 8. *Liber rarus.*

SACROBOSCO (Joan. de) natione Angli, Ophus Sphericum figuris verissime exsculptis iterata recognitione illustratum. Coloniæ typis Henrici Quentl anno supra jubileum magnum quinto. (1505.) in 4.

Author alias quoque *de Sacrobusto* dici solet.

——————— Sphera cum commentariis Dominici Francisci Capuani de Manfredonia. — Impressio Veneta per Joan. Rubeum & Bernardinum fratres, Vercellenses ad instantiam Junctæ de Junctis Florentini. 1508. in fol.

Conjuncta sunt alia quoque opuscula, ut *Petri Aliacensis* Cardinalis, & episcopi Cameracensis Doct. Parisini in eandem Sphæram Quæstiones XIV. item *Roberti Linconiensis* episcopi Sphæræ compendium, & *Joan. Regiomontani* contra Cremonensia in planetarum theoticas deliramenta institutum colloquium inter V. & C. hoc est, inter Viennensem & Cracoviensem.

——————— Textus de sphera cum additione, quantum necessarium est, adjecta: novo commentario nuper edito ad utilitatem studentium philosophice Parisiensis Academie illustratus, cum compilatione anuli astronomici *Boni Latensis*, & geometria *Euclidis* Megarensis. Impressum Parisii in officina Henrici Stephani e regione schole decretorum sita. Anno Christi siderum conditoris 1511. decimo die Novembris. in fol.

Typus monasticus. Commentarii in sphæram sunt

Jac. Fabri Stapulensis : Bonetus de Latis de anulo astronomico præfatur ad Alexandrum VI. Pont. Gente erat Hebræus, & Medicus Provincialis: in fine erratorum veniam petit:

Parce precor rudibus, que sunt errata latino:
Lex hebræa michi est, lingua latina minus.

SACROBOSCO (Joan. de) Opusculum de Sphæra. Theoricæ planetarum excellentissimi astronomi *Georgii Purbachii* Magistri Viennensis, quo Joannes de Monteregio olim usus est præceptore. Figuræ item summa diligentia suis ubique locis appositæ, ex quibus perfacile autoris sensus utrobique intelligi potest. Impressum Viennæ Pannoniæ per Joannem Singrenium. Expensis vero Lucæ Alantsæ bibliop. Viennen. 1518. pridie Idus Augusti. in 4.

Omnes hæ, quas recensui, editiones raræ sunt.

SADOLETI (Jacobi) episcopi Carpentoractensis de bello Turcis inferendo oratio. Ejusdem argumenti *Othonis Brunfelsii* ad Christianos Principes oratio. *Jacobi Fontani* de Rhodii expugnatione epistola. *Petri Nannii* Alcmariani declaratio. *Lodovici Vivis* de vita Christianorum sub Turca opusculum. Basil. per Thomam Platterum. 1538. in 8.

Liber *rarus*, ut pleraque Sadoleti scripta apud nos sunt.

——————— De laudibus philosophiæ libri II. in quibus omnis cum veterum, tum recentiorum disceptatio, qua quidam vehementer laborarunt,

discutitur. Basil. apud Nicol. Brylingerum. 1541. in 8.

Præmittit tetrastichon græcum Nicol. Borbonius Vandoperanus, cui latinum octastichum conjungit, hujus extrema eloquentiam Sadoleti mire commendant:

Esse magis brutos homines ego judico brutis,
Quos tua non fando flexerit alma charis.

SADOLETI (Jacobi) Epistolæ de dissidiis religionis, Jac. Sadoleti Cardinalis; Jacobi Omphalii assessoris Imperatorii, & Joannis Sturmii. Argent. apud Cratonem Mylium. 1539. Mense Septembri. in 8. M.

——————— In Pauli epistolam ad Romanos commentariorum Libri III. Sebastianus Gryphius Germanus excudebat Lugduni. 1536. in fol.

Dedicatio authoris est ad Franciscum Galliarum regem, in quam ex margine Joannes, & Georgius Xylandri, qui exemplaris nostri possessores erant, multa adnotarunt, quorum aliqua parum in regem decora sunt.

SAIDINI chronicon Turcicum. Vide *Bratutti* Vincentii, Part. I. pag. 188.

SALAZAR (Joan. Tomayo) Anamnesis, sive commemoratio omnium Sanctorum Hispanonorum, Pontiff. Martyr. Confessor. Virginum, viduarum, ac sanctarum mulierum — — ad ordinem & methodum Martyrologii Romani, cum

dictum existat. Quod quidem opus ad laudem ipsius Jesu, totiusque Trinitatis, ac Virginis gloriose, & omnium SS. favente presidio, & precipue beatorum Tiburcii & Valeriani martyrum, quorum solennitas hodie agitur a christicolis, nec non & simplicium confessorum utilitatem, ut prologo premittitur, expletum est in Nuremberg imperiali civitate partis Germanie: per Anthonium Koberger inibi concivem. Anno currente. 1488. Sit laus Deo. in fol.

Editio *rara*: in fine ante indicem additur Bulla Sixti Papæ IV. de casibus Pontifici reservatis. Romæ apud S. Petrum 1479. die III. Kal. Januarii data: hanc sequuntur elegi authoris incerti in commendationem operis.

SALMASII (Claudii) de Hellenistica commentarius, controversiam de lingua Hellenistica decidens, & plenissime pertractans originem, & dialectos græcæ linguæ. Lugd. Batav. ex offic. Elzeviriorum. 1643. in 8.

——— Funus linguæ Hellenisticæ, sive confutatio exercitationis de Hellenistis, & lingua Hellenistica. Cui libet exequias ire Hellenisticæ, i licet. Ecce illa jam effertur. Lugd. Batav. ex offic. Joan. Meire. 1643. in 8.

Adjunctum est ossilegium Hellenisticæ, sive appendix a peonfutationem exercitationis de Hellenistica.

Catilinæ defensionem adversus M. T. accusationem. Ejusdem in M. T. invectivam. Crispi Salustii vitam. Marci Tullii in Crispum Salustium responsum, sive invectivam. in fol. sine an. & loco.

Atque hæc in fine libri habentur: Initium enim titulo caret, inchoatque confestim: *Omneis homines*, &c. typus elegans cum sola signatura: litteræ initiales minusculæ in primo solum folio visuntur, deinceps absunt aliquamdiu, ac in fine rursum comparent. Nulli quoque adsunt commentarii. Ad calcem exstat Justiniani Romani ad lectorem monitio, in qua hæc: *dum legeris Joannem Vercellensem opificem, & Franciscum cognomento Madium impressionis auctorem* &c. An hinc conjici possit, exemplar nostrum anno 1494. quo Maittairius Tom. I. pag. 232. Vercellensem sine loci nomine memorat, prodiisse, alii existiment.

SALUSTIUS (C. Crispus). Opera Salustiana. In C. Crispi Salustii opera Ascensii familiaris interpretatio. In cujus complexu hæc opera continentur omnia. Epistola Pomponii Læti de ejusdem recognitione. Salustii vita cum ejusdem explanatione. Historiæ descriptio, species, & utilitates. Historici stili XX. præcepta. C. Crispi Salustii conjuratio, & bellum Catilinarium. Bellum Jugurthinum. Portii Latronis in Catilinam declamatio. Philip. Beroaldi invectivarum Ciceronis commendatio. M. T. Ciceronis in Catilinam invectivæ quinque. L. Sergii Catilinæ in Ciceronem responsivæ duæ: Ejusd. in Cicer. invectiva. M. T. Ciceronis in eundem

SALUSTII (C. Crispi) Bellum Catilinarium. Item bellum Jugurthinum ejusdem. Item variæ orationes ex libris ejus excerptæ. Item C. Crispi Salustii vita. Lector eme, lege, & probabis. Argent. ex ædibus Schurerianis. 1512. Tempus observa. Regnante magnanimo Imp. Cæs. Maximiliano. Aug. P. Q. P. in 4.

Editio rara, & Fabricio, ut prior, ignota.

——— De conjuratione Catilinæ. Ejusd. de bello Jugurthino. Orationes quædam ex libris historiar. C. Crispi Sallustii. Ejusd. oratio contra M. T. Ciceronem. M. T. Ciceronis oratio contra C. Crispum Sallustium. Ejusd. orationes quatuor contra L. Catilinam. Porcii Latronis declamatio contra L. Catilinam. Quæ omnia solerti nuper cura repurgata sunt, ac suo quæque ordine optime digesta. Venetiis per Franciscum Garonum. 1526. Idibus Januarii, in 8. M.

Editionem *perraram* esse illinc licet conjicere, quod illius nec Fabricius, nec Maittairius, nec, quos Bauer excitat, meminerint. Præfatur ad lectorem Franciscus Asulanus, ad Bartholomæum Livianum Venetarum copiarum Gubernatorem, & instauratorem Romanæ militiæ Aldus Manutius, qui duo antiquissima exemplaria a Joanne Lascari, & Jucundo Veronensi Lutetia Parisiorum allata, & secum communicata esse testatur, secundum quæ hanc editionem adornarit, locumque illum, qui in principio belli Catilinarii corrupte habetur: *ita imperium semper ab*

optimo quoque ad minus bonum transfertur: ita, ut re ipsa esse debet, restituisse: *ita imperium semper ad optimum quemque a minus bono transfertur*. Typus est Aldino persimilis: itaque videtur mihi editio hæc ad normam Aldinæ anni 1521. exscripta esse.

SAMBUCI (Joan.) Pannonii, Oratio in obitum generosi, ac magnifici adolescentis *Georgii Bona* Transsilvani, domini in Landseehr, & Lakenbach, qui mortuus est VI. Sept. anni 1559. Patavii Gratiosus Perchacinus excudebat. 1560. in 4. M.

Scriptum *rarissimum*, Czwittingero, & Authori *Memoriæ Hungarorum* &c. ex Gesneri bibliotheca quidem notum, sed sine loci, & anni indicio consignatum. Addita sunt in fine multorum epigrammata, ex quibus eminent Nicolai Istvansii latinum, & Andreæ Dudithii græcum. Erat *Georgius Bona* Nicolai Olahi archiep. Strigoniensis nepos, cujus mortem in MSS. suis ephemeridibus ad anni 1559. diem 3. Septembris ita consignat. *Mortuus est Georgius Bona junior in Lanser, & Sopronii sepultus*. Igitur necesse est, in diem VI. Septemb. quem edita oratio præfert, errorem irrepsisse. Quid si sepulturæ dies cum emortuali confusus sit?

——— Oratio cum epigrammatis aliquot, epitaphiis, in obitum Imp. Ferdinandi I. P. F. A. PP. &c. tertio Nonas Sextil. anno M D LXIIII. Viennæ apud viduam Zimmermanni. 1565. in 4. M.

Orationem *rarissime obviam* inscribit Carolo archiduci Austriæ. Præter epigrammata, & epitaphia adduntur in fine: *precatio hisce temporibus accommo-*

data, *& usibus*, oratione soluta, & ligata, paraphrasis Psalmi 46. de Melitensibus liberatis.

SAMBUCI (Joan.) de imitatione Ciceronis dialogi. Antverp. 1563. in 8.

———— De imitatione a Cicerone petenda libri III. Ejusd. somnium Scipionis luculenta paraphrasi, & scholiis breviter, commodeque illustratum. Antverp. apud Anton. Tilenium Brechtanum. 1568. in 8. *Uterque liber ex infrequentioribus.*

SANCHEZ (Antonii) La Muger fuerte, assombro de los desiertos, penitente, y admirable santa Maria Egipcianca. Dedicata all Ill. S. D. Fr. Alonso de S. Thomas Obispo de Malaga, del consejo de su Magestad. En Malaga por Mateo Lopez Hidalgo impressor. 1677. in 4. *Editio apud nos perrara.*

SANCTI (Mariani) Barolitani philosophi, commentaria in Avicennæ textum. De apostematibus calidis: de contusione & attritione: de casu & offensione: de calvariæ curatione: compendium in chirurgia: libellus de lapide renum: libellus aureus de lapide vesicæ per incisionem extrahendo: libellus quidditativus de modo examinandi Medicos chirurgicos: oratio de laudibus medicinæ. Venet. apud hæredes Lucæantonii Junte. 1543. in 4.

vassori dictus Guadagninus. 1561. in 4. *Liber rarus.*

SANTBECHI (Danielis) problematum astronomicorum, & geometricorum sectiones VII. Basil. per Henr. Petri, & Petrum Pernam. 1561. in fol. *Liber infrequens.*

SARBIEVII (Mathiæ Casimiri) Soc. Jesu Lyricorum libri IV. Epodon liber unus, alterque epigrammatum. Antverp. ex offic. Plantiniana. 1632. in 4. M.

In catalogo biblioth. Christii *raris* accensetur.

SARDI (Alexandri) Ferrariensis, de moribus, ac ritibus gentium libb. III. Ejusd. de rerum inventoribus libb. II. iis maxime, quorum nulla mentio est apud Polydorum, nunc primum in lucem editi. Moguntiæ per Franc. Behem. 1577. in 8.

Liber *rarus*, ut biblioth. Saltheniana, & Solgeriana perhibent.

SARPII (Pauli) Veneti (alias quoque Pauli Suavis Polani) Historiæ Concilii Tridentini Libri VIII. ex italicis summa fide & accuratione latini facti. Augustæ Trinobantum primum, nunc vero Francofurti apud Godefr. Tampachium. 1621. in 4. M.

Versio *rara*, & prima post Londinensem anni 1620. quam, si Hoornbeck in examine bullæ Papalis non fallit, adornaverat Adamus Neutonus Scotus. Qua

SATYRÆ duæ; Hercules tuam fidem, sive Munsterus hypobolimæus. Et virgula divina. Accessit his accurata Burdonum fabulæ confutatio. Lugd. Batav. ex offic. Joan. Patii. 1609. in 12. *Editio rara.*

SAUBERTI (Johan.) Historia bibliothecæ Reip. Norimbergensis. Norimb. 1643. in 12. M.

Bauerus ex catalogo biblioth. Feuerlinianæ librum *raris* inserit cum figg. Meum exemplar præter eam, quæ in frontispicio visitur, nullam prorsus exhibet. Duas is orationes continet, quarum prior de bibliothecæ structoribus, altera de libris rarioribus agit. Has excipit appendix de typographia, in qua simul recenset libros, qui seculo XV. excusi in biblioth. Norimb. exstant.

SAVONAROLÆ (Hieron.) Oracolo della renovatione della Chiesa, secondo la dottrina del reverendo P. F. Hieronimo Savonarola da Ferrara dell' ordine de predicatori, per lui predicata in Firenza. Venetiis 1543. in 8.

——— Opus eximium adversus divinatricem astronomiam, in confirmationem ejusdem astronomicæ prædictionis Joan. Pici Mirandulæ Comitis, ex Italico in latinum translatum, interprete F. Thoma Boninsignio Senensi Ord. Prædicat. ab eodem scholiis, adnotationibus illustratum. Accedit ejusd. interpretis apologeticus adversus hujus

operis vituperatores. Florentiæ 1582. apud Georg. Marescotum. in 8.

Pleraque hujus authoris opera *raris*, quædam quoque *rarissimis* accenseri solent.

SAVONAROLÆ (Michaelis) Practica de egritudinibus a capite usque ad pedes. Venet. per Andream de Bonetis de Papia. X. Maji. 1486. in fol.

——— Opus egregium de pulsibus, urinis, & egestionibus. Bononie per Henricum Harlem, & Joannem Walbeech. 1487. in fol.

——— De febribus, dictum Canonica. Bononie Dionysius de Berthochis impressit. 1487. in fol.

Tria hæc opera inter *rarissima* locum merentur. Postremum una cum opere de pulsibus simul prodiisse, Maittairius Tom. I. Part. II. pag. 482. ex biblioth. Amerbach. refert: id, si locum spectes, verum est, non item si typographum.

——— Opus practicum in sex tractatus divisum. — Michael Savonarola Patavinus ordine equestri hierosolimitanorum physicus, & medicus clarissimus hoc divinum medicine opus edidit. Impressum Venetiis mandato & expensis Nobilis viri, domini Octaviani Scoti civis Modoetiensis. 1497. V. Kal. Julias per Bnetum (Bonetum) Locatellum Bergomensem. in fol. *Editio rara.*

SAURAW (Sigismundi a) oratio de Ferdinando Cæsare, Archiduce Austriæ, & Stiriæ Principe &c. recitata in schola Provincialium. Græciæ in Stiria excudebat Zacharias Bartschius. 1564. in 8. M.

Oratio *rara*, & magis ad fidem historicam, quam artis præceptiones exacta, illud inter cetera de Anna Ferdinandi conjuge complectitur: *benignitatis suæ erga pauperes monimentum immortale reliquit Hospitale amplissimum, & splendidissimum Viennæ conditum, & reditibus annuis copiose dotatum, in quo magnus pauperum numerus mundissime habitat, & victu honesto assidue alitur.* Si id Urbicum est, habent Viennenses, quod Hungaræ Principis memoriam grati recolant.

SAUSSAY (Andr. du) De causa conversionis S. Brunonis Carthusianorum Patriarchæ epistola didascalica. Colon. apud Jodocum Kalcovium, & socios. 1645. in 8. *Liber parum obvius.*

SAXONIA (Herculis) de Plica, quam Poloni *gwozdiec*, Roxolani *Kolutunum* vocant, liber nunc primum in lucem editus. Patavii ex offic. Laurentii Pasquati. 1603. in 4.

——— Disputatio de phœnigmorum, quæ vulgo vesicantia appellantur, & de theriacæ usu in febribus pestilentibus. ibid. apud Paulum Meiettum. 1591. in 4.

——— De phœnigmis libri III. in quibus agitur de universa rubificantium natura, deque

SCALICHII (Pauli) Encyclopædiæ, seu orbis disciplinarum tam sacrarum, quam profanarum, epistemon. Ejusd. theses mysticæ philosophiæ. Eulogus, seu de anima separata, ejusque passione. De justitia æterna, seu vera promissione, gradatio. Exilium, seu de vera Christi doctrina, & de sola fide justificante, ephesia disputatio. De chorea Monachorum, seu cœtu anti-Christi. De labyrintho Romani anti-Christi. De illustrium origine. Revolutio alphabetaria, seu perfectissima ad omne genus scientiarum methodus. Dialectica contemplativa ad consequendos scientiarum habitus perquam utilis, ac necessaria. Conclusiones in omni genere scientiarum mille quingentæ quinquaginta tres, olim Bononiæ primum, deinde Romæ propositæ, de mundo archetypo, intellectuali, cœlesti, elementali, minore, & infernali. Dialogus de Missa. Glossa in triginta duos articulos canonis Missæ ex Apostolo. Epistola ad Romanum Antichristum. Encomium scientiarum. Basileæ per Joan. Oporinum. in 4.

Hic integer libri titulus est, qui an idem sit cum eo, quem Vogtius his indicat: *Opera junctim Basileæ cura Jo. Oporini* 1559. *in* 4. edita: an cum illo, quem Freytag *Miscellaneorum Tom. II. sive Catholici epistemonis* &c. vocat, non habeo, quod pro comperto dicam, etsi illud veri similius mihi videatur, quod epistola ad Romanum anti-Christum Tubingæ IX. Cal. Aug. data annum referat 1558. Utrum-

vis sit, liber apud nos *perrarus* est, &, ut Vogtius ex Schelhornio monet, ab altero sui temporis Eccbolio profectus. Author sibi tribuit nomina: *de Lika*, *Comitis Hunnorum*, *& Baronis Zkradini*; alias vero his utitur titulis: *Principis regni Hungariæ*, *Dynastæ magni principatus utriusque terræ Hunnorum*, *Marchionis Veronæ* &c. sumti sunt ex diplomate Belæ IV. Hung. regis anni 1263. quod in fine operis adnexum est. In eo rex Philippo, & Bartholomæo Scalich de Lika, quod sibi tempore persecutionis Tartarorum in Dalmatiam fugienti auxilio fuissent, castrum Ekrad, inde *Baronis Zkradini* nomen, tum terram ex utraque parte fluvii Hun sitam donat, hinc monstrosus ille titulus: *Dynasta magni principatus utriusque terræ Hunnorum*. At diploma hoc merito suspectum videri debet. Nec enim annus 1263. fuit Belæ regiminis 24. sed 27. tum forma donationis ab stilo illius ævi valde abhorrens: *universos, & singulos successores nostros felices Hungariæ reges in Christo rege sempiterno devotissime obsecramus, ne contemnant, nec transgrediantur, quin imo rata tenere & accepta observare dignentur, vigore præsentis nostræ paginæ*: quæ forte seculo XI. & donationibus rerum sacrarum congrueret. Illud etiam, quod de Insigniis gentilitiis dicitur, posterioris temporis est: *eorumque hæredes* (ita illic) *& successores de consilio fidelium nostrorum Primatum, universis juribus, gratiis, honoribus, & insigniis, quadraturæ videlicet cornuum cervinorum & signaculorum Solis, & Lunæ cum ornatura nostræ coronæ*, & *solennium liberalitatum regni nostri Hungariæ prærogativis* &c. Ad id enim tempus nulla alia Hungaris insignia fuere, quam quibus officii causa in sigillis Palatini, Judices Curiæ, Bani Dalm. &c. Vayvodæ Transsilvaniæ, tum episcopi, Capitula, & Conventus aliqui religiosorum

utebantur. Primus omnium fuit Sigismundus Imp. & rex Hungariæ, quantum hactenus mihi ex diplomatibus licuit conjicere, qui armorum insignia nostris contulerit, editis Constantiæ, ubi Concilio intererat, compluribus litteris, quæ ejus rei fidem faciant. Credo exterarum Nationum, quæ illuc confluxerant, exemplo Hungaros fuisse incitatos, ut similia ab rege suo flagitarent, obtinerentque.

SCALICHII (Pauli) satyræ philophicæ. Regiomonti. 1563. in 8. *Liber rarus.*

SCALIGERI (Josephi) Ausonianarum lectionum libri II. Lugduni 1575. in 8.

Omnia Scaligeriana cum parentis, tum filii *raris* adnumerari solent.

——— Conjectanea. Parisiis typis Roberti Stephani. 1565. in 8.

——— Julii Cæsaris poemata in duas partes divisa. Sophoclis Ajax lorarius stylo tragico a Jos. Scaligero, Julii filio translatus. Ejusd. epigrammata quædam tum græca tum latina cum quibusdam e græcis versis. 1574. in 8. sine l.

Librum possedit olim L. B. ab Althan, ut ex adjecta manu liquet: *generosæ indolis, ac præclaræ spei puero Quintino L. B. ab Althan, & Muerstetten Marcus Fautor Oedenburgensis in optimam sui memoriam dono mittit Vienna* 1577. *mense Augusti.*

——— Epistolæ, & orationes nunquam antehac excusæ. Seorsum accessere Johan. Th. Frei-

Dedicatio ad Stephanum Bathory Poloniæ regem Rigæ 1582. scripta, de hoc Heroe memoratu dignissima continet.

SCENA motuum in Gallia nuper excitatorum, Virgilianis, & Homericis versibus expressa. 1616. in 8, sine l.

Scriptum *perrarum*. Addita sunt colloquia *Curatoris de Coussy*, de rebus, quæ ad Curiam spectant. Videtur idem author esse, qui *sortes Virgilianas* ediderat, ut supra in voce *Passavanti* memoraveram.

SCEPPERI (Cornelii Duplicii) Rerum a Carolo V. Cæs. Augusto in Africa bello gestarum commentarii elegantissimis iconibus ad historiam accommodatis illustrati. Antverp. apud Joan. Bellerum. 1554. in 8. M.

Aliorum judicio *liber rarissimus*: icones tamen forma lignea efficta vehementer ab elegantia abludunt. Continet autem Joan. Christoph. *Calveti Stellæ* ad Carolum V. Cæs. encomium. *Joan. Etrobii* diarium expeditionis Tunetanæ a Carolo V. an. 1535. susceptæ. *Pauli Jovii* ex Hist. sui temporis libro XXXIII. fragmentum, declarans, quibus artibus Hariadenus Mithylcneus cognomento Barbarossa regno Tunetano invaso, Mulcassem regem legitimum exegerit. Ejusd. ex Hist. lib. XXXIV. fragmentum de Caroli V. Cæs. in Tunetum expeditione. *Nicolai Villagagnonis* Equitis Rhodii expeditionem Caroli V. in Africam ad Algieram. J. Chri. *Calveti Stellæ* commentarium de Aphrodisio expugnato.

SCHARPII (Leonelli) novum fidei symbolum, sive de novis multis perduellionis, & XII.

converſione quaſi menſtrua ſuper polos proprios, libris IV. mobilis oſtenſus a *Chriſtophoro Scheinero* Germano-Suevo e Soc. Jeſu, ad Paulum Jordanum II. Urſinum Bracciani Ducem. Bracciani apud Andream Phœum typographum Ducalem. Impreſſio cœpta anno 1626. finita vero 1630. Idibus Junii. in fol. maj.

Editio *rara*, & *ſplendidiſſima*: duplex ejus exemplar in biblioth. noſtra exſtat. Germaniæ igitur debemus, detectas in ſole maculas, tametſi fuerint, qui ſeu inanis gloriolæ, ſeu pravo Nationis ſtudio ducti, hanc laudem Scheinero ereptam voluerint, ut in operis præfatione, item lib. I. cap. 2. lib. III. in Notis generalibus, ac alibi crebro, & perſpicue declaratur.

SCHELSTRATEN (Emmanuel. a) Tractatus de ſenſu, & auctoritate decretorum Conſtantienſis Concilii ſeſſione IV. & V. circa poteſtatem eccleſiaſticam editorum. Romæ typis S. Congreg. de propaganda fide. 1686. in 4. *Liber rarus.*

SCHENITZ (Antonii) wahrhafftiger Bericht, wie ſich die ſachen zwiſchen den Cardinal von Meintz &c. und ſeinem Bruder Hans Schenitz zugetragen, und er von Cardinal on recht getödtet, und ſeine Güter mit gewalt eingezogen, und zur unbilligkeit gehemmet worden. Wittenbergæ 1538. in 4. M. *Libellus admodum rarus.*

SCHWRLI (Chriſtoph.) Epiſtola ad Chari-

tatem Pirchameram (Nurnbergensis cenobii dive Clare Abbatem.) Carmen *Conradi Celtis* ad eandem. Epistola *Pilati* ad Tiberium Cesarem. Epistola *Lentuli* ad Tyberium Cesarem. Epistola *Abgari* ad Jesum Salvatorem: epistola responsiva ad Abgarum. Vtilitates Misse. Exemplum *Enee Silvii* de vendente Missam. Utilitates orationis pro defunctis. Exemplum pulchrum quod contigit Bononie. Sequentia dies iræ. Carmen ad divum Christophorum. — Finit libellus de utilitate Misse, quem Joannes Weyssenburgius sacerdos solita diligentia imprimebat Nurenberge vicesima Januarii anno tertiodecimo. (1513.) folior. 8. in 4.

Collectio *rarissima*, & fors ea ipsa, quam Freytag analect. litt. pag. 829. sine anni indicio memorat, cum in fine Georgii Sibuti ad Casparem de Schalhausen Misnensis Ecclesiæ Canonicum, & ad Christoph. Scheurlum Rectorem Academiæ Albiorenæ carmina exstent. Nomen authoris varie scribi solet: Freytagius *Schurlum*, ut nostrum exemplar in titulo habet, Simleri biblioth. *Scheverle:* nostrum rursus ante *sequentia dies iræ* diserte ita exprimit: *ego Christophorus Scheverlus.* Carmen Celtis præcedit epistolam ad Pirchameram contra, quam titulus exhibeat. Pilati epistola est de morte Jesu Christi scripta, ad quam rubrica habet: *reperta in antiquissimo codice.* Hoc ejus initium est: *De Jesu Christo, quem tibi plane postremis meis declaraveram, nutu tandem populi, acerbum! me quasi invito & subtimente, supplicium sumptum est. Virum, hercle, ita pium, & severum nulla unquam ætas habuit, neque habitura est. &c.*

SCHICKARDI (Wilhelmi) Tarich, hoc est, series regum Persiæ, ab Ardschir Babekan usque ad Jazdigerdem, a Caliphis expulsum, per annos fere CCCC. cum procemio longiori, in quo vetusti quidam Magnates, maxime reges Adarbigan: item genealogia Christi Salvatoris, quantum de illa tenent Saraceni. Omnia ex fide MS. voluminis authentici apud Musulmanos, quod a Turcis ex archivo Fillekensi reportavit, & primus in Germaniam invexit *Vitus Marchtaler* Ulmanus: vestita tamen liberiori commentario ex aliis Arabum, & Hebræorum libris, aliquibus vel non editis hactenus, vel nunquam visis latine. Tubingæ typis Theodori Werlini. 1628. in 4.

Liber *rarissime obvius.* Excerpenda sunt quædam ex Marchtaleri dedicatione ad Ferdinandum II. Imp. *Debuissem*, inquit, *tunc exhibere volumen genealogicum Turc-Arabicum, quod biennio ante, cum famosissimum illud Ungariæ castellum Fillek expugnaremus, in direptione templi Mahummedani, Mesgidam vocant, propitio Deo nactus sum, elegantissime scriptum, ac propter immanem longitudinem convolutum in spiras: sed cohibuit me, nescio, quæ sollicitudo, ut huic thesauro non sine discrimine parto, instar gryphis auro incubantis, tenerrime hactenus caverim, ne fortunam experiretur eandem, quam olim annales Turcici, Aug. Sac. Cæs. M. vestræ avo cognomini sanctiss. recordationis, ab Hieron. Bekio de Leopoldsdorf, viro præstrenuo, ex Horeb monte, ac Jerosolymis reduce, oblati, donec ejusdem aquisitoris cura, & hortatu nobilis ille polyhistor Joh. Lewen-*

X 2

clavius indignæ sortis libri misertus, eum latine publicaret. Itaque hanc operam dedi potius, ut interpretatione quadam vestitum se sisteret Augustalibus oculis. Proinde passim in Transsilvania, & limitaneis Ungariæ locis, maxime vero cum Dragomiris Turcorum hoc egi, sed ut ubique frustrarer, fecit partim imperitia illorum, partim mea diffidentia, qui barbaricis idgenus concredere timebam, quod ipsi suis tantum Dynastis deberi, a nobis vero indigne possideri existimabant. Itaque defectu interpretis delituit hic codex 35. annis, donec in Schickardum incidisset, qui ex XVII. familiis, quas id MS. continet, priores VI. tantum, hoc est, antediluvianorum, Patriarcharum, Regum Adherbiganiæ, Persarum priscorum, Salvatoris nostri ab Abrahamo per Davidem, & regum Persiæ posteriorum ab Ardschiro ad Jazdigerdem, familias hoc libro interpretatus est. Meminit in eadem dedicatione Marchtalerus, commentariolum de rebus a Sigismundo Transsilvaniæ Principe fortiter adversus Turcas gestis, ab se concinnatum, & Rudolpho Cæsari oblatum fuisse: qui an editus sit, an contra adhuc lateat, aut communicatus sit Theodoro, & Israeli de Bry fratribus, ambigo, etsi postremum suspicari in mentem veniat, cum in *historia chronologica Pannoniæ* ab illis edita, res Sigismundi Bathory contra Turcas feliciter gestæ, accurate describantur.

Liber *rarus*, nec ejusdem *Bechinath Happeruschim* ibid. typis viduæ Joan. Cellii 1624. in 4. editus, quem itidem possidemus, facile obvius est.

SCHINDLERI (Valentini) Lexicon pentaglotton, hebraicum, chaldaicum, ſyriacum, Talmudico-Rabbinicum, & Arabicum. Hanoviæ typis Jacobi Hennei. 1612. in fol.

Biblioth. Saltheniana editionem Londinenſem anni 1635. *perraris* accenſet.

SCHIOPPII (Caſp.) infamia Famiani (Strada), & de ſtilo hiſtorico. Amſtelod. 1663. in 8. *Editio rara.*

SCHOENLEBEN (Joan. Ludov.) Diſſertatio polemica de prima origine Auguſtiſſimæ Domus Habspurgo-Auſtriacæ, in qua XX. diverſæ opiniones authorum ventilantur, & vera origo a Carolo M. Imp. ejusque Maioribus Franco-Germanis &c. oſtenditur, & ſolide probatur. Prolegomenon ad annum ſanctum Habspurgo-Auſtriacum, in quo per ſingulos anni totius dies D. ſancti, beati, & venerabiles utriuſque ſexus Habspurgo-Auſtriaci ſanguinis, & cognationis nexu illigati proponuntur. Labaci typis Jo. Bapt. Mayr. 1680. Aemonæ, ſeu Labaci, conditæ 2903. in 4. *Liber rarior.*

SCHONERI (Andr.) Noribergenſis Gnomonice, hoc eſt, de deſcriptionibus horologiorum Sciotericorum omnis generis &c. Libri III. Ejusd. libellus gnominices mechanices: de inventione lineæ meridianæ, ac inſtrumenti ad hoc neceſſarii com-

idiomate germanico latinitate donatos complectens. Francof. 1567. cum figg. in 8. *Liber rarior.*

SCHOTTELII (Justi Ge.) Opus de lingua Germanica. Ausführliche arbeit von der Teutschen Hauptsprach. Braunschweig. 1663. in 4. *Opus rarum.*

SCHOTTI (Franc.) & Hieronymi Itinerarium noblilium Italiæ regionum, urbium, oppidorum, & locorum. Partes II. Vicentiæ 1601. in 8. cum figg. *Editio admodum rara.*

SCHREKENFUCHSII (Erasmi) Austrii, mathematum quondam, & linguæ sanctæ in alma Friburgiorum schola professoris celeberrimi opus posthumum, exactissimam præcipuarum in orbe terrarum gentium, Alexandrinorum, Græcorum, Aegyptiorum, Persarum, Arabum, Hebræorum, atque Romanorum annorum continens rationem: simul ac sex exterorum calendariorum cum anno Juliano collationem, & harmoniam elegantissimam magno studio vestigatam, atque concinnatam. Basil. ex offic. Henricpetrina. in fol. sine anni indicio. *Liber raro obvius.*

SCHRÖTHERI (Adami) Silesii, de nuptiis invictiss. ac gloriosiss. Sigismundi Augusti regis Poloniæ &c. & Catharinæ Cæsaris Ferdinandi filiæ carmen elegiacum. Item aliquot elegiæ ad quosdam Principes.

Ad Lectorem.

Longis carminibus meos libellos
Dilatare velim lubens, amat sed
Vestes aula breves, brevesque versus.

Cracoviæ Lazarus Andreæ excudebat. 1553. in 4. M. *Scriptum perrarum.*

SCHURMANN (Annæ Mariæ) opuscula hebræa, græca, latina, gallica, prosaica, & metrica. Lugd. Batav. ex offic. Elzeviriorum. 1648. in 8. A Vogtio *rarioribus* adnumeratur.

SCHWARTZENTHALERI (Jo. Bapt.) Professoris Cæsarei in archigymnasio Viennensi Imperialis codicis ordinarii, & hoc tempore Facultatis juridicæ Decani, tractatus compendiarius de novationibus, delegationibus, juriumque, & nominum cessionibus. Vien. Austr. typis Leonardi Formicæ in Bursa agni. 1594. in 4. *Liber infrequens.*

SCHWENCKFELT (Casparis) Stirpium, & fossilium Silesiæ catalogus. Lipsiæ. 1600. in 4.

——— Theriotropheum Silesiæ, in quo animalium quadrupedum, reptilium, avium, piscium, insectorum natura, vis, & usus, sex libris perstringuntur. Lignicii, 1603. in 4.

Utrumque opus apud nos rarum.

SCOTTI (Andr.) Itinerario, ò vero nova descrittione de' Villagi principali d' Italia &c. Par-

tes III. Paduæ & Vincentiæ. 1627. — 1629. in 8. cum figg. *Editio rara.*

SCRIPTORES historiæ Augustæ ab Erasmo editi. Vide *Historiæ Augustæ.*

——————: Rerum, urbiumque Italicarum varii notæ melioris, nunc primum collecti, simulque editi. Francof. 1600. in fol.

Liber *infrequens* complectitur *M. Ant. Sabellici* de situ urbis Venetæ libros III. Ejusd. carmen genethliacon urbis Venetæ. Ejusd. de apparatu urbis Venetæ lib. I. *Jo. Chrysost. Zanchii* de Orobiorum seu Cenomanorum origine libros III. *Torelli Saraynæ* de orig. amplitudine, & antiquitate urbis Veronæ libb. V. *Gaudentii Merulæ* antiquitatum Galliæ Cisalpinæ libb. III. Ejusd. apologiam. *Bonavent. Castillionæi* de Gallorum Insubrum antiquis sedibus lib. I. *Pauli Jovii* lacus Comensis descriptionem. *Bernardi Sacci* Ticinensis historiæ libb. VII. *Jac. Bracelii* Liguriæ descriptionem, & de claris Genuensibus. *Andr. Mugnotii* Hisp. Camaldulensis eremi libb. II. *Cæs. Orlandii* de urbis Senæ antiquitate lib. I. *Antonii Massæ* de orig. & rebus Faliscorum lib. I. *Petri Cursii* de civitate Castellana Faliscorum poema. *Antonii Sanfelicii* monachi Campaniam. *Uberti Folietæ* de laudibus urbis Neapolis. *Scipionis Mazellæ* de Puteolis, & Cumis. *Joan. Franc. Lombardi* de aquis Puteolanis. *Ambrosii Leonis* de Nota libros III. *Gabr. Barrii* de antiquitate & situ Calabriæ libb. V. *Joan. Juvenis* de antiquit. & varia Tarentinorum fortuna libb. VIII. *Cl. Marii Aretii* chorographiam Siciliæ *Antonii Philothei* de Homodeis Aetnæ montis topographiam. *Joan. Franc. Lombardi* de balneis Aenariarum. *Quinctini Hedui* Melitæ insulæ descriptionem.

reges, de principatu in Musicæ provincia obtinendo contendentes. Argent. in offic. Pauli Machæropœi. 1563. in 4. *Liber rarus.*

SECKENDORF (Viti Ludov.) Commentarius historicus, & apologeticus de Lutheranismo, sive de reformatione religionis ductu D. Mart. Lutheri in magna Germaniæ parte, aliisque regionibus, & speciatim in Saxonia recepta, & stabilita: in quo ex Ludov. Maimburgii Jesuitæ historia Lutheranismi anno 1680. Parisiis gallice edita, libb. III. ab anno 1517. ad an. 1546. latine versi exhibentur, corriguntur, & ex MSS. aliisque rarioribus libris plurimis supplentur. Lipsiæ. 1694. in fol.

Liber *infrequens*: prodiit primum Lipsiæ anno 1688. rursum ibid. 1692. in fol. Nostra igitur ordine tertia editio est.

SECUNDINI (Nicolai) Otthomanorum familia, seu de Turcarum imperio historia, addito complemento *Jo. Rami* a capta Constantinopoli usque ad nostra tempora. Item elegiæ, & hendecasyllaba quædam ejusd. Rami. Viennæ apud Egidium Aquilam. 1551. in 4. M.

Liber *rarus*: prodiit jam antea Wittebergæ an. 1531. ut Bauer ex biblioth. Solgeriana refert, vix tamen, ut puto, cum Complemento Rami.

SEDULII Scoti Hyberniensis in omnes episto-

Editio *rara*, quam in auctione pluris, quam duabus libris Anglicanis venisse Harvoodus testatur. Editionem procuravit Hieron. Avantius Veronensis, qui ad tria millia errata, & inversa loca exemplariorum depravatione, & per librariorum incuriam commissa deprehendit, correxitque.

SENECÆ (L. Ann.) Clarissimi Stoici philosophi, nec non poetæ acutissimi opus Tragœdiarum. Venet. apud Bernardinum de Vianis. 1522. in fol.

Liber *rarus*. Adjunctos habet commentarios Bernardini Marmitæ, & Danielis Cajetani.

SEPTEMCASTRENSIS: De moribus, conditionibus, & nequitia Turcorum, a quodam Christiano provinciæ Septemcastrensis (Transsilvaniæ) diu in manibus Turcorum captivo conscriptus liber. Paris. apud Henr. Stephanum. 1511. in 4. M.

Conjunctus est, ut alias monui, libello *Ricoldi* contra sectam Mahumeticam, & opusculo *Victoris a Carben* de vita & moribus Judæorum, quæ collectio plerisque *rarissima* audit. Author in proloquio affirmat, paulo post obitum Sigismundi Imp. & regis Hung. dum Turcæ Valachis conjuncti in Transsilvaniam irrumpentes Sebessum, *in Teutonico vero*, ut is ait, *Muelnbach* obsedissent, eamque Valachorum fraude cœpissent, se, qui XV, aut XVI. annum agens illic studiorum causa morabatur, captum & Adrianopolim Turcorum Cæsaris per id tempus sedem deductum, & usque ad annum 1458. barbarorum jugo pressum fuisse. Meminit hujus irruptionis etiam Siglerus in suo chronico.

SEPULVEDA (Joan. Genesius de) Historia

SIBYLLÆ (Bartholom.) Monopolitani, ſacre pagine profeſſoris ſpeculum peregrinarum queſtionum, variis theologie & utriusque cenſure philoſophorum & aſtrologorum documentis exornatum, cuilibet intuenti, & precipue in agro dominico laboranti perutile. Argentorati per Joan. Grüninger. 1499. in 4.

Editio poſt Romanam anni 1493. & Pariſinam anni 1497. *rariſſima.* Opus tributum eſt in tres Decades, & *illuſtriſſ. principi Alfonſo de Arragonia invictiſſimo Duci Calabrie dicatum.*

SICULARUM rerum Scriptores. Vide *Rerum* Sicularum Scriptores.

SICULI (Julii Simonis) Idyllion, geſta Julii II. Pont. Opt. Max. continens. Interlocutores Virtus, & Fortuna. Romæ 1512. in 4. M. *Scriptum perrarum.*

SIEMIENOWICZ (Caſimiri) Vollkommene Geſchütz-feuerwerck, und Büchſenmeiſterey Kunſt, hiebeuor in lateiniſcher ſprach beſchriben, anjetzo in die hochteutſche überſetzet von Thoma Leonhard Beeren Lipſienſi. Francof. 1676. in fol. cum figg. *Liber infrequens.*

SIGEBERTI Gemblacenſis cœnobitæ chronicon ab anno 381. ad 1113. cum inſertionibus ex hiſtoria *Galfridi*, & additionibus *Roberti* abbatis Montis, centum & tres ſequentes annos comple-

ctentibus, promovente egregio patre D. G. Parvo, doctore theologo confessore regio nunc primum in lucem emissum. — Absolutum est Parisiis hoc Sigeberti chronicon cum non paucis additionibus per Henricum Stephanum artis litterarum excusoriæ industrium opificem in sua officina e regione scholæ decretorum, expensis ejusdem, & Joannis Parvi bibliopolæ insignis. Anno domini cuncta tempora disponentis. 1513. Calendis Junii. in 4.

Editio, ut titulus præfert, *princeps & perrara.* Typus nigro, & rubro colore varius, ac lineis intercalaribus interceptus, ut de *Eusebii* chronico P. I. pag. 381. memoravi.

SIGONII (Caroli) Historiarum de regno Italiæ libri XX. qui historiam ab anno 570. usque ad annum 1286. quo regnum interiit, & libertas Italiæ redempta est, continent. Francof. apud hæredes Andreæ Wecheli. 1591. in fol.

———— Historiarum de occidentali Imperio libri XX. ab anno 284. ad annum 565. ibid. 1593. in fol.

Utrumque opus *raris* accensetur in catal. biblioth. Salthenianæ.

———— Idem opus ad illustriss. & excellentiss. D. Jacobum Boncompagnum Vineolæ Marchionem, & generalem S. R. E. Gubernatorem. Basil. ex offic. Thomæ Gvarini, 1579. in 4. M. *Liber rarior.*

SIGONII (Caroli) De antiquo jure populi Romani libri XI. Bononiæ 1574. in fol. *Editio perraro obvia.*

SILANI de Nigris de Papia, expositio in Nonum librum Almansoris. Venetiis per Bernardinum de Tridino. 1483. die XXX. Marcii, in fol.

Editio perrara, & Maittairio præterita.

SILII Italici Punicorum libri XVII. cum Petri Marsi commentariis. Venetiis 1493. XII. Kal. Octob. in fol.

Catalogus biblioth. Sarrazianæ, & Bauer editionem hanc *admodum raris* accensent.

——— De bello Punico II. libri XVII. nuper diligentissime castigati. Venetiis in ædibus Aldi, & Andreæ Asulani soceri. 1523. in 8. min.

Editio rara, & a Maittairio omissa.

SILOS (Joan.) Bituntini, Mausolæa Romanorum Pontificum, Regumque Austriacorum. Romæ 1670. in 8. *Liber raro admodum obvius.*

SILVATICI (Jo. Bapt.) De aneurysmate tractatio. Vincentiæ apud Georgium Græcum. 1595. in 4.

——— De turgente materia tractatio. ibid. apud eund. 1595. in 4. *Utrumque opus infrequens.*

SIMONII (Simonis) Responsum ad refutatio-

Tria hæc scripta *rarissime* apud nos occurrunt. Argumentum est Stephani Poloniæ regis extremus morbus, hujusque cura, quam cum Simon Simonius, & Nicolaus Buccella contrariis viis inirent, rex præter omnium opinionem exstinctus est. Itaque mortis caussam alter in alterum editis libellis conjecit. Simonius, quod plures a Buccella starent, Polonia egressus in Moraviam abiit. Ad idem argumentum rite intelligendum haud parum confert *Georgii Chiakor* Stephano

regi a secretis, epistola, de qua memoravi Part. I. pag. 254.

ΣΙΜΠΛΙΚΙΟΥ Μεγάλου διδάσκαλου ὑπόμνημα εἰς τὰς δέκα κατηγορίας τοῦ Ἀριστοτέλους — τὸ Σιμπλικίου ὑπόμνημα εἰς τὰς δέκα κατηγορίας τοῦ Ἀριστοτέλους ἐντυπωθὲν πέρας εἴληφεν ἤδη σὺν Θεῷ ἐν Ἐνετίαις &c. Simplicii magni Magistri commentarius in decem categorias Aristotelis. — Simplicii commentarius in decem categorias Aristotelis impressus finem accepit jam cum Deo Venetiis, expensis quidem generosi & probi viri domini *Nicolai Blasti* Cretensis, labore autem & dexteritate *Zachariæ Caliergi* Cretensis, in gratiam doctorum virorum, & græci sermonis cupidorum, anno a nativitate Domini 1499. die quinta mensis Octobris. in fol.

Editio *admodum rara.* Titulus rubro colore exscriptus est, cujus quoque sunt tituli categoriarum, & litteræ initiales. Eundem colorem refert figura in libri principio variis ductibus ornata, in cujus medio crux, adjunctis utrinque litteris IC. XC. (Jesus Christus) visitur: infra vero semi monogramma Nicolai Blasti, solùm enim N & B conjuncta sunt, cetera integre exscripta. Ad calcem typographi symbolum exhibet aquilam bicipitem coronatam nigri coloris, in cujus pectore litteræ Z K. Zachariam Caliergum indicantes, Ad hæc toto opere sola signatura, sine reclamantibus, & paginarum numeris, comparet.

SIMPLICII Commentarii in octo Aristotelis physicæ auscultationis libros cum ipso Aristotelis textu. Ne quis alius impune aut Venetiis, aut us-

quam locorum hos Simplicii commentarios imprimat, & Clementis VII. Pont. Max. & Senatus Veneti decreto cautum est. — Venetiis in ædibus Aldi, & Andreæ Asulani Soceri Mense (sic) Octobri. 1526. græce. in fol.

SIMPLICII Commentarii in tres libros Aristotelis de anima. *Alexandri* Aphrodisiei commentaria in librum de sensu, & sensibili. *Michaelis* Ephesii annotationes in librum de memoria, & reminiscentia. De somno, & vigilia. De somniis. De divinatione per somnium. De motu animalium. De longitudine, & brevitate vitæ. De juventute, & senectute, & vita, ac morte. De respiratione. De gressu animalium. Venetiis in ædibus Aldi, & Andreæ Asulani Soceri. 1527. Mense Junio. græce. in fol.

Utrumque opus *rarum*, & Maittairio non memoratum. Prius Herculi Gonzagæ Mantuano Antistiti; posterius Alexandro Campegio designato Bononiensi episcopo inscribit Franciscus Asulanus. Utrique etiam præfigitur privilegium Clementis VII.

——— Commentarius in enchiridion Epicteti philosophi Stoici: quo universa hominum vita instituitur, & libertatis recuperandæ via monstratur. *Angelo Caninio* Angliarensi interprete, nunc primum in lucem accurate editus. Venet. apud Hieron. Scotum. 1546. in fol.

Liber rarus, & Maittairio præteritus.

SINAPI (Joan.) Palladii Galgoczienſis Directoris, Triga theſium de animabus ſeparatis, quarum prima earum cognitionem: altera motum: & tertia appetitum declarat. Trenchinii typis Laurentii Benjamini ab Hage. 1649. in 4. M.

Scriptum perrarum, & paradoxum.

SINCERATIO ſincerationum: der Röm: Spaniſchen Cantzley Nachtrab: oder unteutſche betrügliche Zweyzüngigkeit, das iſt: die alt-newe Röm: ſpaniſche Betrug- und Sincerir Kunſt, die evangeliſchen zu betriegen, und gar auszurotten. Anno miraculoſiſſimo. 1624. in 4. ſine l. pagg. 110. *Liber raro obvius.*

SINIBALDI (Jo. Benedicti) Geneantropheiæ, ſive de hominis generatione decateuchon. Romæ ex typogr. Franciſci Caballi. 1642. in fol. *Opus infrequens.*

SIRIGATTI (Franciſci) De ortu, & occaſu ſignorum libri II. aſtronomiæ ſtudioſis utiliſſimi. Cautum eſt Cæſaris, & Clementis VII. Pont. Max. privilegiis, ne cuiquam hosce libros, & A. Jani Parrhaſii in Flacci artem poeticam commentarios ante decennium imprimere, aut alibi impreſſos venum exponere liceat. Neapoli opera Joannis Sultzbachii Hagenovenſis Germani. 1531. in 4.

Editio *rara*, Geſnero, Maittairio, ac pluribus aliis ignota. Liber I. agit de triplici ortu & occaſu ima-

SLEIDANI (Joan.) Wahrhafftige Beſchreibunge aller Händel, ſo ſich in Glaubens ſachen und weltlichen regiment under dem grosmechtigſten Keyſer Carl dem fünſten zugetragen, und verlauffen haben &c. ſampt einer von Sleidano ſelbs geſchribner apologi. Francof. 1561. in fol.

Bauerus verſionem Pfortzheimenſem anni 1557. & Argentinenſem anni 1568. *raris* adnumerat, nihil de hac noſtra memorans. Poſſidemus item Germanicas editiones, Francofurtenſem anni 1563. & Argentinam anni 1572. utramque in fol.

――――― Ein beſcheidener, hiſtoriſcher, unſchmälicher Bericht an alle Churfürſten, Fürſten, und Stende des Reichs, von des Bapſtumbs auff und abnemen deſſelben geſchicklichkeit, und was endlich daraus folgen mag. Gott, der Warheit, keyſerlicher Majeſtät, und dem heiligen Reich zu ehren. Man ſehe, und betrachte es umb Gottes willen. Getruckt im Jar. 1567. in 4. ſine l.

Scriptum *non facile obvium*, &, ſi non fallor, verſum ex duabus Sleidani orationibus, quarum unam ad Carolum V. alteram ad Ordines Imperii de Papatu, & cauſa religionis habuit.

SMALCII (Valentini) De Divinitate Jeſu Chriſti liber. Racoviæ typis Sebaſtiani Sternacii. 1608. in 8.

Liber *rarus*, ut pleraque Smalciana ſcripta eſſe dicuntur. Opus hoc author inſcripſit Sigiſmundo III. Poloniæ regi.

ne, libri II. adversus impia dogmata *Valentini Smalcii* Arianæ sectæ ministri. Accessit responsio ad examinationem centum errorum Smalcio objectorum ab eodem Smalcio editam. ibid. 1615. in 4.

Epistola nuncupatoria est ad Nicolaum Danilovicz de Zurowo Castellanum Leopoliensem.

SMIGLECII (Martini) De ordinatione sacerdotum in Ecclesia Romana, adversus *Jacobi Zaborovii*, Calviniani ministri dissertationem. ibid. in offic. Franc. Cæsarii. 1617. in 4.

Inscriptum est opus Venceslao Leszczynsky Castellano Calissiensi.

SMITH (Richardi) Episcopi Chalcedonensis, Florum historiæ ecclesiasticæ gentis Anglorum libri VII. Ex quibus dulcissimum mel Catholicæ religionis, ejusque admirabiles fructus in ea gente copiosissime colliguntur. His adjuncta est epistola ejusdem ad Jacobum regem de mutuis officiis inter summos Pontifices, & M. Britanniæ reges. Parisiis apud Federicum Leonard. 1654. in fol. M. *Liber infrequens*.

SMITH (Thomæ) De græcæ Ecclesiæ hodierno statu epistola. Trajecti ad Rhenum apud Franc. Halman. 1698. in 8.

Scriptum *rarum*. Adjunctum est opusculum de inscriptionibus græcis Palmyrenorum, cum ejusdem, & Eduardi Bernardi scholiis, ibid. & eodem anno.

Inter *non nulla* sunt: Socini scriptum adversus semijudaizantes: item Martini Seidelii epistolæ *ad cœtum olim Cracoviensem, dictum minorem, qui patrem domini nostri Jesu Christi esse illum unum Deum Israelis confitetur, cujus nomine F. Socinus eidem Seidelio respondit.*

SOCINI (Fausti) Defensio animadversionum F. Socini Senensis in assertiones theologicas collegii Posnaniensis de trino, & uno Deo, adversus *Gabrielem Eutropium* Canonicum Posnaniensem, ab eodem F. Socino conscripta. ibid. 1618. in 8.

SOCOLOVIVS (Stanislaus) Censura orientalis Ecclesiæ de præcipuis nostri seculi hæreticorum dogmatibus. Heremiæ Constantinopolitano Patriarchæ, judicii, & mutuæ Communionis caussa ab orthodoxæ doctrinæ adversariis non ita pridem oblatis. Ab eodem Patriarcha Constantinopolitano ad Germanos græce conscripta, a Stanislao Socolovio, serenissimi Stephani Poloniæ regis theologo ex græco in latinum conversa, ac quibusdam annotationibus ad proprias Græcorum opiniones respondentibus illustrata. Ad Gregorium XIII. Pont. Max. Dilingæ excudebat Joan. Mayer. 1582. in 8.

Editio prima in Germania, eodem enim anno Cracoviæ in fol. prius prodierat. Textus græcus ab nostro exemplari abest, nisi quod Theolipti archimandritæ epistola, cum qua ipsum opus Constantinopoli allatum est, græce ante censuram exhibetur. Quanti Censura hæc facta sit, docent repetitæ editiones. Eodem enim

anno Coloniæ apud Maternum Cholinum: sequente 1583. Ingolstadii germanice a Joanne Ficklero conversa. Anno 1584. Parisiis apud Arnoldum Sittart, cum notis marginalibus Francisci Feuardentii, & Socolovii concione de eucharistia coram rege Poloniæ habita: item Ingolstadii eadem anno 1584. apud Wolfg. Ederum, ab ipso authore emendata, & castigata, prodierunt, quæ itidem omnes in biblioth. nostra exstant.

SOLINUS (C. Julius) de mirabilibus mundi.
— Solinus de mirabilibus mundi. Brixiæ per Jacobum Britannicum impressus. Anno 1498. Die vigesimo Novembris. in fol.

Teste Bunemano, Freytagio, & catalogo Engeliano *editio admodum rara.* Titulum excipit tabula trium folior. & medii; tum præfatur Bartolinus Atriensis ad Lucam Passum: folia numeris Romanis notantur, signatura sine reclamantibus.

———— De memorabilibus mundi diligenter annotatus, & indicio alphabetico prenotatus. Impressum Spire impensis L. H. 1515. in 4.

Editio *rara* & Maittairio ignota, cum præfatione Jodoci Badii ad Joannem de Falce Gandavensem.

———— Polyhistor cum indice summatim omnia complectente. Impressum Vienne Austrie per Joannem Singrenium. 1520. in 4. cum symbolo Lucæ Alantse.

Præfatur ad juventutem Joan. Rosœrius, tum sequuntur ejusdem, & Georgii Suabii Neapolitani (Austriæ ut reor) tetrasticha; his addit hexastichon

Melchior Hedvigerus Svipolitanus, & Camers vitam Solini. Index folior. 13. & medii ad calcem rejectus est: hunc excipit tabula erratorum, & variantes lectiones, denique majusculis litteris: *Sub Maximo Carolo Rhomanorum, ac Hispaniarum, Hierusalem, utriusque Siciliæ rege.*

SOLINUS (C. Julius) Joannis Camertis Minoritani — — — in C. Julii Solini ΠΟΛΥΙ-ΣΤΩΡΑ enarrationes. Additus ejusd. Camertis index cum litterarum ordine, tum rerum notabilium copia percommodus studiosis. Cum gratia, & privilegio Imperiali. — Imposita est operi huic extrema manus Carolo V. Cæsare designato, ac Hispaniarum, Hierusalem, utriusque Siciliæ &c. rege Catholico, orbi terrarum imperante feliciter. Excusum est hoc opus Solinianum cum enarrationibus egregii sacræ Theologiæ Doctoris Joannis Camertis Minoritani, anno nativitatis Domini 1520. Viennæ Austriæ per Joannem Singrenium impensis honesti Lucæ Alantse civis, & bibliopolæ Viennensis. in fol.

Utraque editio *rara*: posterioris meminere Gesnerus, Maittairius, & Freytag, prioris, quæ formæ 4. est, quod sciam, nemo. Videtur ea, quæ in fol. est, prior esse, tum quod Camertis epistola, quæ privilegium Maximiliani Imp. sequitur, data sit VI. Calen. Febr. tum quod in hac editione Carolus, Cæsar designatus, in altera vero Romanorum rex dicatur, ut adeo, quæ in fol. est, absente in Hispaniis Carolo, altera illo ad diem XXIII. Octob. ejusd. anni 1520.

jam coronato videatur exſcripta fuiſſe. Epiſtolam Camertis ſequuntur carmina Theodorici Kaner Zaracovienſis epiſcopi, & deſignati Antiſtitis Novæ civitatis, Thomæ Reſch Viennen. eccleſiæ Canonici, Urſini Velii geminum, Philip. Gundelii, Alexandri Braſſicani, Huldrichi Fabri Rheti, Franciſci Lado Siculi Tranſſilvani, abhinc Lucæ Alantſe præfatio ad ſtudioſam juventutem, & Solini vita per Camertem. Ad calcem index copioſiſſimus, & Singrenii ad lectorem monitio, qua, ſi quid errorum irrepſerit ob deproperatum laborem, veniam ſibi dari orat; denique Melchioris Heduigeri typicarum notarum compactoris ad lectorem tetraſtichon.

Germanis omnis debet ſtudioſa juventus
Scribere quod prœlis ii docuere notas.
Scriptorum nobis debes ſtudioſe Camertis,
Quod vigiles noſtras hæc habuere manus.

Ipſum autem opus Camers in ea, quam memoravi, epiſtola inſcribit Stephano Verböczio regis locum tenenti, ubi inter alia infit, *Pannonicæ inſuper inſtitutiones a te nuper doctæ, & eleganter editæ, legiſſe te diligenter nobiles authores, id eſt, juris peritos primarios, ac optimos hiſtoriarum ſcriptores, efficax perhibent teſtimonium.* Tripartitum intelligit, quod Viennæ anno 1517. apud Joan. Singrenium primum prodiit. Nec id prætereundum, quod ibidem Verböczium *Joannis Pannonii Novem eccleſienſis* (Quinque eccleſienſis) *conterraneum* appellat. Satine hinc quis effecerit, Verböczium, Sclavonem potius, quam Neogradienſem, aut Tranſſilvanum fuiſſe, alii decernant.

SOLITARII (Philip.) Dioptra, id eſt, regula ſive amuſſis rei Chriſtianæ ad Callinicum monachum

nachum libri IV. per dialogum explicata. Ex biblioth. Reip. Auguſtanæ. *Nicolai Cabaſilæ* Sacelli curatoris de vita in Chriſto libb. VI. Ejusd. contra fœneratores oratio. *Joannis Carpathiorum* epiſcopi capita hortatoria 192. *Philothei* Patriarchæ CP, in præclaros Pontifices, & orbis terrarum magiſtros, Baſilium M. Gregorium Theologum, & Joan. Chryſoſtomum laudatio græco-latina. Ex biblioth. ſereniſſ. Maximiliani utriusque Bavariæ Principis. Adjectæ ſunt diſputationes duæ *Michaëlis Glycæ*. Omnia nunc primum latinitate donata a Jac. Pontano Soc. Jeſu. Ingolſt. ex typogr. Adami Sartorii. 1604. in 4. *Collectio rara.*

SOPHOCLIS Tragœdiæ VII. græc. Francof. excudebat Petrus Brubachius. 1555. in 8. *Editio rara.*

———— Tragœdiæ VII. græce cum ſcholiis. Pariſiis typis Henrici Stephani. 1568. in 4. *Editio rara, nitida, & correcta.*

SOTELII (Ludovici) Minoritæ, regii, ad Apoſtolicam ſedem Legati, & regni Oxenſis Apoſtoli, ac deſignati martyris ad Urbanum VIII. Pont. Max. de Eccleſiæ Japonicæ ſtatu relatio &c. Acceſſit Fratris *Juniperi* de Ancona Minoritæ conſultatio, de cauſis & modis religioſæ diſciplinæ in Soc. Jeſu reſtaurandæ ex Italico latine verſa. 1634. in 4. ſine l.

In catalogo biblioth. Salthenianæ, & Engelianæ notam *raritatis* habet. Author opusculi creditur fuisse Caspar Schioppius, homo, ut vulgo etiam notum est, omnium horarum.

SOTERIS (Joan.) epigrammata græca, & latina veterum. Colon. 1528. in 8.

Editio *rara*, & Gesnero ignota, qui editionem anni 1544. sine loci indicio solum memorat: quam, si ea Friburgi Brisgoviæ per Melchiorem Gravium prodiit, itidem possidemus.

SOTO (Petri de) Ord. S. Dominici, defensio Catholicæ confessionis, & scholiorum circa confessionem illustriss. Ducis Wirtenbergensis nomine editam, adversus prolegomena Brentii. Antverpiæ apud Martinum Nutium sub ciconiis. 1557. in 4.

Opus *raro obvium* dicat author Christophoro Duci Wirtenbergensi.

SPANGENBERGII (Cyriaci) Theander Lutherus, von des werthen Gottes Manne Doctor Martin Luthers geistliche Haushaltung, und Ritterschafft &c. Gedruckt zu Ursel durch Nicolaum Henricum. in 4. sine anni nota.

——— Wider die böse sieben in teuffels Karnöffelspiel. Eisleben bey Urban Glaubisch, 1562. in 4.

——— Der Jagteuffel gedruckt zu Eisleben apud eund. 1560. in 4.

SPANGENBERGII (Cyriaci) Widerlegung der unchriſtlichen und gottloſen Retraction M. Hieronymi Periſterii, etwan Predigers zu Regenſpurg, ſeiner anno 1574. geſtellten und gedruckten Chriſtlichen Bekenntniſs, und antwort auff den Wittenbergiſchen Extracta von der Erbſünde. 1579. in 4.

Omnia hæc Spangenbergii *rara* ſunt. Exſtat apud nos Periſterii retractio, hoc titulo: *Retraction gentzliche auffhebung, und verwerffung der anno* 1574. *geſtelten und getruckten kurtzen Antwort und Berichts von der hauptfrage des gegenwertigen Streits von der Erbſünde* &c. Poſſidemus item pleraque Spangenbergii ſcripta polemica, ac eriſtica, quæ occaſione belli litterarii de peccato originali prodierunt, quibus recenſendis ſuperſedeo.

SPECKLE (Daniel.) Architectura von Veſtungen, wie die zu unſern Zeiten mögen erbauen werden an Stätten, Schlöſſern, und Cluſen, zu waſſer, land, berg, und thal, mit iren Bollwercken, ſampt den grundriſſen, viſierungen, und auffzügen für augen geſtellt. Argent. apud Bernardum Jobin. 1599. in fol. *Liber infrequens.*

SPHÆRA cum commentis in hoc volumine contentis, videlicet. Lichi Eſculani cum textu: Expoſitio Joan. Capuani in eandem: Jac. Fabri Stapulenſis: Theodoſii de ſphæris: Michaelis Scoti: Queſtiones reverendiſſ. domini Petri de Aliaco: Roberti Linchonienſis compendium: tractatus de

SPINOSÆ (Benedicti) Tractatus theologico-politicus, continens dissertationes aliquot, quibus ostenditur, libertatem philosophandi non tantum salva pietate, & rei publicæ pace posse concedi, sed eandem nisi cum pace rei publicæ, ipsaque pietate tolli non posse. Hamburgi. 1670. in 4.

——— Opera posthuma, in quibus de Deo, de natura, & origine mentis, de origine & natura affectuum, de servitute humana, de potentia intellectus, ceu de libertate humana tractatus politicus, tractatus de intellectus emendatione, epistolæ doctorum virorum, & responsiones, grammatica hebræa. 1677. in 4. sine loci indicio.

Omnia hæc Spinosæ apud Vogt, & in catalogis bibliothecæ Salthenianæ, Solgerianæ: Engelianæ, & Feuerlini partim *raris*, partim *rarissimis* accensentur. Monet Vogtius, scripta latina hujus authoris, quo latius spargi, ac securius vendi, emique possent, variis, iisque fictis, & plane portentosis titulis, ut *Franc. Henrici de Villacorta opera chirurgica* &c. prodiisse, quod ipsum indicio esse potest, anguem in herba latere, & tamen quam avide ad legendum arripiuntur, & quidem sæpe ab hominibus, qui iis intelligendis minime idonei sunt.

SPINULÆ (P. Francisci) Mediolanensis opera. Poematon libb. III. Carminum libb. IV. Epodon lib. I. Carminum secularium lib. I. Elegorum libb. X. Hendecasyllaborum lib. I. Epigrammaton

libb. III. Venetiis, ex officina Stellæ, Jordani Ziletti. 1563. in 8.

Editio *rara:* Gesnerus anni 1573. memorat, nisi forte sit error typi; additque hæc de authore: *audio ipsum propter veræ fidei confessionem martyrio affectum.* Fortassis indicare vult, Spinulam a Catholicis ad alia castra transisse, quod ego in medio relinquo. Nec satis scio, an Jöcherus hunc intelligat, quem nomini suo litteram P. præposuisse ait, & ordinis incerti religiosum facit, tametsi eum Genuensem fuisse affirmet. Poematia author dicat Maximiliano Rom. & Boh. regi. Carminum libros IV. Stanislao Tarnovio Cressoniensi Præfecto: librum Epodon Joanni Huralto Boistallerio Caroli IX. Galliarum regis Consiliario: carmen seculare Matthæo Bombenio Patricio Tarvisiensi. Elegiarum libri bifariam divisi sunt: priores sex Hieron. Luciago Brixinensi, posteriores quatuor Guidoni Ascanio Sfortiæ Cardinali; epigrammata denique Stephano Hugonio inscribit.

SPONDANI (Henrici) Appamiarum Galliæ Narbonensis episcopi de cœmeteriis sacris libri IV. Parisiis. 1638. in 4. *Liber infrequens.*

STAINPEIS (Martini) Viennensis artium, & medicine Professoris liber de modo studendi, seu legendi in medicina. in 4. sine l. & anno.

Liber *rarus.* Datum epistolæ ad lectores, quæ in fine erroribus typi eis præmittitur, est: *Viennæ* 21. *febr. anno salutis post Virginis partum* 1517. Additur ejusd. *Antidotale preservationis cum additionibus in epidemicum morbum*, cum epistola *ad illustrem Principem Franciscum Mediolanensium Ducem, universalis studii Viennensis Monarcham.* Uter ex his,

& an Vienna editionis locus sit, incertum est. Inscribit opus Georgio Antilliti Viennensi: apud Gesnerum author non recte expressus est *Stainpers*. Geminum, quod habemus, exemplar utrobique habet *Stainpeis*.

STANCARI (Franc.) Mantuani, grammaticæ Ebreæ compendium. Basil. 1547. in 8.

Vogt, & biblioth. Solgeriana Stancari omnia scripta *admodum raris* accensent.

——————— De dictione exclusiva *Tantum* in causa Mediatoris. Dubecii in Russia. 1559. in 8.

——————— De Trinitate, & Mediatore domino nostro Jesu Christo adversus Henricum Bulingerum, Petrum Martyrem, & Joan. Calvinum, & reliquos Tigurinæ ecclesiæ ministros, ecclesiæ Dei perturbatores. Ad magnificos, & generosos Dominos nobiles Polonos, ac eorum ministros, a variis pseudo-evangelicis seductos commentarius. Dubecii 1561. in 8.

In fine subdit monitiunculam ad lectorem, cujus hoc initium est: *Cave Christiane lector, & maxime vos ministri omnes verbi Dei, a libris Joannis Calvini cavete, & præsertim in articulis de præscientia, & prædestinatione: reliqua nunc omitto, quæ falsam & pravam doctrinam habent.*

——————— Examinatio Binczovianorum super confessionem fidei eorum, qua modis omnibus ipsi convincuntur hæreseon. Cracoviæ in offic. Scharffenbergiana. 1562. in 8.

protrepticon. in 4. sine l. & a. M. *Scriptum rarum.*

STATII (Papinii) Opera cum Domitii Chalderini commentario. Romæ. in fol

Libri titulum exscripsi ex catalogo Collegii Sopronienfis, qui annum 1405. erronee exhibet, qui si, ut suspicor ex P. Laire, & Fabricio rescribi debeat, 1475. habemus *editionem principem*, & *rarissimam.* An autem per Arnoldum Panartz prodierit, an contra careat typographi nomine, non habeo, quod dicam, etsi hoc præ illo mihi verisimilius videatur, cum ceteroquin catalogus is typographorum nomina satis accurate connotet.

———— Opera. — Impressum Venetiis per Magistrum Jaçobum de paganinis brisiensis (sic). 1490. XXIIII. Decembris. in fol.

Editio *perrara*, & Fabricio ignota, qui Venetam quidem hujus anni, sed per Bartholomæum de Zanis, indicat. Nec scio, quam Bauerus ex Schwartzio memoret, dum libros solum Thebaidos, & Achilleidos anno 1490. Venetiis excusos perhibet. Statius hic noster plures commentatores habuit: in Thebaidem commentatus est. *Placidus Lactantius*, qui aliis *Lutatius*, & *Luctatius* audit: in Achilleidem *Franciscus Mataratius*; in Sylvas denique *Domitius Calderinus* Veronensis, qui in fine ita subscriptus est: *Sylvarum quinto libro finis Domitius Calderinus Veronensis secretarius apostolicus emendavit interpræctatusque est Romæ calendis sextilibus. M. CCCC. LXXV.* Forte exemplar simile habuerit præ manibus Orlandus: *Origine della stampa* pag. 72. ut videtur Laire indicare. Post Statii opera, ante consignationem anni, subjun-

gitur eodem typo epiſtola Saphus ad Phaonem, cum ejusdem Calderini commentario, & hexaſticho. Hæc editio ab Bernatio, & Gevartio prima habita eſt, ut Fabricius biblioth. Lat. Tom. II. pag. 332. refert: quam opinionem cum citatis vetuſtioribus editionibus refelliſſet, ſubdit: *ſed videtur eſſe vitium in numero* 1490. *pro* 1472. *nec enim illi docti viri has tot edd. ignorare potuere.* At noſtrum exemplar Romanis majuſculis annum exſerte ita exprimit: *M. CCCC. LXXXX. XXIIII. Decembris.* Quare afferam quædam criteria, ex quibus editio hæc ab aliis facile ſecerni poſſit. Primum, ſola adeſt ſignatura: deinde in rubrica librorum ſuperioris marginis irrepſit libro VIII. in duobus foliis *Thaidos*, pro *Thebaidos*: liber X. in duobus foliis poſtremis pro: *liber X.* refert: *liber XI.* Achilleidos Lib. I, fol. 4. rubrica marginis ſupremi vocem *Achilleidos* inverſam exhibet, ut Epiſtola Saphus fol. 2. *ri epiſtola.* Liber VI. Thebaidos paulo ante medium vitioſus eſt. Verſus enim iſtos:

Inachidæ credunt accenſum laudibus: ille
Aurigam fugit: aurigæ furiale minatur,
Amphiaraus agit, quem Theſſalus æquat eundo
Ante tamen cunctos: ſequitur, longeque ſecundis
Efferus, & campo dominum circumſpicit omni
Admetus.

Correcta magis exemplaria ſic, ut ſententia ſibi conſtet, reddunt:

Inachidæ credunt accenſum laudibus: ille
Aurigam fugit: aurigæ furiale minatur
Efferus, & campo dominum circumſpicit omni;
Ante tamen cunctos ſequitur, longeque ſecundus

Amphiaraus agit, quem Theſſalus æquat eundo
Admetus.

Litteræ initiales non modo in textu Statii, ſed in commentariis etiam, dum liber, aut commentatio inchoat, deſunt: ſpatium item vacuum pro græcis vocabulis, aut ſententiis relictum. Ad Sylvas epiſtolam in morem præfationis Calderinus inſcribit Auguſtino Maſeo, in qua litterarum cauſa lites ſibi cum multis, præſertim Broteo, ſimulatum ad nomen eſt, intercedere ſcribit. *Nimirum furoris*, inquit, *& invidiæ iſti impetus ſunt, non doctrinæ, non fortitudinis. Iccirco eos facile & ſuſtinuimus hactenus, & fregimus omnino, cum alterum eludendo contemnamus, alterum — — ſcribendo ita agitemus, ut ſua violentia corruat.* Epiſtolæ ſubjungit carmen de Papinio ad Franciſcum Arragonium Regis Ferdinandi filium.

STATUS Orbis Chriſtiani: hoc eſt, diſcurſus de triplici potentia regis Galliæ; regis Navarræ, & Guyſiorum Principum. Tum commonefactio Germani Nobilis ad Reges, Principes, & Chriſtiani Orbis ordines. Item vaticinium Sibyllæ de rege Franciæ, & Navarræ Henrico IV. 1590. in 8. ſine loco. M. *Scriptum rarum.*

STATUTA Synodalia Eccleſiæ Nitrienſis anni 1494. Viennæ in ædibus Collegii Cæſarei Societatis JEſu. 1560. in 4. *Editio rariſſima.*

STATUTI della ſacra Religione di S. Gio, Geroſolimitano. Con le ordinationi dell' ultimo Capitolo generale celebrato nell' anno 1631. dal fù Em. e Reverendiſſimo Gra. Maeſtro Fra Antonio de

Paula: aggiontivi li privilegii, il modo di dar la Croce e di fare li miglioramenti alle Commende. Di nuovo ristampati in Borgo Nuovo nel Marchesato di Roccaforte. Partes III. 1718. in fol. M.

Opus *rarum*. Possessor libri glossas marginales copiosas ex Bullis Pontificiis, & in fine Decretum Ordinis anni 1688. sua manu inscripsit.

STAUPITZ (Joan. de) Fratris Augustiniani, Decisio questionis de audientia Misse in parrochiali ecclesia dominicis & festis diebus. Cum ceteris annexis. in 4. sine loci & anni indicio. folior. 8. *Libellus perrarus*.

STEFANO (Pietro di) Descrittione de i luochi sacri della Città di Napoli con li Fondatori di essi, Reliquie, Sepolture & epitaphii Scelti in quelle si ritrovano. L'intrate & Possessori, che al presente le possedeno, & altre cose degne di memoria. Napoli apud Raymundum Amatum. 1560. in 4. *Liber rarissimus*.

STEGMANI (Josuæ) Photinianismus, hoc est, succincta refutatio errorum Photinianorum LVI. disputationibus breviter comprehensa. Rintelii ad Visurgim apud Ernestum Reinekingium. 1623. in 8.

In catalogo biblioth. Engelianæ *raris* adscribitur.

STEIER (Sylvestri) Historia genealogiæ Domini nostri Jesu Christi, cum synopsi Bibliorum tribus libris expressa. Francof. 1594. in fol.

Apud Vogtium, & in biblioth. Saltheniana locum inter *raros* habet.

STENGELII (Caroli) Ordinis S. Benedicti, commentarius rerum gestarum sanctissimi Apostolorum Principis Petri, e sacris litteris, SS. Patribus, & probatissimis scriptoribus concinnatus. Augustæ. 1621. in 4. *Liber rarus.*

STEPHANI Atheniensis philosophi explicationes in Galeni priorem librum therapeuticum ad Glauconem, Augustino Gadaldino Mutinensi interprete. Venetiis apud Juntas. 1554. in 8. *Liber rarus.*

STEPHANI (Henrici) Comicorum græcorum sententiæ, id est, γνωμαι, latinis versibus redditæ, & narrationibus illustratæ. 1569. excudebat Henricus Stephanus. in 12. M.

Testibus Vogtio, catalogisque biblioth. Solgerianæ, Feuerlinii, Engelianæ, Gerdesii florilegio, & aliis omnia Henrici Stephani partim *raris*, partim *rarissimis* adscribi solent. Fuit Stephanus vir doctus, & typographus, qui artem hanc non tam parando lucro, quam ad propagandam rem litterariam exercebat.

———— Homeri, & Hesiodi certamen nunc primum luce donatum. Matronis & aliorum parodiæ ex Homeri versibus parva imitatione lepide detortis consutæ. Homericorum Heroum epitaphia cum duplici interpretatione latina. 1573. in 8.

Liber *infrequens*: dedicat illum Henrico parenti suo.

STEPHANI (Roberti) Dictionarium latino-gallicum, Thesauro nostro ita ex adverso respondens, ut extra pauca quædam aut obsoleta, aut minus in usu necessaria vocabula, & quas consulto omisimus, authorum appellationes, in hoc eadem sint omnia eodem ordine, sermone patrio explicata. Lutetiæ ex offic. Roberti Stephani. 1544. in fol. *Liber parum obvius.*

STEUCHI (Augustini) Eugubini, veteris Testamenti ad veritatem hebraicam recognitio. Lugduni apud Gryphium. 1531. in 8. *Editio rara.*

STEVANI (Josephi) De osculatione pedum Romani Pontificis ad S. D. N. Gregorium XIII. P. O. M. Adjecta præterea ejusd. authoris disputatio de coronatione, elevatione, seu portatione Romani Pontificis. Colon. apud Maternum Cholinum. 1580. in 8. *Liber perraro obvius.*

STEVIN (Symon. de Bruges) La castrametation selon l'ordonnance & usage de tres-illustre, tres-excellent Prince & Seigneur Maurice par la grace de Dieu Prince d'Orange &c. Nouvelle maniere de fortification par escluses. A Leyden chez Matthieu & Bonavent. Elzevier. 1618. cum figg. in fol. *Liber rarus.*

STEYR. Ainer ersamen Landschafft des löblichen Fürstenthumbs Steyr new verfaste reforma-

tion des Landts und Hofrechts daselbst im M. D. LXXIIII. Jar auffgericht. Augustæ per Michaelem Manger. 1575. in fol. M.

Opus apud nos perrarum.

STIBORII (Andreæ) Boji Theologi, & mathematici, & *Georgii Tannstetter* Collimitii phisici, & mathematici super requisitione sanctissimi Leonis Papæ X. & Divi Maximiliani Imp. P. F. Aug. de Romani calendarii correctione consilium in florentissimo studio Viennensi Austriæ conscriptum, & æditum. Joannes Singrenius impressit Viennæ expensis suis. 1514. in 4. Una cum titulo fol. 10. M.

Scriptum *perrarum*, & a plerisque typographis neglectum. Dicant id uterque author Matthæo S. R. E. S. Angeli diacono Cardinali Gurcensi, Coadjutori Saltzburgensis. Dedicationem excipit epistola Maximiliani Imp. utrique inscripta, Oeniponto die IV. Oct. an. 1514. data, qua jubet, sedulo in positione vernalis æquinoctii elaborarent, sententiamque suam, si ipsi Concilii Lateranensis Sessioni decimæ, in qua de corrigendo Calendario agendum erat, interesse non possent, per Jacobum de Banissis secretarium Cæsareum transmitterent, additque in hæc verba: *Studiosius committimus, ut his receptis, exacta diligentia huic perquisitioni, & eo vigilantius incumbatis, & judicio, & censura vestra decus & famam Germaniæ nostræ nationis adaugeatis, & amplificetis.* Fecere id illi naviter, & brevi tempore scriptum confecerant, quod compendii causa in XII. propositiones, & VIII. corollaria redactum Imperatori transmiserant. Rescripsit Cæsar

Cæſar Rectori, & Conſiſtorio Studii Viennenſis epiſtola, ex qua annum editionis quoque excerpſi, rurſus Oeniponto XVI. Dec. an. 1514. data, qua judicium utriusque authoris doctiſſime & acutiſſime excogitatum ab omnibus peritis comprobari, ac in Urbem ab ſe transmiſſum eſſe ſignificat, addito brevi & inſigni elogio. *Eundem autem Stiborium*, inquit, *& Tannſtetter, qui & vobis, & univerſitati illi noſtræ, & nobis ſunt decori, & ornamento, eos vobis maxime commendamus, ſicuti dignos commendatione, & gratia noſtra.* Tanti fiebant id temporis diſciplinæ mathematicæ.

STOBÆI (Joan.) Sententiæ ex theſauris Græcorum delectæ, quarum autores circiter ducentos, & quinquaginta citat, & in ſermones ſive locos communes digeſtæ, nunc primum a Conrado Geſnero Doctore Medico, Tigurino in latinum ſermonem traductæ, ſic ut latina græcis e regione reſpondeant. Tiguri excudebat Chriſtoph. Froſchoverus. 1543. in fol.

Editio *rarior*, mirumque eſt, a Bauero præteritam eſſe. Addita ſunt alia opuſcula, ut Cyri Theodori dialogus de exilio amicitiæ, ſenariis jambicis conſcriptus, græce & latine: Opuſculum de juſto, quod Platoni tributum eſt, ejusdemque aliud de eo, an virtus doceri poſſit, denique Solonis elegia, cujus meminit Demoſthenes de cauſis, quæ adferunt exitium regnis, & magnis civitatibus, a Philip. Melanthone converſa.

——————— Idem opus. Baſil. ex officina Joannis Oporini, ſumptibus Chriſtophori Froſchoueri. 1549. in fol.

Editio *rara* : possidemus item Antverpianam editionem Plantini an. 1575. in fol. cui additæ sunt orationes duæ Georgii Gemisti Plethonis de rebus Peloponesiacis ex biblioth. Joan. Sambuci, interprete Guilielmo Cantero.

STOEFFLERI (Joan.) Justingensis mathematici calendarium Romanum magnum, Cæsareæ Majestati dicatum. in fol.

Liber *perrarus*. Annus, & locus editionis ob lacerum ultimum folium deest. Freytag memorat editionem Oppenheymensem per Jacobum Kœbel an. 1518. in fol. Simile prorsus nostrum exemplar videtur esse: nam idem Jac. Kœbel Oppenheymensis typographus conjuncto Stœffleri nomine Calendarium Maximiliano Imp. nuncupat, & Cæsaris privilegium, quod operi præfigitur, exhibet annum 1518.

———— Et Jacobi *Pflaumen* Almanach nova plurimis annis venturis inservientia, accuratissime supputata, & toti fere Europe dextro sydere impartita. — Opera arteque impressionis mirifica viri solertissimi Joannis Reger anno salutis Christi domini 1499. Idibus Februariis He Ephemerides nove explete atque absolute sunt Ulme. Lector Vale. IMS. in 4.

Editio *admodum rara*. Saubertus, & ex hoc Maittairius non recte has ephemerides soli *Pflaumen* tribuunt. Exemplar enim nostrum diserte Joannem *Stœfflerinum*, & *Jacobum Pflaumen* Vlmensem exprimit. Uterque enim opus dicant *Danieli Pontifici Bellinensi, Suffraganeo episcopatus Constantiensis*: *Petro Præposito monasterii divi Pelagii in Denckendorff Canoni-*

co, & ordinis Sacrosancti dominici sepulcri Jerosolymitani, & ejusdem ordinis per Alemaniam altam, & bassam vicario generali, nec non Joanni Caspari de Bubenhofen Ducatus Wirtenberg Marscalco. Ephemerides inchoant anno 1499. & definunt in anno 1531.

STOEFFLERI (Joan.) Elucidatio fabricæ, usùsque astrolabii nuper ingeniose concinnata, atque in lucem edita.

Ad Lectorem
P. G.

Quicquid Athlas Afris, quicquid Thracensjbus Orpheus,
Quicquid apud Thebas creditur esse Linus,
Aegipto quicquid Vulcanus, quicquid ubique
Aut Chaldeorum sunt monumenta virum,
Quicquid apud Gallos Druides, quicquid Zoroastes
Quicquid Persarum gymnosophista fuit;
Omnia, crede, Stofler Germanus origine Svevus
Hic habet: exacto quæ premit ære Cöbel.

Impressum Oppenheym. Anno 1513. — Exactum insigne hoc, atque preclarum opus astrolabii a Joanne Stœfflerino Justingense, viro in astronomia petitissimo Alemano editum: impressum Oppenheim per Jacobum Köbel. 1512. in fol. cum figg.

Liber *perrarus*: titulum operis excipiunt epistolæ Köbelii ad Stœfflerum, & hujus ad illum: abhinc carmina in authoris, & operis laudem, Joannis de Wirsperck ecclesiarum Eystetensis, Augustensis, & Ratisbonensis Canonici, quibus annus 1512. subscriptus est, ut adeo incertum sit, utro ex his, an quem

Aa 2

phanus, illustris viri Huldrici Fuggeri typographus. in fol.

Editio *rarissima.* Bauer ex biblioth. Saltheniana editionem Venetam anni 1571. ex ædibus Aldi Manutii hac Nota insignit.

STROMER (Henrici) Aurbachensis, algorithmus linealis, numerationem, additionem, subtractionem, duplationem, mediationem, multiplicationem, divisionem, & progressionem, una cum regula de Tri perstringens. Impressum Vienne Austrie per Joannem Singrenium. 1514. die XXII. Decembris in 4. una cum titulo fol. 8. typo monastico.

Libellus *rarus*, inscriptus est Andreæ Hummelhaym Lipsiensi artium Baccalaureo, & verisimiliter ad formam editionis Lipsiensis anni 1505. per Martinum Lansberg, cujus biblioth. Gesneri meminit, excusus.

STURMEN (Samuelis) der Kron Franckreich rechtmässige Prætensiones an und Zuspruch auff die Graffschafft Avenio in Franckreich gelegen, und der Gewalt und Herrschafft des Papstes unterworffen, aus vielen glaubwürdigen Geschichschrifften verfasset. Worbey kürtzlich die Ursachen der jüngst zwischen dem Papste und Kron Franckreich entstandenen Schwürigkeiten angezogen werden. Embden in verlegung des Autorn. 1663. in 4. M. *Scriptum rarum.*

STURMIANI Manes, sive epicedia scripta in

STURMII (Joan.) Rectoris Academiæ Argentoratensis palinodia ad Lucam Hosiandrum. Theses Hermanni Pacifici de cœna Domini. Neapoli Palatinorum in officina Matthæi Harnisch. 1581. in 4.

Respondet hoc opusculo ad Antisturmium Osiandri, quem cur *Hosiandrum* pro *Osiandro* hic dicat, his verbis prodit: *peto a te, ut hanc unam mihi veniam des, quod te Hosiandrum, non Osiandrum, salutarim: non enim te Græcum origine, sed Suevum, putabam, nomenque te habere ut re & nomine sis Caligula, quam Germani Hosam vocant.*

———— Confessio Augustana Argentinensis. Epistolarum eucharisticarum Libri I. epistola quarta ad Cl. Jureconsultum Doctorem Bernardum Botzemium. ibid. 1581. in 4.

———— Epistolarum eucharisticarum Libri II. epistola secunda. Ambrosia ad Joannem Pappum. ibid. 1581. in 4.

Brüder Michael STYFEL Augustiner von Esslingen, von der Christförmigen rechtgegründtnen Leer Doctoris Martini Luthers, ein überuss schön kunstlich Lyed, sampt seiner nebenuslegung. In Brüder Veiten thon.

Liss mich mit fleyss Der wort nimm acht
Gotts Gnad ich preyss, Der werck nitt acht
Entschleiss kürtzlich Christlichen Standt
Hy ligt di Kugel. an der wandt.

Sine loci, & anni indicio. in 4.

SVETONIUS Tranquillus de vita XII. Cæſarum libri duodecim. Seleſtadii ex ædibus Lazari Schurerii menſe Februario. 1520. in 4. *Editio rara.*

——————— Cæſarum XII. libri a mendis ad interpretum ſententiam & vetuſtorum exemplarium fidem repurgati &c. autore F. M. Gallo. Præterea acceſſerunt omnes reliqui Impp. uſque ad Carolum hunc V. brevius quidem, quam a Svetonio, ſed non minus ſcholis apta dictione conſcripti. Eodem F. M. Gallo. Baſil. per Henricum Petrum menſe Auguſto. 1537. in 8. *Liber infrequens.*

——————— De XII. Cæſaribus libri VIII. Iſaacus Caſaubonus recenſuit, & animadverſionum libros adjecit. Additi ſunt & Svetonii libelli de illuſtribus grammaticis, & de claris oratoribus. Apud Jacobum Chouet. 1595. in 4. *Editio rarius obvia.*

SUIDÆ opera omnia, græce. Baſil. apud Hieron. Frobenium, & Nicolaum Epiſcopium. 1544. in fol. *Editio rara & nitida.*

SULPITIANA Grammatica cum textu Aſcenſiano recognito, & in compluribus locis aucto. In clariſſimo parrhiſiorum gymnaſio. 1506. ad calendas Aprilis. in 4.

——————— Scanſiones. Impreſſum Venetiis. 1511. Adi VI. Martii. in 4.

Utrumque opus *raro obvium*, & a Maittairio prætermiſſum.

SULTANORUM Othmanidarum annales a Turcis sua lingua scripti, Hieronymi Beck a Leopoldstorff, Marci fil. studio, & diligentia Constantinopoli advecti 1551. Divo Ferdinando Cæs. opt. Max. DD. jussuque Cæsaris a Joanne Gaudier, dicto Spiegel, interprete Turcico germanice translati. Joan. Leunclavius nobilis Angrivarius latine redditos illustravit, & auxit usque ad annum M D LXXXVIII. Francof. apud Andreæ Wecheli hæredes Claudium Marnium, & Joan. Aubrium. 1588. in 4. M.

Liber *rarus*: additur in fine pandectes historiæ Turcicæ liber singularis ad illustrandos annales, tum obsidio urbis Viennensis anni 1529. e germanico in latinum conversa.

SUPPLICATIONES, Erklerungen, und Protestationes der Churf. Fürsten und Stände der Augspurgischen Confession verwandt, die Freystellung der Geistlichen belangend, so sie auff underschiedlichen Reichstagen der Röm: und Kön: Maiestet übergeben. Sampt ableinung einer summarischen verzeichnus etlicher erinnerungen, so man wider die Freystellung fürzubringen der Keys. Maiestet auff den Reichstag zu Regenspurg anno 1577. von Grafen und Herrn der Augspurgischen confession verwandten Ständ, und derselben Gesandten übergeben. Daraus erscheinet, das sie niemals in den Articul der Geistlichen vorbehalt be-

treffend, so dem religionsfrieden zu gesetzt worden, bewilliget, sonder allwegen demselben widersprochen. Item Keyser Ferdinandi declaration, wie es mit der Geistlichen eigenen Ritterschafft, Statt, und Communen, so der Augspurgischen Confession anhengig, der religion halb gehalten werden fol. 1579. in 4. sine loco. *Scriptum perrarum.*

SUSLYGÆ (Laurentii) Poloni, velificatio, seu themata de anno ortus, & mortis Domini, deque universa Jesu Christi in carne œconomia. Græcii excudebat Georg. Widmanstadius. 1605. in 4.

Liber *rarus.* In eo est author, ut ostendat æræ vulgari deesse annos quatuor: id Keplero occasionem præbuit, ut sequente anno Pragæ apud Paulum Sessium ederet libellum hoc titulo: *De Jesu Christi Servatoris vero anno natalitio, consideratio novissimæ sententiæ Laurentii Suslygæ Poloni, quatuor annos in usitata epocha desiderantis.*

SYLVESTRI (Joannis) Pannonii, in tristissimum sereniss. atque adeo clementiss. Dominæ, D. Annæ, Rom. Hung. ac Boh. reginæ &c. invictiss. regis Ferdinandi &c. conjugis charissimæ obitum, epitaphium. Viennæ Austriæ apud hæredes Syngrenii. 1547. in 4. M.

Scriptum *rarissimum* elego carmine exaratum est.

SYLVII Aeneæ epistolæ. Vide *Aeneæ Sylvii.*

1559. *anno impressum mensis Aprilis decima die. Finis.* Credo illinc errorem manasse, quod chronicon in anno 1558. desinat.

T.

TABULA Martiniana, seu Margarita decreti edita per Martinum ordinis predicatorum, domini pape penitentiarium: & capellanum. in fol. sine loco, & anno. M.

Typus monasticus breviationibus utcunque refertus: littera i jam puncto, jam virgula promiscue notatur, sæpius tamen virgula: sola adest signatura, nulli reclamantes, & paginarum numeri, sententiæ uno, vel duobus punctis constanter secernuntur.

TACITI (P. Cornelii) illustrissimi hystorici, de situ, moribus, & populis Germanie aureus libellus. Impressum est hoc Cor. Taciti aureum opusculum Lips. in edibus Wolfgangi Monacensis. 1502. in 4. M.

Editio rara, & a Maittairio omissa.

——————— De moribus, & populis Germaniæ libellus. Cum commentariolo vetera Germaniæ vocabula paucis explicante. Basil. apud Joan. Froben. 1519. in 8. M.

Libellus mole exiguus, & ex *rarioribus*, qui forte *Althamero* occasionem præbuerit, ut in idem Taciti opusculum prolixius semel, iterumque commentaretur.

sacra Maestà del' Imperatore Rudolfo II. intorno la presa di *Giavarino*, con sue lettere de 5. di Aprile. 1598. In Praga appresso di Giorgio Nigrino de Nigroponte stampator Cesareo. 1598. in 4. M.

Scriptum *rarissimum*. Paulo aliter hic de *Palfio*, fuit is a Schwartzenburgio primipilus, rem narrat, quam alii soleant. Ipse etiam Schwartzenburgius eodem anno Viennæ testimonium de Palfii virtute, ac fortitudine ad Jaurinum patrata, typis germanicis edi fecit.

TAISNIERII (Joan.) Hanonii, poetæ, in almo Ferrariensi gymnasio mathematices professoris publici oratio habita ipsis idibus Novembris anno Domini 1547. Ejusdem de compositione, sive fabrica & usu Sphæræ non nulla compendiose narrata. Aliquot præterea adjecta sunt epigrammata. Ferrariæ in ædibus Joannis de Bugloat, & Anthonii Hucher sociorum mense Martii. 1548. in 8.

Liber *admodum rarus*, & omnibus, quos consului, ignotus. Inscriptus est Antonio Perenot Attrebatensium Præsuli. Oratio versatur in laude mathematices.

TALÆI (Andreæ) prælectiones in Ciceronem. Francof. 1553. in 8. *Liber infrequens*.

TANNSTETTER (Georg. Collimitii) Lycoripensis, medici & mathematici in gratiam serenissimi, atque potentiss. Principis, & Domini, D. Ferdinandi, Principis Hispaniarum, Archiducis Austriæ &c. Cæsareæ & Catholicæ Majestatis lo-

rale dell'armi in Ungaria per sua Maestà Cesarea. Descritte da Achille Tarducci da Carinaldo della Marca Ancona, con le figure ai suoi luoghi & la descrittione del sito di esse battaglia. Venet. ex offic. Jo. Bapt. Ciotti. 1601. in 4. M. *Liber rarissimus.*

TARTARETI (Petri) Parisiensis Regentis commentationes in libros Aristotelis, secundum subtilissimi doctoris Scoti doctrinam. Atque cum passuum Scoti allegationibus, ut queque dicta a vero fonte sumpta videantur, magistri Martini Mœlenselt de Livonia, per eundemque magistrum Martinum emendate in Friburgo regia universitate. Ejusd. explanationes summularum Petri de Hispania. Friburgi. 1494. in 4.

Editio *insignis raritatis*, & Maittairio ignota. Author in supplem. Baueri sub nomine *Tatareti* exhibetur: nostrum exemplar *Tartaretum* disette exprimit. Hicne, an illic, error typi cubet, ignoro.

TASSO (Torquato) Rime. Ferrariæ. 1585. in 12. *Editio rara.*

TAULERI (Joan.) Christliche predigten, und Sermones &c. Basileæ. 1522. in fol. *Liber rarus.*

TAURINI (Stephani) Olomucensis stauromachia, id est, cruciatorum servile bellum, quod anno ab orbe redempto post sesquimillesimum quar-

Liber in ipsa Hungaria *rarissimus*. Annus editionis forte fuerit 1519. quem epistola operi præmissa exhibet, aut sequens. Inscribit opus *illustrissimo Principi & D. D. Georgio Marchioni Brandenburgensi, serenissimi Principis Lodovici Hungariæ, Boem. &c. regis potentissimi Tutori dignissimo*. Datum est: *Alba Julia ad Kal. bifrontis Jani anno Christiano M.D. XIX.* Fuit enim Canonicus Ecclesiæ Albensis iu Transsilvania. In fronte operis expressa est rudis icon, quæ belli rustici authorem candenti throno insidentem, & socios rebellionis, ejus carnes præ inedia decerpentes refert, cum subscriptione: *Georgius Zekel.* Poema magis historicum, quam epicum, est, tametsi Lucanum naviter imitari studeat. Notationes, quas ad operis calcem adjungit, perquam utiles sunt, tum quod multa illic de rebus domesticis parum al as cognita refert, tum quod inscriptiones Romanas in Transsilvania, & vicinis plagis repertas, quæ ob fugientes litteras vix jam legi queunt, aut non exstant amplius, conservarit. Eadem apud hunc, sed paulo aliis adjunctis vestita, narratio de fonte *sanctæ crucis* occurrit, quæ apud Cuspinianum, ut ad hunc articulum memoravi. Illud memoratu non indignum, quod de templo Constantinopolitano S. Sophiæ, credo rumore ambiguo acceptum his verbis scribit: *sed exigentibus forsan sceleribus Byzantinorum anno* 1512. *moles illa vere Cæsarea terræ motu funditus corruit.* Hæc illius fide.

TAXA cancellarie romane. — Impressum quidem Rome pridie Kalendarum Maii. 1479. in 4. folior. 16.

Editio *rarissima*, cujus nec P. Laire in specim. typogr. Romanæ seculi XV. nec Maittairius meminerunt. Itaque editio Romana anni 1485. princeps dehinc dici non potest, ut habent biblioth. Solgeriana & Thomasiana.

TERENTIANUS Maurus de litteris, syllabis, & metris Horatii. Venetiis. 1533. in 8.

Liber raro admodum obvius.

TERENTII (Publii) comedie. Cum anotationibus Petri Marsi, & Pauli Malleoli in singulas scenas cum indice dictionum, seu vocabularum.

Distichon ad lectorem.

Stet sua per totum virtutis gloria mundum,
Recte vive Deo: cetera fumus erunt.

Petri Marsi, & Pauli Malleoli in Terentianas comœdias adnotationes cum marginariis exornationibus, & vocularum difficilium expositionibus sortite sunt finem. Anno VII. (1507.) in 4. M.

Editio *perrara*, Maittairio, & Fabricio ignota. Epistola Malleoli ad Robertum Gagvinum Ord. SS. Trinitatis generalem Ministrum Parisiis data forte indicio sit, illic quoque Terentium editum esse. Editus autem est non distinctis versibus. Vitæ Terentii subditur œconomia satyræ, tragœdiæ, & comœdiæ: illis vero epitaphium Terentio confectum hujusmodi:

Argentoratensis repererat. In exemplaris nostri fronte trium possessorum manus legitur: singulas exscribo: *Sum mei Urielis Maithini. Nunc sum Nicolai Olahi archiepiscopi strigoniensis. Tandem post obitum piæ memoriæ Nic. Olahi archiep. Strigon. devolutus ad Georgium Velichium custodem Ecclesiæ Strigonien.*

TERTULLIANI (Q. Septimii Florentis) Carthaginensis presbyteri scripta, ad complures veteres a Gallicanis, Germanicisque bibliothecis conquisitos recognita codices, in quibus præcipuus fuit unus longe incorruptissimus in ultimam usque petitus Britanniam: non omissis accuratis Beati Rhenani annotationibus. Basil. per Hieron. Frôbenium, & Nicol. Episcopium. 1562. in fol. *Liber rarus.*

TESTAMENTUM novum, græce. Hagenoæ in ædibus Thomæ Anshelmi Badensis, Mense Martio, anno salutis nostræ 1521. in 4.

Editio *longe rarissima,* ut Vogt, & catalogi biblioth. Schwarzianæ, & Solgerianæ testantur.

———— Novum, græce post ultimam æditionem D. Erasmi recognitam, & castigatam. Basil. apud Nicol. Brylingerum. 1543. in 8. *Editio rara.*

———— Novum græce. Tiguri in officina Froschoueriana. 1547. in 8. *Editio rara.*

———— Græce cum notis Josephi Scaligeri in locos aliquot difficiliores. Additus est etiam

TESTAMENTUM novum Siriace, Ebraice, Græce, Latine, Germanice, Boemice, Italice, Hispanice, Gallice, Anglice, Danice, & Polonice, ex dispositione, & adornatione Eliæ Hutteri Germani. Tom. II. Hamburgi excudebat Jacobus Wolfius. 1588. in fol. *Editio apud nos perrara.*

TESTAMENTUM novum Hungarice. in 4. sine loci, & anni indicio.

Facile annus indicari poterat, si ultimum folium exemplari nostro non deesset. Typus tamen satis aperte prodit, Claudiopoli apud Casparem Heltai, eodem interprete, excusum fuisse anno 1561. *Editio perrara.*

——— Hungarice, a Joanne Sylvestro conversum. Viennæ Austriæ 1571. in 4. *Editio rarior.*

TESTAMENTUM novum Germanice. Das neü Testament. in fol. sine anni & loci nota, cum glossis marginalibus Martini Lutheri. *Editio rarissima.*

——— Das new Testament. Teutsch. 1527. in 8. sine loci indicio. *Editio perrara.*

——— Das Buch des newen Testaments. Teutsch mit schönen Figuren. Gedruckt in der kayserlichen stat Auspurg durch Hanns Schönsperger. 1523. in fol. *Editio rarissima.*

——— Das new Testament, so durch den hochgelerten Hieronymum Emser seligen ver-

Christoff Gutknecht. in 4. folior. 8. sine anni nota. M.

Scriptum *rarum*: desunt tamen insignia, quorum in fine meminit: *so hab ich ewr eines yeden, und des gantzen Teutschen Reichs wappen, schilt, und Helm, vom hochsten an bis zum nidersten mit fleiss abmalen lassen.*

THEATRUM diabolorum: das ist, wahrhaffte, eigentliche, und kurtze beschreibung allerley grewlicher, schreklicher, und abscheulicher laster, so in diesen letzten, schweren, und bösen Zeiten an allen orten und enden fast breuchlich, auch grausamlich in schwang gehen &c. Partes II. Francof. apud Petrum Schmid. 1588. in fol.

Liber *rarus:* praecessere editiones annorum 1569. & 1575. ibid. Freytag in analect. litterar. pag. 965. prolixe argumenta libri recenset, quae ante ann. 1569. seorsim editis libellis prodiere.

THEMISTII Philosophi, Euphradae ab eloquentia cognominati, orationes XIV. graece. Harum sex posteriores novae, ceterae emendatiores prodeunt, cum Henr. Stephani notis. Parisiis excudebat Henricus Stephanus. 1562. in 8. *Editio rara.*

THEOCRITI Eclogae triginta. Genus Theocriti, & de inventione Bucolicorum. *Catonis* Romani sententiae paraeneticae distichi. Sententiae *VII. Sapientum.* De Invidia. *Theognidis* Megarensis

ſiones ad græcorum normam exactæ, & recognitæ cura & ſtudio *Jacobi Sirmondi* Soc. Jeſu presbyteri. Lutet. Pariſiorum apud Sebaſtianum, & Gabrielem Cramoiſy. 1642. in fol. Vol. IV.

Editio *perrara*, & *optima*: cujus exemplar unum Harvoodus in auctione ſeptem libris Anglicanis veniſſe affirmat.

THEODORETI Cyrenſis epiſcopi Græcarum affectionum curatio, ſeu Evangelicæ veritatis ex græca philoſophia agnitio. Græce nunc primum ex quatuor MSS. exemplaribus, duobus ſcilicet Palatinis, & totidem Auguſtanis edita, cum *Zenobii Acciaoli* latina interpretatione diligenter recognita, opera Friderici Sylburgi Veter. ex typogr. Hieronymi Gomelini. 1592. in fol. *Editio rara.*

——————— Rerum eccleſiaſticarum libri V. græce. Baſil. per Hieron. Frobenium, & Nicolaum Epiſcopium. 1535. in fol. *Editio rarior.*

——————— Rerum Eccleſiaſticarum libri V. converſi in latinum a *Joach. Camerario* Pabergenſi. Catalogi epiſcoporum in præcipuis Eccleſiis, & Cæſarum, atque aliquot orthodoxorum, nec non ſectarum præcipuarum illius temporis hiſtoriola eodem authore. De eſſentia & ſubſtantia ex græcis converſiones ejusdem. Baſil. apud Joan. Hervagium. 1536. in fol. *Liber rarus.*

——————— De ſelectis ſcripturæ Divinæ quæ-

THEOPHRASTI primum quidem Platonis, mox Aristotelis quoque discipuli, & in philosophiæ professione successoris opera, quæ quidem a tot sæculis adhuc extant, omnia. Græce. Basil. apud Joan. Oporinum. 1541. in fol.

Editio *rara*, mirumque est ab Harvoodo præteritam esse.

——————— sparsæ de plantis sententiæ in continuatam seriem ad propria capita revocatæ per Cæsarem Odonum. Accesserunt disputationes duæ, altera, an rheubarbarum in propria mole, & substantia exhibitum solvat, & aperiat magis, quam ex infusione propinatum: altera, an in quovis humore evacuando sit exspectanda concoctio? nunc primum ab eodem authore in lucem editæ. Bononiæ apud Alexandrum Benaccium. 1561. in 4, *Liber infrequens.*

THEOPHRASTI Bombast genannt Paracelsi von Hochenheim von de frantzösischen Krankheit drey Bücher. Francof. per Herman. Gülfferichum. 1553. in 4.

——————— Von podagrischen Krankheiten, als Zipperlein, oder Gicht, und ihren speciebus. Regiomonti per Joan. Daubmanum. 1563. in 4.

——————— Philosophiæ magnæ tractatus aliquot, jetzt erst in Truck geben. Colon. apud hæredes Arnoldi Birckmani. 1567. in 4.

græce nunc primum editæ ex bibliotheca Cl. viri Joannis Sambuci Pannonii Tirnavienſis, cum interpretatione latina Laurentii Sifani Prunsfeldii, J. V. D. His acceſſerunt orationes quinque diverſorum Patrum, nempe Gregorii Nyſſeni, Amphilochi Iconii, Joan. Chryſoſtomi, Cyrilli, & Timothei Hieroſolymorum presbyteri. Item Gregorii Nyſſeni oratio de Deitate Filii, & Spiritus ſancti. Eodem Sifano interprete. Colon. apud hæredes Arnoldi Birckmanni. 1568. in fol.

Editio *perrara.* Dedicationem ad Marcum, & Joannem Fuggeros, Antonii filios, excipit Sifani ad Sambucum epiſtola ex monaſterio Steinveldio data, in qua illum hortatur, ut ceteros quoque Codices græcos MSS. vulgari permittat: *ac te hortamur*, inquit, *ut deinceps macta iſta virtute ſis, & ea, quæ etiam nunc penes te habes ejusdem generis, — — — manumittere, ac bono publico dicare velis.*

THEOPHYLACTI in omnes Divi Pauli epiſtolas enarrationes, divinæ prorſus, tamque diligenti nunc demum ſtudio recognitæ, ut ad præcedentium collationem longe perfectius in lucem exiiſſe videantur. Chriſtophoro Porſena Romano interprete. Coloniæ in ædibus honeſti civis Petri Quentell. 1531. Menſe Januario. in fol. *Editio rara.*

THESAURUS novus, ſeu ſermones de ſanctis per circulum anni, quibus ab editore ſuo doctore, & predicatore famoſiſſimo nomen, ut Theſaurus

THUCY-

THUCYDIDES. Gli otto libri di Thucydide Atheniese, delle guerre fatte tra popoli della Morea, & gli Atheniesi. Nuovamente dal greco idioma nella lingva Thoscana, con ogni diligenza tradotto per Francesco di Soldo Strozzi Fiorentino. In Venetia. Appresso Vincenzo Vaugris al segno d'Erasmo. 1545. in 8. M.

Versio Italica omnium, ut titulus præfert, *prima*, & *rarissima*. Dedicata est Cosino Mediceo Duci Florentino: dedicationem sequitur ejusdem Strozzii epistola ad Academicos Florentinos; utraque data est ultima Martii 1545. Bauerus ex *Nicol. Haym Notizia de' libri rari nella lingva Italiana* &c. laudat editionem Venetam anni 1563. in 4. eamque raris, ac præstantissimis accenset: ex his fere suspicari licet, editionem anni 1545. Haymo ignotam fuisse. Nec Maittairius, nec Harvoodus hujus meminerunt.

THURNEYSSER (Leonardi) züm Thürn, Churfürstlichs Brandenburgischs bestalten Leibs Medici, und Burgers zu Basel 'Εκπλήρωσις, und impletio, oder erfüllung der verheissung, welche Züsagunge von ihme zü Berlin anno 1580. den V. Tag Martii wegen der ἀνάπτυξις, oder explication seines Calenders zu leisten beschehen. 1580. in 4. sine loco.

Editio ex *rarioribus*. Tuetur se hoc scripto adversus tres Theologos, qui illum sacrorum communione excluserunt, quos idcirco etiam Pyracmoni, Bronti, & Steropi comparat. Videtur Calendarium, quod pro anno 1580. ediderat, egoque possideo, causam huic

apologiæ præbuisse, in quo, ut ætas illa erat, multa prognostica congerit, speciatim autem ad diem 5. Martii illud: *ignes vestros attentione singulari observate.*

THURNEYSSER (Leonardi) Onomasticum, und interpretatio, oder ausführliche Erklerung über etliche frembde, bey vielen hochgelarten, die der lateinischen und griechischen sprach erfahren, unbekante Nomina, verba, proverbia, dicta, sylben, character, und sonst reden, deren nicht allein in des theuren philosophi und Medici Aurelii Theophrasti Paracelsi von Hohenheim, sondern auch in anderer authorum schrifften hin und wider weitleufftig gedacht, welche hie zusamen nach dem alphabet verzeichnet, in welchem fast jedes wort mit seiner eigenen schrifft nach der Völcker etymologia, oder eigenen art und weis zu reden, beschrieben worden ist. II. Theile. Berolini per Nicolaum Voltzen. 1583. in fol. *Liber rarus.*

——— Wahrhafftiger Bericht Leonhardi Turneussers jetziger Zeit zu Rom, von der Magia, schwartzen Zeuberkunst, und was davon zu halten sey? Gedruckt zu Notopyrgen. 1591. in 4. *Editio perrara.*

THWROCZ (Magistri Joannis de) Chronica Hungarorum. in 4. cum figg.

In principio, & fine mutilum. Videtur tamen et formæ, & typi æqualitate cum eo congruere, quod

apud Excellentiss. archiepiscopum Colocensem L. B. Adamum PATACHICH de Zajezda Pestini videram, in cujus fine hæc: *Serenissimorum Hungarie regum chronica bene revisa, ac fideli studio emendata finit feliciter. Impressa Erhardi Ratdolt viri solertissimi eximia industria, & mira imprimendi arte: qua nuper Venetiis, nunc Auguste excellet, nominatissimus. Impensis siquidem Theobaldi Feger concivis Budensis, anno salutifere incarnationis.* 1488. Possidemus quoque aliam editionem in fol. in fine etiam mutilam, quæ sine dubio Brunensis est, & eodem anno 1488. exscripta.

David Czwittingerus Specim. Hungariæ litterariæ pag. 392. & ex hoc Maittairius, aliique, chronicon Thuroczianum jam anno 1482. Augustæ per Erhardum Ratoldum prodiisse scribunt, quod omnino erroneum est. Præfatio enim ad Thomam de Drag Regis Matthiæ Corvini locum tenentem, præter regios titulos, etiam *Austriæ Ducis* titulum Matthiæ tribuit, quo is ante occupatam anno 1485. Viennam usus non est: nec Thuroczius ante annum 1484. titulum *Magistri*, qui *Proto-Notariorum* regni proprius erat, tribuere sibi potuit: quippe quem ex authenticis instrumentis certum habeam, anno 1468. *Fiscalem Procuratorem* regis; anno autem 1470. *Notarium* Conventus B. Virginis de Thurocz, & 1484. *Proto-Notarium* fuisse. Et qua ratione Ratoldus chronicon hoc Augustæ anno 1482. edere potuit, quem ab anno 1475. ad annum 1486. Venetiis artem calcographicam exercuisse, nec, nisi anno hoc postremo a Friderico de Hohenzollern episcopo Augustano Venetiis advocatum Augustam venisse Cl. D. Franc. Antonius Veith in Diatribe, quæ annalibus typographiæ Augustanæ præmittitur pagg. 35. & seqq. perspicue demonstrat? Adde, quod Maittairius annal. typogr. Tom. I. Part.

TITII (Roberti) Burgensis, locorum controversorum libri X. in quibus veterum Scriptorum loci conferuntur, explicantur, & emendantur. Florentiæ. 1583. in 4. *Liber perrarus.*

TOPPELTINI (Laurentii) origines & occasus Transsilvanorum. Lugduni. 1667. in 12. cum figg. M. *Libellus rarus.*

TORDÆ (Sigismundi) Geloi Pannonii, Orestes Euripidis tragœdia cum primis elegans latino carmine longe doctiss. expressa nunque primum in lucem edita. Basil. apud Joan. Oporinum. 1551. in 8. M.

Libellus *admodum rarus*; inscriptus est *Cl. ac doctiss. viro Martino Calmantzehi, Pastori ecclesiæ Neapolitanæ apud Pannonios ad Carpathum.* Supra, ubi de Bonfinio egi, epistolæ Oporini ad Tordam datæ, in qua Orestis e græco conversi mentio fit, jam memini. Author *memoriæ Hungarorum* illum sub nomine *Geloi* recenset. Ferdinandus I. in literis anni 1556. quibus illi possessionem Nyrjes donat, eum *de Gyalw* appellat: hinc verisimiliter nomen *Geloi* ortum.

——— Epigrammata ad Illustrem *Thomam a Nadasd*, Posonii per occasiones scripta, dum tenuit consultatio de eo in Palatinum eligendo. Ejusd. ode in laudem ejusdem Thomæ a Nadasd electi, & publice denunciati Palatini. Viennæ Austr. excudebat Michael Zimmerman. 1554. in 4. M.

Bauerus in Supplem. editionem Viennensem anni 1690. *rarissimis* accenset. Author opus hoc dedicavit *Georgio Szelepchényio* archiepiscopo Strigoniensi.

TRACTATUS de Tabellionibus per dominum Bartolum compilatus. in 4. sine l. & anno.

Typus per omnia idem est, quem *Exspectativa gratiæ* refert, quam Part. I. pag. 386. Romæ anno 1479. excusam memoravi.

———— Brevis de arte Notariatus. in 4. sine anni, & loci indicio, folior. 8.

Litteræ sunt Guldenbeckianæ, quibus Romæ 1474. usus est.

———— Editus sub nomine diaboli, quando justitiam petiit coram Deo. Vide *Procuratoris.*

———— De Turcis, prout ad presens ecclesia sancta ab eis affligitur. Collectus diligenti discussione scripturarum a quibusdam fratribus ordinis predicatorum. — Explicit tractatus collectus anno domini M. CCCC. LXXIIII. a quibusdam fratribus Ord. predicatorum de presenti afflictione ecclesie; illata a Turcis; declarans per autenticas scripturas quomodo ipsa sit presignata; & propter que peccata Christianorum sit inflicta: & quando sit finienda. Impressus anno domini 1481. Nuremberge per Conradum Zeninger. in 4. M.

Liber *perrarus*, re ipsa est commentarius in vaticinium D. Methodii, cujus in articulo *Lazius* memini. Authores operis, ut ex rubricis marginalibus pa-

ſtianæ, & exhortatio ad ipſum Cæſarem &c. Argumentum proinde idem utrobique, non item oratio eadem fuit. In hac cum ſumma libertate utatur, lectorem præmuniendum putabat. *Scio*, inquit, *me viſum iri quibusdam delicatioribus acerbum, linguæque nimium liberæ, qui plerumque abhorrent a veritate, qui ſua delicta non agnoſcunt. Ego vero, non ut placerem improbis, & inertibus, hanc provinciam ſuſcepi, ſed ut oſtenderem calamitatem publicam, & quo in diſcrimine ſalus omnium conſtituta eſſet.*

TREUE (Conradi) von Fridesleuen, etliche geſprech aus Göttlichen und geſchriben Rechten vom Nürnbergiſchen Frideſtand der ſtreitigen religion halb anno XXXII. Franckfortiſchen anſtand jüngſt in Aprillen dieſes XXXIV. jars auffgericht. Künftiger handlung gen Nürnberg angeſehen den ſpan der religion hinzulegen. in 4. ſine a. & l.

Scriptum *rarum*: dedicatum eſt Comiti Rutprechto in Monderſcheid, & Blanckenheim. Datum vero: *Zu Sonnenborn den III. Junii* 1534.

TREVIRENSIS Comitis antiqui, philoſophi expertiſſimi περὶ χημείας opus hiſtoricum & dogmaticum, ex gallico in latinum ſimpliciter verſum, & nunc primum in lucem editum. Argent. Samuel Emmel exprimebat. 1567. in 8. *Liber rarus.*

TRIBALDI (Ludov.) regii, primariique hiſtoriei paræneſis Iberica ad clariſſ. & ornatiſſ. virum D. Laurentium Ramirum Pratenſem, in ampliſſ. Indiarum Senatu Conſiliarium. Antverp. ex offic. Plantiniana. 1632. in 4. *Liber infrequens.*

ctione juxta doctrinam Aristot. & Averrois. Patavii Gratiosus Perchacinus excudebat. 1556. in 8. *Liber infrequens.*

TRINCAVELLI (Victoris) De vena in pleuritide, aliisque internorum inflammationibus secanda rudimentum. ibid. 1563. in 8. *Editio rara.*

———— Libri III. & quarti fragmentum de ratione componendorum medicamentorum, eorundemque usu, ipso dictante a suis discipulis diligenter descripti, ac a Laurentio Marucino recogniti. Venet. apud Borgominerios. 1571. in 4. *Liber rarus.*

TRITHEMII (Joan.) Eyn schone Cronica von ersten Vrsprunck und uffvachsen der Francken, vie sie in Deutschlandt komen. Auch von dheren Kunig, Hertzogen, gemeyns Adels, und Volcks berümlichsten Kriegs und andern tugentlichen ubungen, da durch sie bey nach gantze Europam bestritten, und erobert. Von dem Erwirdigen Vatter Hern Johansen weylant Abbt zu Spanheim aus vil seltzamen wenige gehörten Historien beim kurtzsten verfast, newlichst durch den hochgelerten Hern Jacoben Schenk, der rechten Doctor aus Latin in Deutsch transferiert und gezogen. Gedruckt und vollendt zu Speyer durch den ersamen Johans Eckharten, dinstags nach unser Frauen Lichtmess. 1522. in fol.

Versio, ut reor, prima, & admodum rara.

TROVAMALÆ (Joan. Bapt.) Rosella casuum. Venetiis. 1499. in 8. min. *Editio rara.*

TUBERONIS (Ludovici) Dalmatæ Abbatis commentariorum de rebus suo tempore, nimirum ab anno Christi 1490. ad annum Christi 1522. in Pannonia, & finitimis regionibus gestis libri XI. Francof. 1603. in 4.

Editio *haud facile obvia.* Authorem recudi, & Tom. II. Script. rerum Hungar. inseri fecit. Cl. Georgius Schwandtnerus, præfatus autem est Cl. Matthias Belius, qui & cujus ordinis Abbas fuerit, & cui loco præfectus nuspiam se reperisse fatetur: ad hæc *Tuberonis* nomen ab Romanis de industria adscitum putat, ut tutior ab his esset, quos libertate scribendi offensum iri metuebat. Sed nomen id illi genuinum fuisse liquet ex epistola ad Gregorium Frangepanium Colocensem archiepiscopum, quam præfationi ad Part. IV. annal. Reg. Hungariæ. Erat autem ordinis S. Benedicti, & Abbas cœnobii Melitensis, ut Bandurius Imper. Orient. Tom. II. in animadvers. ad librum Constantini Porph. de administ. Imperii pag. 42. edit. Venetæ prodidit.

TUDELENSIS Beniamini Itinerarium, in quo res memorabiles, quas ante CCC. annos totum fere terrarum orbem notatis itineribus dimensus vel ipse vidit, vel a fide dignis suæ ætatis hominibus accepit, breviter atque dilucide describuntur, ex hebraico latinum factum, Benedicto Aria Mon-

tano interprete. Antverp. ex offic. Plantiniana. 1575. in 8.

Libellus *raro obvius.* Author quacunque iter fecit, cum Judæus esset, horum *communitates*, ut ait, visitabat. Ad Noraldini regis Turcorum aulam delatus, hanc illorum lingua *Uram Szoba*, & Persarum regiam ab iisdem Turcis *Sziaphaz* appellari memorat. Quod cur moneam, nostri intelli ent.

De origine TURCORUM imperii, eorumque administratione, & disciplina brevia quædam capita notationis loco collecta. Cui libellus de Turcorum moribus collectus a *Bartholomæo Georgjevicz* adjectus est. Wittebergæ. 1560. in 8. M.

Liber *infrequens*, cujus pars altera, quæ Georgjeviczii est, ob disputationem, quam de SS. Trinitate cum Turca Varadini præsente Georgio Martinusio episcopo habuit, digna lectu est.

TURISANI Monaci Cartusiensis de Florentia plus quam commentarium in librum Galeni, qui microtechni intitulatur. Venet. impressus mandato & expensis nob. viri domini Octaviani Scoti civis Modoetiensis. 1498. pridie ydus apriles per Bonetum Locatellum Bergomensem. in fol.

Editio *rara.* Author eodem nomine ubique insignitur: in principio tamen Libri I. errore typi *Trusianus* expressus est.

TURNEBII (Adriani) Adversariorum Tomi III. Basil. per Thomam Gvarinum. 1581. in fol. *Editio rara.*

Cardinalium ſenatu, cæterisque Romanæ Curiæ Proceribus in Concilio Florentino viva voce exhibita, nunc primum in lucem edita. Venet. ex offic. Jordani Zileti. 1563.

Uterque liber perraro obvius.

TURRIANI (Franc.) Soc. Jeſu, de ſanctiſſima eucharistia tractatus primus contra Volanum Polonum. Florentiæ apud Bartholom. Sermatellium. 1575. in 4.

Opus *rarum* inſcriptum eſt Valeriano epiſcopo Vilnenſi. Scriptionis occaſio orta eſt ex mutuis in hac materia velitationibus inter Petrum Scargam Soc. J. & Andream Volanum Calvini diſcipulum. An alter tractatus ibidem prodierit, ignoro; certe Sotvellus, cui Florentina editio ignota fuit, utrumque Pariſiis anno 1577. typis fuiſſe editum memorat.

TUSIGNANO (Petri de) Recepte ſuper Nono Almanſoris. Venet. per Bernardinum de Tridino. 1483. die XXX. Martii. in fol.

Liber *admodum rarus*: cujus thecæ interiori, neſcio quis, ſequens contra podagram remedium ſua manu inſcripſit: *Junipera viridia contundantur in butiro, & vinum bonum, ut tamen bulliant. Tandem tandem colatum agitetur in patella: & iterum bulliant, quousque non evaporet. Reſiduum pro uſibus ſerva podagræ. Nam extrahit totam.*

TYRII (Gulielmi) ſanctæ Tyrenſis eccleſiæ miniſtri hiſtoriæ de bello ſacro libri XXIII. *Joan. Heroldi* continuatæ hiſtoriæ de bello ſacro libri

V.

exemplorum Libri IX. Impressi in urbe Lipsica calcographo Melchiore Lottero. 1514. in fol.

Omnes editiones hæ *raræ* sunt; postrema luculentissimis typis expressa.

VALERII (Maximi.) Exempla quatuor & viginti nuper inventa, ante caput de *omnibus*. Venetiis in ædibus Aldi, & Andreæ Soceri. 1514. in 8. *Editio rara.*

VALERII Probi de notis Romanis &c. Vide *Probi Valerii.*

VALESII (Hadriani) historiographi regii Notitia Galliarum ordine litterarum digesta. Paris. apud Frider. Leonard. 1675. in fol. *Liber rarus.*

VALKEREN (Joan. Petri) S. R. J. Equitis, Vienna a' Turcis obsessa, a Christianis liberata. Viennæ Austr. typis Leopoldi Voigt. 1683. in 4. *Liber Infrequens.*

VALLAE (Georgii) de simplicium natura liber unus. Argent. per Henricum Sybold. 1528. in 8.

——————— De natura partium animalium, ibid. per eund. 1529. in 8. *Utrunque opusculum rarius obvium.*

VALLAE (Laurentii) Adeps elegantiarum, ex ejus de lingva latina libris per Bonum Accursium studiosissime collectus.

in catal. Scriptor. testatur, opusculum hoc ei imprudenti sublectum, & typis datum fuisse.

VALTURII (Roberti) de re militari. Typo Gothico, cum iconibus ligno incisis. Veronæ. in fol.

Ita expressum lego in catalogo biblioth. Collegii Trenchiniensis. Sed cum annus non sit appositus, dubito an ad annum 1472. an vero ad 1483. his enim annis Valturium Veronæ editum constat, referendus sit. Utrumvis sit, editio inter *rarissimas* censeri solet.

——————— En tibi lector Robertum Valturium ad illustrem Heroa Sigismundum Pandulphum Malatestam, Ariminensium regem de re militari libris XII. multo emaculatius, ac picturis, quæ plurimæ in eo sunt, elegantioribus expressum, quam cum Veronæ inter initia artis calcographicæ anno 1483. invulgaretur. Parisiis apud Christianum Wechelum sub insigni Scuti Basiliensis. 1534. in fol.

Editio *rara*, & a Maittairio omissa. Videtur typographus primam editionem Veronensem anni 1472. ignorasse.

VALVERDE (Giov.) Anatomia del corpo humano composta per M. Giov. Valverde di Hamusco, & da luy con molte figure di rame & eruditi discorsi in luce mandata in Roma per Anton. Salamanca & Antonio Lafreri, 1560. in fol. *Liber rarus.*

VASERI (Casparis) de antiquis nummis Hebræorum, Chaldæorum, & Syrorum. Tirnaviæ. 1605. in 4.

Editio apud nos *longe rarissima*, quod per id tempus studium rei antiquariæ non optimo loco esset.

VASSAEI (Lodovici) Catalaunensis in anatomen corporis humani tabulæ quatuor. Venet. ex offic. Erasmiana. 1544. in 8. *Liber raro obvius.*

VCHANSKI (Jacobi) brevis augustissimi, ac summe venerandi sacrosanctæ Missæ sacrificii ex sanctis Patribus contra impium *Francisci Stancari* Mantuani scriptum assertio. Coloniæ. 1577. in fol. *Opus rarum.*

VEGA (Emmanuel de) Soc. Jesu in Academia Vilnensi Prof. Theologiæ disputatio de distributione eucharistiæ sub altera tantum, vel utraque specie. Vilnæ in 4. sine anno.

——————— De pio, & in Sancta Ecclesia jam inde ab Apostolis receptissimo sacrarum imaginum usu: deque sacrilega novorum iconoclastarum in exterminandis illis per summam Christi contumeliam immanitate: deque sanctorum veneratione, & invocatione, adversus impium, & famosum libellum a Volano quodam, recenti iconomachorum archiministro editum. Vilnæ. 1586. in 4.

VELII (Casp. Vrsini) Disticha Cæsarum Romanorum a Julio Dictatore usque ad nostram memoriam, Viennæ Austr. per Hieron. Vietorem. 1528. in 4. M.

Bauerus ex biblioth. Saltheniana editionem hujus anni quidem, sed sine loco, memorat.

——— Monosticha regum Italiæ, Albanorum, Romanorum, & virorum illustrium, tum Cæsarum usque ad nostram ætatem. Monosticha Summorum Pontificum Romanorum a Petro usque ad Clementem VII. Ejusdem carmen ad Adrianum VI. Pont. Max. Adjuncta sunt præterea epigrammata quædam Selectiora. Vien. Austr. per Joan. Singrenium. 1528. in 4. M.

——— Oratio Dominica in versus adstricta. Aurea carmina Pythagoræ græce, ac deinde latine. Ejusdem epistola ad D. Erasmum Roterodamum. Ejusd. varia epigrammata. Vien. Austr. per Joan. Singrenium. 1524. in 4. M.

Epistola ad Erasmum heroico, cetera elego carmine scripta sunt: in his præcellunt versus in laudem urbis Venetæ; tum in Ludovicum regem Hung. hastiludio vincentem, & Mariam ejus conjugem: item quos in Ladislaum Zalkanum Strigonien. archiepiscopum, & Georgium Silesium, regi a secretis epistolis, luserat.

——— De mirabili victoria Cæsarianorum adversus Gallos, ac pontentiss. regis capti-

vitate ode. Ejusdem in laudem divi Cæsaris Maximiliani, & Henrici VIII. Britanniæ regis carmen. ibid. apud Singren. sexta Martii 1525. in 4. M.

Inscribit opusculum Leonardo ab Harrach Equiti aurato: tum subjungit vaticinium de rege Francisco anni 1515.

Perdidit Imperium Romanum Augustulus olim,
Nempe & hinc nomen diminuentis erat.
Dictus & a Franco fatali nomine Princeps
Franciscus Gallas nunc labefactat opes.

Adjungitur eodem typo *vera Cæsarianorum per Italiam tum Florentiæ, tum urbis Romanæ expugnationum, aliorumque casuum itinerariorum, qui feliciter Cæsarianis cesserunt descriptio*: Velio itidem, ut suspicor, authore edita anno 1527. in 4. Hanc excipiunt leges, quibus Pontifex, & Cardinales se se Cæsareis dediderunt.

VELII (Casp. Vrsini) Nenia serenissimæ Dominæ Mariæ reginæ Pannoniorum de obitu sereniss. D. Elisabethæ reginæ Danorum sororis dulcissimæ. Ejusdem ad diversos diversa epigrammata. Viennæ per Joan. Singrenium. 1526. in 4. M.

Dedicat hæc *Benedicto Bekenyio* Protonotatio Palatinali. Opusculo præmittit duo epigrammata ab Zalkano Strigonien. archiepiscopo ex tempore fusa, quorum alterum ad Elisabetham Daniæ, alterum ad Bonam Poloniæ, reginas spectat. Illud hujusmodi est.

Hungara reginæ Danæ regina parentat
Amissa lacrimis plena sorore soror.

Cur ploret, non est, vita clementior illi
Mors fuit: hæc rapuit, quod dedit illa, malum.

Alterum ita habet:

Quæ Bona dicta fuit, nunc regem enixa Polonis,
Optima felici facta puerperio est.

Id olim possessori hujus libelli stomachum videtur movisse, dum sua manu hoc distichon adjungeret:

Qui tibi cunque Bonæ, sacris dum tingeris undis,
Imposuit nomen, omnibus imposuit.

Inficetus poeta, qui, cum hæc scripsit, sibi omnium maxime imposuit. Ceterum insunt huic opusculo permulta: quæ ad Hungaros attinent. Rex & regina bonam partem occupant; potiorem Zalcanus, quem a litteris, & prudentia in curanda re publica mirifice commendat: Tomoræus quoque, Brodericus, & Piso Transsilvanus, elegans poeta, in partem laudis veniunt. His junguntur encomia Antonii Baronis de Burgo in Hungaria Nuncii Apostolici, cujus studio Pontifex magnam auri copiam in bellum Turcicum largitus est: Alexii item Thurzonis, Andreæ Præpositi Strigoniensis, viri undequaque doctissimi; Georgii Loxani, & Emerici Kalnaj Ludovico regi a secretis; denique Stephani Verbôczii, qui tunc Palatini dignitate functus est. Ad hujus Tripartitum, quod Viennæ primum prodiit, alludens, Hungaros mirum in modum ab juris scientia, & cultu religionis commendat. Inter cetera ait:

Larga, frequensque Dei gens, & purissima cultrix,
Parcere docta piis, perdere prompta malos.
Si qua in gente diu poteras Astræa manere, hæc
Apta domus, cœlum ni placuisset, erat.

VERANTII (Antonii) Archiepiscopi Strigo-

VERBÖTZ (Stephani de) Idem opus Hungarice hoc titulo: Decretum, az az, Magyar és Erdély Orſzágnac tórvény könyve. Claudiopoli per Caſp. Heltai. 1571. in 4. M. *Editio itidem perrara.*

———— Idem opus Croatice. Nedeliſchæ per Rudolphum Hoffhalter. 1574. in fol.

Editio *admodum rara.* Eſt autem *Nedeliſcha* pagus in Murakôz Dravum inter & Muram fluvios ſitus.

———— Decretum, oder Tripartitum opus der Landſrechten unnd Gewonheiten des hochlöblichen Königreichs Hungern - - der hochberümbten Teutſchen Nation zu guetem aus dem Latein ins Teutſch trewlichſt vertirt, und gebracht durch Auguſtinum Wagnerum Villeſeccens. I. V. Candidat. & inclytæ Reip. Poſon. Hung. Cauſ. Direct. &cc. Viennæ apud Leonardum Formicam. 1599. in fol. M. *Verſio etiam in Hungaria ex rarioribus.*

VERCELLIS (Antonii de) ſermones per ſacram Quadrageſimam prædicabiles. Venet. 1492. in 4. *Liber rarus.*

VERDU (Blaſii) Catinenſis, ord. Prædic. theologiæ magiſtri, & Regentis in collegio regio Dertoſano, duæ relectiones: altera contra ſcientiam mediam; & altera pro divinorum auxilio-

rum efficacia. Barcinone apud Hieron. a Margarit. 1610. in 4.

Liber apud nos *rarissimus*. Præfatio ad lectorem est instar prologi galeati pro doctrina Divi Thomæ. Author illud: *bene de me Thoma scripsisti*: ex variis Pontificum bullis prolixe confirmat. Quod ut verum sit, illud tamen propterea minime consectaneum est, eos, qui non in omnibus Sancti Doctoris Sententiam amplectuntur, *divino testimonio* contradicere, quod tamen author in præfat. fere pugnat.

VERGERII (Petri Pauli) Justinopolitani de ingenuorum educatione liberorum, & liberalibus artibus. Plutarchi Cheronæi similiter de institutione filiorum. Magni Basilii Cappadocis de legendis gentilium libris. Divi Hieronymi de obedientia filiorum erga parentes epistola. Ejusdem de contemptu mundi alia epistola. Omnia hæc a Jo. Bapt. Benivolo correcta. Impressum Brixiæ per Lodovicum Britannicum. 1528. in 4.

Editio *rarior*. si liber hic, ut veri est simile, idem sit cum eo, quem Baileus Venetiis anno 1502. hoc titulo: *de ingenuis moribus*, *ac liberalibus studiis*: editum memorat, probabile est, Vergerium seniorem cum juniore a Bauero Part. IV. pag. 246. confusum esse. Ceterum de Los Rios editionem anni 1475. memorat, quæ ex recognitione Calphurnii Briniani prodierit.

(Petri Pauli jun.) Concilium non modo Tridentinum, sed omne Papisticum perpetuo fugiendum esse omnibus piis. 1553. in 4. sine loco.

VERGERII (Petri Pauli jun.) Responsio ad librum antichristi Romani, qui in ecclesias Christi, atque in doctos viros, qui sunt in Germania, debachatus est horribiliter. Eo potissimum tempore, quo jactabat se velle per suum Concilium amice tollere dissidia. Regiomonti in Prusia excudebat Joan. Daubmanus. 1563. in 4.

Omnia Vergerii scripta *rarioribus*, *ac rarissimis* accenseri solent, hac maxime reor de causa, quod a Catholicis descissens ad sectarios transierit. Nam his quidem duobus opusculis, quæ memoravi, multum cavillationis inest, parum doctrinæ.

VERGILIUS Maro. Vide *Virgilius*.

VERGILIUS Polydorus. Vid. *Virgilius Polydorus*.

VERI (Jo. Bapt.) Canonici Patavini rerum Venetarum libb. VI. quorum ultimi duo hac tertia editione prodeunt. Venet. 1678. in 4. *Opus rarum*.

VERI (Lucii) Claromontani nova apocalypsis, in qua innocentia Cœsaris Augusti, & fidelium Imperio Principum, & noxa rebellium contra mysten Calvino-Turcicæ iniquitatis, rebellionisque Advocatum Justum Justinum injustissime dictum revelatur. Luceburgi. 1626. in 4. *Liber ex rarioribus*.

quatuor librorum metherologorum Ariſtotelis ad profectum ſtudentium gymnaſii Colonienſis, quod trito ſermone Burſa montis dicitur. Per honeſtum virum Henricum Quentel Agrippinenſem. Coloniæ. 1497. in 4.

Utrumque opus *rarum*: poſtremo adjectus eſt, *liber yconomorum* (*oecon*:) *Ariſtotelis de gubernatione rerum domeſticarum cum commento legentium aſpectibus multum amenus.*

VESALII (Andreæ) Chirurgia magna, ex recognitione Proſperi Borgarutii. Venetiis. 1586. in fol.

——— De humani corporis fabrica. ibid. 1586. in fol.

——— Inſtitutionum anatomicarum libri IV. 1585. in 8. ſine loci indicio.

——— Anatomicarum Gabrielis Falloppii obſervationum examen. Venet. 1564. in 4.

Omnia hæc Veſalii ſcripta notam *raritatis* habent

VESTRII (Octaviani) Iſagoge in actionem aulæ Romanæ. Venetiis. 1560. in 8. *Scriptum perarum.*

VGONIS Senenſis expoſitio in primam Fen primi canonis Avicenne, cum queſtionibus ejusd. item queſtiones de febre *Antonii Faventini*. Ve-

cudit Theodoricus Martinus Aloſtenſis in officina ſua e regione ſcholæ juris civilis Nicolao de Buſco, & Petro Tonſore recognitoribus. 1513. Septembris (ſic) die ſeptima. in 4. *Editio perrara, & Maittairio non cognita.*

VICTORII (Petri) Commentarii in librum Demetrii Phalerei de elocutione, poſitis ante ſingulas declarationes græcis vocibus auctoris: iisdemque ad verbum latine expreſſis. Cum Pii IV. Pont. Max. Coſmi Medicis Florentinorum, Senenſiumque Ducis, & Alphonſi Ferrarienſium Ducis privilegiis ampliſſ. per decennium. Florentiæ in officina Juntarum Bernardi F. 1562. in fol.

——————— Commentarii in primum librum Ariſtotelis de arte poetarum, cum textu græco, verſione latina Victorii & indicibus. Editio ſecunda. Florent. in offic. Juntarum Bernardi filiorum. 1573. in fol.

——————— Variarum lectionum libb. XXXVIII. ad Alexandrum Farneſium S. R. E. Cardinalem libb. XXV. ad Ferdinandum Medicem S. R. E. Card. libb. XIII. Florent. apud Junctas. 1582. in fol.

——————— Epiſtolarum ad Germanos miſſarum libb. III. Nunc primum editi ab Joan. Caſe-

VIETAE (Franc.) Opera mathematica in unum volumen congesta, ac recognita: opera atque studio Franc. a Schooten Leydensis matheseos Professoris. Lugd. Batav. ex offic. Bonavent. & Abrahami Elzeviriorum. 1646. in fol.

Testibus Freytagio, Gerdesii florilegio, & biblioth. Solgeriana. *opus rarissimum.*

D. VIGILII martyris, episcopi Tridentini opus ut vetustum, ita quoque celeberrimum contra Eutychen, aliosque hæreticos, qui impie Christum solum hominem, nec Deum, profitentur, hactenus desyderatum a doctissimis, quod & hoc seculum tales impudentes homines protulerit, proderit nostra ætate quoque plurimum. Viennæ Pannoniæ in ædibus Joan. Singrenii excusum. 1528. in 4.

Editio *admodum rara.* Inscribit opus Bernardo a Gles Tridentino episcopo Caspar Churerius, qui vitam quoque D. Vigilii ex annalibus ab se confectam dedicationi subjungit: in fine additur ejusdem Vigilii epistola ad simplicianum Tridentinæ Ecclesiæ Antistitem: hanc sequitur octastichon Joan. Lucii Brassicani in persona D. Vigilii.

VILLAGNONIS (Nicolai) Equitis Rhodii, Caroli V. Imp. expeditio in Africam ad Argieram. Norimb. apud Joan. Petreium. 1546. in 4. M. *Liber rarus.*

——— Adversus novitium Calvini, Me-

febribus, peste, epiala, & liparia. in fol. sine l. & anno.

Typus est Gothicus credo eundem hunc Villanovam cum Arnaldo fuisse: a quo in medica institutus fuerit, in prologo his verbis memorat: *post obitum bone memorie magistri Joannis Cassanide, medicinalis scientie professoris reverendissimi, domini mei, & magistri specialis &c.*

VILLEBOIS (Ludov.) Rerum in Arvernia gestarum, præcipue in Amberti, & Yssoduri urbium obsidionibus anno 1577. luctuosa narratio. Neoburgi per Toussanum du Pré. 1577. in 8. *Liber rarus.*

VIMPINAEI (Joan. Alberti) concordia Hippocraticorum, & Paracelsistarum libri magni excursiones defensivæ, cum appendice, quid Medico sit faciundum. Monachii excudebat Adamus Berg. 1569. in 8. *Liber parum communis.*

VINCENTII Bellovacensis opera. Voll. III. in fol. sine loco, & anno.

Exscripta typo Gothico, charta spissa, & scabra. Abest speculum historiale.

——— Speculum naturale. Impensis non mediocribus, ac cura solertissima Hermanni Liechtenstein Coloniensis agrippine Colonie, nec non emendatione diligentissima est impressum anno salutis 1494. Idibus maii Venetiis. Sedente divo

VIRGILII (Maronis.) Opera omnia, adjecto libro XIII. Maphæi Vegii, cum Servii Honorati grammatici, & Probi, nec non Antonii Mancinelli Veliterni, ac Jodoci Badii Ascensii commentariis, & iconibus copiosis. Excussit Lugduni Jacobus Sacon, impensis autem protulit bibliopolarum optimus Ciriacus Hochperg, 1517. ad tertium Nonas Decembres. in fol. *Editio rarior.*

——— Bucolica, Georgica, Aeneis, cum Servii commentariis accuratissime emendatis, in quibus multa, quæ deerant, sunt addita. Græcæ dictiones, & versus ubique restituti. Sequitur Probi celebris grammatici in bucolica, & georgica commentariolus non ante impressus, Ad hos Donati fragmenta, Christophori Langii, & Antonii Mancinelli commentarii. Venetiis in ædibus Georgii de Rusconibus, suis impensis excusi, per Bapt. Egnatium Venetum emendati, sub serenissimo Principe Leonardo Lauredano, 1520. die III. Januarii, in 4. *Editio rara.*

——— Musis dicatum. P. Virgilii Maronis, poetarum principis opera accuratissime castigata. Cum XI. acerrimi judicii virorum commentariis, Servio præsertim, atque Donato nunc primum ad suam integritatem restitutis excusa. Venet. in offic. Lucæantonii Juntæ. 1537. in fol. cum figg. *Editio rara.*

omnium ferme scriptorum luculentissima enarratione explicantur. Argent. apud Matthiam Schurerium. 1511. in 4. M. *Editio rara.*

VIRGILII (Polydori) De inventoribus rerum libb. III. M. Antonii Sabellici de artium inventoribus ad Bassum carmen elegantissimum. Argent. in offic. Matthiæ Schurerii. 1512. in 4. *Liber rarus.*

――――― De rerum inventoribus Libri VIII. Basileæ apud Joan. Frobenium. 1525. in fol. *Liber rarus.*

VIRGILIUS Saltzburgensis. Vide *Wellendarffer.*

VIRVESII (Alfonsi) Ulmetani, Canariensis episcopi Philippicæ disputationes XX. adversus Lutherana dogmata per Philippum Melanchtonem defensa; complectens summatim disputationes nuper Augustæ, ac deinde Ratisponæ habitas. Nunc iterum diligenter recognitæ, & a mendis, quibus scatebant, repurgatæ. Vox usurpata Luthero: *verbum Domini manet in æternum*: Ps. 40. Vox Ecclesiæ propria: *& respondebo exprobrantibus mihi verbum, quia speravi in sermonibus tuis.* Ps. 118. Coloniæ ex offic. Melchioris Novesiani. 1545. in 4.

Opus *rarum*: dedicat id Carolo V. Imp. a quo in aulam accersitus fuerat, ut colloquio Augustano ad

poribus tranſparentibus, atque ſpeculis planis, ſphæricis, columnaribus, pyramidalibus, concavis, & convexis, ſcilicet, cur quædam rectas, quædam inverſas, quædam intra, quædam vero extra ſe in aere magno miraculo pendentes, quædam motum rei verum, quædam eundem in contrarium oſtendant: quædam ſoli oppoſita vehementiſſime adurant, ignemque admota materia excitent: deque umbris, ac variis circa viſum deceptionibus; a quibus magna pars magiæ naturalis dependet. Omnia ab hoc auctore, qui eruditorum omnium conſenſu primas in hoc ſcripti genere tenet, diligentiſſime tradita, ad ſolidam abſtruſarum rerum cognitionem non minus utilia, quam jucunda, nunc primum opera mathematicorum præſtantiſſ. d. d. *Georgii Tanſtetter*, & *Petri Apiani* in lucem ædita. Norimb. apud Joan. Petreium. 1535. in fol.

In catalogo biblioth. Salthenianæ dicitur, *opus admodum rarum, & fere ignotum:* qua de cauſa integrum, etſi prolixus ſit, titulum exſcribendum putavi. Cujus Nationis author fuerit, ipſe in præfat. videtur his verbis indicare: *veritatis amatori, fratri Guilhermo de Morbeka Vitelo filius Thuringorum, & Polonorum æternæ lucis irrefracto mentis radio fœlicem intuitum, & intellectum perſpicuum ſubſcriptorum &c.* Tanſtetterus exiſtimat, authorem DC. annis prius floruiſſe, quam ederetur; id ſi valet, ad ſeculum X. locandus erit.

chen genugthuung für die sünde: von menschlichen Kirchenordnung: von Ehesachen: vom freyen willen: von Christlicher freyheit: vom Türcken: von yeglicher ubung ynn der kirchen: vom rechten Christlichen Bann: von verordnung des superattendenten.

VOCABULARIUS breviloquus cum arte diphtongandi, punctandi, & accentuandi. Impressus Nurmberge per Antonium Koberger. 1498. die XII. mensis Julii. in 4. M. *Editio rara.*

——————— Poeticus, sive elucidarius carminum, & historiarum, continens fabulas, historias, provincias, urbes, insulas, fluvios, & montes illustres &c. Impressum Colonie apud Predicatores per me Cornelium de Zyrckzee. 1505. in 4. *Liber rarus.*

——————— Impressit Johannes Pruss civis Argentinus in edibus zum Thiergarten. 1505. in 4.

Liber *raro obvius.* Fini præmittuntur, instar carminis Macaronici, Juristarum termini. Exscribo quædam pro specimine.

Est pheodus *lehengut*: est deprecatio *dygnisse*:
Et pactus sit *pacht*: census *Zins*: redditus *ein gylt*.
Ungelt angaria: post hec precaria *bette*.
Arra sit *truwe*: *tzoll* theolus: exactio sit *schatz*.
Inlag obstagium: emologium quoque *wedde*.
Passagium *badefart*: sit expeditio *herfart*.
Mercipotus *wynkauff*: legatio sit tibi *bottenbrot*. &c.

VOCABULARIUS. Seu gemma gemmarum. Quia per insertionem multorum vocabulorum emendatus est, ideo merito gemmagemmarum appellatur. Impressus in imperiali oppido Hagenaw per industrium Henricum Gran, impensis circumspecti viri Joannis Rynman. 1507. die IIII. mens. Augusti. in 4.

Editio rara. Præmittit Antonius Liberus Susatensis carmen in laudem coloniæ Agrippinæ: inter cetera hoc quoque:

Consiliis Romam vincis: sapientia Athenas:
Parisios studiis: & Venetos opibus.

VOEGELINI (Joan.) Elementale geometricum ex Euclidis geometria decerptum. Argent. apud Christianum Egenolphum. 1529. in 8. *Liber rarus.*

VOCEMONTE (Lotario) Trattato intorno allo stabilimento del commercio, che introdur si potrebbe nella Germania rendendo navigabili i fiumi di essa, ed unendoli per mezo di canali con il Danubio, ed altri fiumi del mezzogiorno, per dove si verebbe parmente ad auere la communicazione con i mari dell' oriente, e dell' occidente. &c. Vienna d' Austria appresso Cristoforo Lercher. 1709. in 8. M. *Libellus admodum rarescens.*

VÖLKELII (Joan.) Nodi Gordii a Martino Smiglecio nexi dissolutio. Racoviæ typis Sebastiani Sternacii. 1613. in 8. *Liber rarus.*

VOLATERRANI (Raphaelis) commentariorum urbanorum XXXVIII. libri. Item oeconomicus xenophontis ab eodem Latio donatus. Parisiis in ædibus Ascensianis ad kalendas Julias. 1511. in fol. *Editio post Romanam anni* 1506. *rarissima.*

——— De institutione Christiana ad Leonem X. Pont. Max. libri VIII. Ejusd. de prima philosophia ad Marium fratrem lib. I. De dormitione Beatæ Mariæ Virginis sermones duo Joannis Damasceni, & unus Andreæ Hierosolymitani, e græco in latinum per eundem conversi. Romæ apud Jacobum Mazochium Romanæ Academiæ bibliopolam. 1518. in fol. *Liber perrarus.*

VORAGINE (Jacobi de) Genuensis archiepiscopi, ordinis prædicatorum, Sanctorum ac festorum per totum annum liber. Impressum Venetiis per Manfredum de Monteferrato de Sustrevo. 1493. in 4. *Editio rara, & Maittairio ignota.*

VORSTII (Conradi) prodromus plenioris responsi, suo tempore cum Deo secuturi, ad declarationem D. Sibrandi Lubberti. Lugd. Batav. ex offic. Joan. Patii. 1612. in 4.

VRSTISII

VRSTISII (Christiani) Germaniæ historicorum illustrium Tomi II. Francof. 1670. in fol.

Editio *rara*: prodiit jam prius ibid. anno 1585.

VRZEDORA (Martini) Herbarium Polonicum. Cracoviæ. 1595. in fol. *Opus apud nos rarissimum.*

VSINGEN (Bartholom. de) Compendium totius Logice, brevissimis figuralis expositum in scola Erfurdiana. Novellis scolasticis pro fundamento dialectice captandò editum, atque formis calcographicis studiose effigiatum. Impressum Liptzk per Baccalarium Wolfgangum de Monaco. 1500. in 4. *Liber admodum rarus, & Maittairio ignotus.*

VTINO (Leonardi de) Sacre theologie doctoris, ordinis predicatorum, Quadragesimale de legibus, seu anime fidelis. Impressum Lugduni. 1494. in 4.

———— Sermones floridi, quos predicavit Florentie anno domini M. CCCC. XXXV. Impressit autem eos arte, atque impendio solertissimus vir magister Johannes Cleyn alemannus in civitate Lugdunensi. 1498. in 4. *Utrumque opus rarum.*

VULTEII (Hermanni) consiliorum, sive responsionum, Professorum Facultatis Juridicæ in

W.

nualen, chronicis Weſtphryſonicis, und Grabſteinen gezogen -- Es wird auch darin vermeldet die Ankunfft und uhrſprung des alten Ritterlichen Geſchlechtes deren von *Bartenſchleben*. Magdeburgi. 1581. in 4. M.

Liber *perrarus*, *plurimisque ignotus*, ſi idem hic ſit cum eo, quem Bauerus ex biblioth. Salthenianа memorat hoc titulo: *von des Adels ankunft*. Meum quidem exemplar de his ſolum duabus, quarum memini, familiis agit.

WAN (Pauli) Theoſophi, & Concionatoris Patavienſis ſermones dominicales. In oppido Hagenaw per induſtrium virum Henricum Gran impreſſi. 1497. in 4.

———— Sermones de ſeptem vitiis criminalibus, eorumque remediis. ibid. per Henr, Gran. 1518. in fol. *Utraque editio rara*.

WANGNERECKII (Simonis) Soc. Jeſu, ſyntagmatis hiſtorici, ſeu veterum Græciæ monumentorum de tribus ſanctorum Anargyrorum, Coſmæ & Damiani nomine paribus, Partes II. potiſſimum ex MSS. a Cl. Viro Leone Allatio Roma tranſmiſſis. Græce & latine. Viennæ Auſtr. per Matthæ. Coſmerovium. 1660. in 4.

Liber *rarus*. Cum traductor operi immortuus eſſet, conatus illius pertendit *Reinoldus Dehinius*, ejusdem Soc. qui præterea Notas adjecerat, & opus præfatione apologetica munivit.

lichen mit iren fyguren, und Titlen im disem Buch begriffen seind. — Gedruckt und volendet inn der Kayserlichen Statt Augspurg durch Haynrich Stayner Büchtrucker am XVIII. tag Februarii 1536. in fol. M. *Collectio admodum rara.*

WELLENDARFFER (Virgilii) Saltzburgensis trilogium de mirifico verbo intelligibili mentis, sive cordis, ex diversis studiose congestum, & ad noviciorum, atque provectorum utilitatem, & jocunditatem ordinatum, cujus summarium sub effigiato intuebitur archetypo. Impressum Liptzk per Melchiorem Latter. 1495. in 4.

——— Heptalogium ex diversis paginis, atque auctorum officinis congestum, cujus compendiaria, & universalissima partitio in subdito effigiatur typo. Impressum Liptzk per Melchior. Lotter. 1502. in 4.

——— Decalogium de metheorologicis impressionibus, & mirabilibus nature operibus, igne, aethere, in aquis, atque terra contingentibus, & nostris in climatibus quotidie apparentibus, ex diversis officiose compilatum. Novellis nedum philosophis, & metheorologie amatoribus, verum etiam scholarium rectoribus, & divinorum cooperatoribus haud ociose dedicatum. Cujus generalissima divisio in supposito designabitur proto-

men, auffrür, und unsinnigkeit zu kriegen, mit gründtlicher anzeigung aus wichtigen eehafften ursachen, aus grundtlichen argumenten der hailigen schrifft, alten Leeren, concilien, decreten, der Haiden schrifft, und vernunfft, das der Krieg nicht allein in das reich Christi nit gehöre, sonder auch nicht sey, dann ein teufflisch, vihisch, unchristlich, unmenschlich ding &c.

WESTONIAE (Elisabethæ Joannæ) virginis nobilissimæ, poetriæ florentissimæ, lingvarum plurium peritissimæ Parthenicon Libri III. opera & studio G. Mart. a Baldhouen. Pragæ typis Pauli Sessii. in 8. sine anno. *Liber rarus.*

WEYSGILGEN. Wer horen wil, wer die gantzen Welt arm gemacht hat, der mag lesen dises biechlein: die uns solten reich machen an der seel, die haben uns armen gemacht an güt, und gott weist, wie es den seelen gangen ist: und das ist das ander biechlein, das von dem Adel ausgeet, und heist die Weysgilgen, di gott gepflantzt hat. in 4. sine l. & an. folior. 6.

Scriptum *perrarum*, & ad conflandam universe sacerdotibus, in primis autem monachis mendicantibus invidiam conflatum. Antica postremi folii facies hæc refert: *gemacht zu lob dem frummen Luther, der uns weyst den tag; und dem Ritterlichen forfechter des Luthers, den man nent Herr Ulrich von Hutten &c.*

WICELLII (Georgii) Antwort auff Martin Luthers letzt bekennete Artickel, unsere gantze

WIMPHELINGI (Jacobi) Sletſtadienſis, elegantiarum medulla: oratoriaque precepta: in ordinem inventu facilem copioſe: clare: breviterque reducta. Impreſſum Liptzk per Jacobum Thanner Herbipolen. 1504. in 4. M.

Scripta hujus authoris omnia *rariſſimis* inſeri ſolent. In nomine edita exemplaria mire variant: nam & *Wimpfelingi*, *Wimpflingi*, & *Wimphalingi* occurrit.

WIMPHELINGII (Jac.) Adoleſcentia cum novis quibusdam additionibus per Gallinarium denuo reviſa, ac elimata. Argentine felici auſpicio impenſis, & opera Joannis Knoblauch. 1505. in 4.

Sunt autem additiones; epiſtola Aeneæ Silvii de litterarum ſtudiis: Ex Lactantio quædam: epiſtola Wimphelingii reſponſiva Volphii: carmen philomuſi de nocte, vino, & muliere: moralitates Wimphelingii: ſententiæ morales ex Franciſco Petrarcha; epitaphia quædam in Joannem Dalburgium epiſcopum Wormenſem &c.

——— Idem opus. Impreſſum Lipzk per Johannem Thanner Herbipolen. 1506. in 4.

——— Iſagoge ad Grammatices cognitionem. in 4. ſine loci & anni indicio.

Caput poſtremum de uniformitate doctrinæ, & ejus ad ingenium commenſuratione, ſic habet. *Uniformitas inſtitutionis non ſolum apud unum, & eundem præceptorem, ſed etiam per univerſam Germaniam*

necessaria foret. Docendi enim diversitas, & diversorum confusa traditio, puerorum ingenia, qui locum & præceptores legitimis sæpe caussis mutare coguntur, distrahit, obnubilat, perplexa reddit, temporisque jacturam facit. Posset ad hanc rem trahi, quod in Levitico Moses interdicit: agrum tuum non seres diverso semine: *nam plurimum obest varietas modorum in docendo, & ex hac radice mutatio magistrorum, qui summopere quoque cavere debent, ne pueris doctrinam tradant suis ingeniis non commensuratam, aut imparem, quæ vires industriæ excedat, sicuti plerique, qui pro suo magis studio, & exercitatione, quam tyrunculorum profectu, ardua, & obscura, pote Boetium de consolatu, & hujuscemodi indiscrete, & irrationabiliter eis inculcant. Verum discussis ingenii nervis paulatim fiat ascensus pro captu ingeniorum, temporis, ætatisque habita ratione.*

WIMPHELINGII (Jac.) Tutschland zu Ere der statt Strasburg, und des Rinstroms. Jetzo nach 147. Jahren zum Truck gegeben durch Hans Michel Moscherosch. Argentorati. 1648. in 4. M.

An hæc sit versio epitomes rerum Germanicarum, quæ Marpurgi anno 1562. prodiit, an contra ab hac distinctum opus, non habeo, quod dicam.

WIRE (Henrici) Wahrhafftige Beschreibung von der Kron in Hungern, wann und wo, auch auf welchen tag die allerdurchleichtigste grosmechtigste Röm: Hungerische, und Behamische Mayestät *Maximilian*, sampt deren geliebsten Gemahel dieselbig empfangen hat. Auch mit was grosser Anzal volcks zu Ross und fuss Ihr Künig:

May: ankommen ſey, von dem Thurnier, neugebauten Schloſs, und andern ſachen, die ſich die zeit der Krönung zugetragen, und verlaüffen hat. Der hochgedachten Röm: Hungeriſchen &c. May: zu lob und Ehr in wers weiſs geſtelt durch Heinrich Wire öbriſten Britſchenmeyſter in Schveitz Viennæ per Michael. Zimmerman. 1563. 4.M.

Liber *rariſſimus*, *& vix ulli in Hungaria cognitus*. Author in opere Germanico, quod de nuptiis Caroli archiducis Auſtriæ, & Mariæ Bavaræ, Viennæ anno 1571. ediderat, & in bibliotheca Illuſtriſſimi D. Comitis MICHAELIS WITZAI exſtat, *Henricus Wirrich* appellatur. Ut autem, quo carminis genere uſus ſit, lector intelligat, dedicationis ad Maximilianum finem exſcribo.

Ich bin Hainrich Wire genant.
Allen denen gar wol bekant,
So ich hab die Britſchen gshlagen
Wol ſie mir nit danck drum ſagen.

Prima hæc regum noſtrorum Poſonii coronatio fuit, & authori huic multum obſtricti ſumus, quod veterem coronandi reges morem ad poſteros tranſmiſerit. Scripſit de eodem argumento Joannes Liſtius, qui coronationi quoque interat, cujus de hac re opuſculum Cl. Mathias Belius Adparatui ad hiſt. Hung. Decadis I. poſt monumentum VI. inſeruit. Brevior hic illo eſt, quædam tamen complexus, quæ Wire præteriit, viciſſim hic non pauca habet, quæ in Liſtio deſideres. Quia autem eruditos noſtros dubitare ſcio, utri, cum duo homoniymi Liſtii fuerint, opella hæc tribuenda ſit, an Secretario Ferdinandi I. an epiſcopo Jaurienſi, neque, cujus gentis fuerit, omnibus

conveniat, libuit mihi, quoniam alibi vix locus erit, hunc nodum extricare. Author *memoriæ Hungarorum &c.* Part. II. pag. 496. de nostro hæc habet: *Listius Joan. e nobili Hungarorum prosapia ortus, posthabitis fumosis Majorum ceris adolescens ordini Ecclesiastico nomen dedit.* Neutrum recte. Erat enim Listius origine Transsilvanus Saxo, Christophori Listii Senatoris Cibiniensis filius, ut ex epitaphio Andreæ fratris, quod in Basilica Cibiniensi visitur, perspicuum est. Illic a secretis epistolis Isabellæ reginæ fuisse, monui in Regum annalibus, ubi de tradita Ferdinando regi Transsilvania disserui. Isabella in Poloniam profecta Listius ad partes Ferdinandi transiit, & eodem apud hunc munere, quo apud illam, functum fuisse, docet non modo nomen ejus litteris Ferdinandeis crebro subscriptum, sed illud etiam epitaphii distichon:

Frater in Augusti Ferdnandi Cæsaris aula
Moestus ob hoc moesto cum genitore dolet.

Cum regi charus esset, appulit animum ad nuptias cum Lucretia Olahi archi episcopi Strigoniensis ex sorore nepte ineundas. Obstabat tamen ignobilitas generis. Itaque anno 1554. ut Timon epist. chronol. testatur, a Ferdinando in ordinem Nobilium cooptatus est; proinde non *nobili Hungarorum prosopia ortus*, cum primus hanc prærogativam domui suæ intulerit. Sublato hoc obice, facile obtinuit, ut cum Lucretia sponsionem iniret, ut Olahus in MSS. suis ephemeridibus ad annum 1554. his verbis indicat: 22. *Novemb. desponsatio Lucretiæ pro Listio.* Hic sequente anno ad cohonestandas nuptias Capitulum Cibiniense invitarat, scriptis Viennà die 24. Maji propterea litteris. Nuptiæ ipsæ anno 1555. mense Julio celebratæ sunt, ut Olahus cit. MSS. ephem. memorat: 14. *Julii nuptiæ Lucretiæ, & Listii Posonii.* Anno

insequente 1556 natus Listio filius est, ut rursum Olahus in hæc verba scribit: 1556. *die 18. Junii statim post horam tertiam antemeridianam natus est filius Joannis Listii Viennæ, Joannes nomine.* Habemus igitur duos homonymos Listios, patrem, & filium: a puero septenni non potuisse scribi commentarium de Maximiliani II. coronatione, quæ in annum 1563. incidit, puto liquere: itaque patri tribuendus hic partus est, qui defuncta uxore, non item *adolescens*, Ecclesiasticum statum amplexus, anno 1568. Vesprimiensis, tum 1573. Jaurinensis episcopus est factus, ac 1577. mense Martio defunctus. Docent id litteræ Ernesti archiducis ad Cameram Posoniensem scriptæ: *Quomodo*, inquit, *defuncti episcopi Jauriensis filius, Joannes Listius, pro confirmatione testamenti patris sui, humillime rogaverit S. C. ac Regiam Majestatem, id ex litteris suæ Majest. plenius cognoscetis. Quapropter mandamus vobis - - -, ut quam primum Directore causarum, aliisque jurisperitis ad vos advocatis, testamentum diligenter excutiatis, &, quatenus illud confirmandum sit, nec ne - - nos primo quoque tempore certiores reddatis &c. Datum Viennæ die 2. April. 1577.* Hinc male non nullis ingesta suspicio est, quasi uxoratum episcopum habuerimus. Unus proinde, idemque Listius est, qui primum Ferdinando regi ab sectetis epistolis, & postea episcopus fuit.

WIRE (Henr.) Von dem Kayserlichen Schiessen, das gehalten ist worden bey Wienn in Oesterreich auff Mittwoch nach der heyligen drey Künigtag im 1568. jar, in Reimen gestellt durch Hainrich Wire, Pritschenmaister und Bürger auff der Zell bey Waydthofen an der Ips. Gedruckt

zu Wienn in Oesterreich durch Hans Widtman in der Schlesingerbursch (Bursa) 1568. in 4.

Liber *perrarus*, & ea de causa etiam utilis, quod primariorum virorum Austriæ, Bohemiæ, Moraviæ, & exterorum Legatorum nomina & officia consignet. In fine locum natalem prodit:

wünscht Heinrich Wire das edl blut
des wenig gwint, und vil verthut,
Von Araw aus Schweitz ist er gborn,
Kayserlich Mayestet globt, und gschworn.

Non possum non facere, quin laudem, quam Maximiliano Imperatori a vilipensione externi & affectati splendoris tribuit, hoc loco addam.

Imselben khumbt in Majestet
Wie ander Herrn auch schiessen thet.
Da thet der Jung zu mir jehen,
Jetzt wirstu den Kayser sehen;
Er geht jetzund in stand hinein,
Ich sprach, sol das der Kayser sein?
Ja sprach er, du solt glauben mir.
Ich kans nit glauben, sag ich dir:
In goldt wirt gwiss der Kayser gehn;
Sih wie die andern Herren stehn,
In gülden sietten schëner zier!
Er sprach, du solt glauben mier,
Ir Mayestet die hats nit im sit,
Sy achtet keiner Hoffart nit.

Vates, etsi incertus futuri temporis, verus tamen

WITTENBERG. Ernstlich handlung der Uni-

versitet zu Wittenberg an den durchleuchtigsten hochgebornen Churfürsten und Herren Friedrich von Sachsen die Mess betreffendt. in 4. sine anno & loco.

Scriptum *valde rarum.* Ad calcem sua nomina signarunt: Jodocus Jonas Præpositus: Johannes Doelsch Doctor: Andreas Carolstadius Doctor: Hieron. Schurff Doctor: Philip. Melanthon, & Nicolaus Amsdorff Licentiati.

WOODROFFE (B.) Canonici ædis Christi, examinis, & examinantis examen, sive reformationis, & reformatorum defensio adversus calumnias *Francisci Foris Otrokotsi* in libro, quem inscribit: *Examen reformationis Lutheri, & sociorum ejus, ab anno Domini* 1517. *facta, justum, modestum, pacificum, animæque in salutem necessarium*: quo asserit, Lutherum, ejusque socios non fuisse veros reformatores a Deo specialiter missos, ac proinde nec eorum reformationem esse Dei verbo, & fidei veteris Ecclesiæ orthodoxæ conformem, quodque hac ratione viam pacis, & unionis in Ecclesia Romana salutem aperuit. Oxoniæ e theatro Scheldoniano. 1700. in 4.

Liber in nostris ditionibus *admodum rarus.* Scriptum illud ediderat Otrokocsius Tirnaviæ 1696. postquam a reformatis ad Catholicos transisset. Cum nemo domi esset, qui illum refelleret, has partes sibi Woodroffe in Anglia sumsit.

X.

divisa, græce multo, quam ante, castigatius edita, latine vero tertia nunc cura ita elucubrata, ut nova pene toga prodeant. Opera Joannis Leunclavii. Francof. apud hæredes Andreæ Wecheli. 1594. in fol. *Editio rara.*

Z.

ZABARELLAE (Jacobi) opera Logica. Venetiis. 1578. in fol.

Liber *rarus* : possidemus item editionem Basileensem typis Conradi Waldkirchii anni 1594. in 4. cui adjuncta est apologia de doctrinæ ordine.

———— De rebus naturalibus libri XXX. Coloniæ Jo. Bapt. Ciotti ære. 1594. in 4. *Liber infrequens.*

ZACHARIAE Episcopi Chrysopolitani, viri suo tempore celeberrimi, in unum ex quatuor, sive de concordia Evangelistarum libri IV. jam nunc primum typis excusi. Ut apertius intelligas, quid hic exspectes, memineris, quatuor evangelia in unum continuatum opus ab Ammonio redacta, hic a Zacharia quatuor libris explicari, quos quanti facere debeas, ipse, cum legeris, judicabis. Nam bona merx non eget præcone. Adest vocabulorum quorundam hebraicorum sive græco-

tione. Ad ſanctiſſ. atque beatiſſ. D. N. Gregorium XIII. Pont. Max. Venetiis in offic. Variſciana. 1580. in 4. *Liber perrarus.*

ZAVACZKI (Theodori) Speculum Senatorum, & officialium regni Poloniæ. Cracoviæ in officina Lobii. 1617. in 12. *Opuſculum infrequens.*

ZEÆMAN (Georgii) gründtliche ableitung der überaus gifftigen, famos, und läſterſchrifft, welche vor zweyen Jahren under dem Titel: einer chriſtlichen Glückwünſchung Herrn Chriſtoffen von Ungersdorff an die Evangeliſche Landſtänd inn Oeſterreich, wegen behaupter, und erhaltner Augſpurg. Confeſſion ausgeſprengt. Gedruckt zu Laugingen durch M. Jacob. Winter. 1612. in 4. *Scriptum rarum.*

ZEILLERI (Martini) Hiſtorici, chronologi, & geographi celebres ex variis, qui de eorum ætate, ſeu tempore, quo vixerunt, & operibus, quæ reliquerunt, ſcripſerunt, ac de plerisque judicium ſuum tulerunt, ſecundum ordinem litterarum. Partes III. Ulmæ 1652. in 8. M. *Liber rarus.*

———— Beſchreibung des Königreichs Ungarn, und darzu gehöriger Lande, Stätte, und vornehmſter Oerther, daraus neben allerley denck-

corstii Toparchæ, de vita Caroli V. Imp. Cæs. vere Augusti libri V. Antverp. apud Gummarum Sulsenium. 1596. in fol. *Liber rarus.*

ZENTHGYÖRGY (Gabriel.) Elegiæ aliquot de ærumnis Pannoniæ inferioris. Witebergæ. 1552. in 4. M.

Opusculum *rarissimum*, Czwittingero, authori *memoriæ Hungarorum &c.* aliisque fere omnibus ignotum, ac venusto carmine conscriptum.

ZERBIS (Gabriel.) Liber anathomie corporis humani, & singulorum membrorum illius Venet. per presbyterum Bonetum Locatellum Bergomensem, expensis heredum nobilis viri domini Octaviani Scoti civis Modoetiensis. 1502. in fol.

Editio *rara*, & Maittairio præterita. Præfatio ad Dominicum Grimaldum Card. presbyterum, & Patriarcham Aquileiensem; tum sequitur authoris epistola ad Marinum Brocardum, & hujus ad illum, denique carmen in operis commendationem Jacobi Philippi ex pellibus nigris Troiani, alias Torinus dictus.

ZERMEGH (Joan.) historia rerum gestarum inter Ferdinandum, & Joannem Ungariæ reges usque ad ipsius Joannis obitum. Amstelodami apud Jacobum Lepidium. 1662. in 12. *Liber rarus.*

ZILETI (Jo. Bapt.) Tractatus de testibus probandis, vel reprobandis variorum autorum. Venet. 1574. in 4. *Liber infrequens.*

etiam ab arithmeticæ imperitis quam certiſſime menſuratur, germanice primum deſcriptum, nunc vero Latio donatum a Caſp. Vaſero. Inſperſæ ſunt XXII. formæ æneæ elegantiſſimæ. Baſil. 1607. in 4.

ZUBLERI (Leonardi) Fabrica & uſus inſtrumenti chorographici, quo mira facilitate deſcribuntur regiones, & ſingulæ partes earum, veluti montes, urbes &c. Addita ſunt præterea duo inſtrumenta homogenea, & XV. formæ æneæ. ibid. 1607. in 4. *Utrumque opus infrequens.*

ZWINGERI (Theodori) methodus apodemica peregrinandi. Baſil. 1577. in 4. *Editio rara.*

ZWINGLII (Huldrici) amica exegeſis, id eſt, expoſitio euchariſtiæ negotii ad Martinum Lutherum. in 4. ſine an. & loco. *Scriptum rarum, ut pleraque Zwinglii ſunt.*

——— Vslegung und gründ der ſchluſſreden, oder articklen. Tiguri per Chriſtoph. Froſchouer. 1521. in 4.

——— Eine kurtze klare Summ, und erklärung des Chriſtenen gloübens vor ſynen tod zu eynem Chriſtenen Künig geſchriben. in 8. ſine l. & a.

ZWINGLII (Hulder.) Johannis Ecken Miſſive und embieten den frummen, veſten, erſa-

SUPPLEMENTUM.

A.

rimis in locis locupletata, & pene infinitis locis emendata, Petri Victorii cura & diligentia. Ex offic. Henrici Stephani. 1557. in 4.

Editionem hanc Freytagius, & catalogus biblioth. Salthenianæ inter *perraras* collocant.

AGATHIAE Scholastici Smyrnæi, de bello Gothorum libri V. Mogunt. per Joan. Schoeffer. 1527. in 4. *Liber rarus.*

AGRIPPAE (Cornelii) de vanitate scientiarum. Coloniæ. 1531. in 8.

Editio, ut plerique testantur, *incastrata*, & *rarissima.*

ANACREONTIS Teji odæ ab Henrico Stephano luce, & latinitate primum donatæ. 1554. in 4.

Memineram hujus editionis pag. 49. ubi pro *Duarti* rescribendum est *Aurati*, seu *Dorat.*

ANDRELINI (P. Fausti) Foroliviensis, poetæ laureati regiique, ac reginei aegloga. Ejusdem hecatodistichon. T. O. Argentorati ex ædibus Schurerianis mense Novembri. 1512. in 5. *Editio perrara.*

APPIANI Alexandrini Romanarum historiarum Celtica, Lybica, vel Carthaginensis Illyrica, Syriaca, Parthica, Mithridatica, quinque libris distincta, græce. Ex bibliotheca regia. Lutetiæ ty-

ſima Trinitate Libri XV. Venetiis. 1504. in 4. *Liber parum obvius.*

Parte I. pag. 88. memineram quatuor librorum de doctrina Christiana: id erroneum eſt: re enim vera eſt tantum liber IV. de arte prædicandi. Qui an idem ſit cum eo, quem Cl. Franc. Carolus Alter in bibliographia Bibliorum, & SS. Patrum pag. 187. memorat, Moguntiæ per Joh. Fuſt ſine anni indicio in fol. editum, non habeo, quod pro comperto dicam. Exemplar noſtrum in fine *Regiſtrum* quatuor pene foliorum exhibet in ſingulos paragraphos, qui non interrupta linea contexti ſolis alphabeti litteris ſecernuntur ita ut finito primo alterum inchoet ab AB. & tertium a BC. De reliquis typi critiriis cit. loco memoravi.

AZONIS Summa extraordinaria ſuper Inſtitutis. Spire per Petrum Drach. 1482. in fol.

Liber *perrarus*: meminit hujus editionis ex biblioth. Mallinkrotiana Maittairius Tom. I. Part. II. pap. 437. de typographo tamen videtur ambigere, cum ſubjungat, *credo apud Petrum Drach.*

B.

BARLAEI (Caſp.) Rerum per octennium in Braſilia, & alibi geſtarum ſub præfectura illuſtriſſ. Comitis J. Mauritii Naſſoviæ &c. Comitis hiſtoria. Cui acceſſerunt Gulielmi Piſonis Medici Amſtelædamenſis tractatus de aeribus, aquis, & locis in Braſilia. De arundine ſacchariſera: de melle ſilve-

Memoravi hæc pag. 155. addendum tamen illic, esse Calviniana, & interpretem Genevam profugisse. Monui quoque isthic, esse primam ex novis translationibus. Vetustior illa est, quam Carolus V. in indice librorum ab Academia Lovaniensi anno 1550. confecto vetuit. Nam titulo : *Welsche Biblien* : prohibetur ea, quæ edita est *zu Anttorff durch Martinum Lempereur, anno XXXIIII.* (1534.)

BIEL (Gabriel.) Sermones de festivitatibus Christi, & gloriose Virginis Marie. — Finis sermonum de festivitatibus Virginis gloriose feria secunda post festum Ottmari Sancti Abbatis. Anno 1499. in 4. sine loci indicio.

Editio *perrara* : sermones de festivitatibus Christi sunt numero 53. de beata Virgine 24. quibus in fine additur sermo generalis *de assumptione Marie, qui secundum diversos ejus articulos, & materias diversas, quas continet, ad diversa ejus festa potest faciliter applicari, ideo dicitur sermo generalis.*

BIZARI (Petri) Senatus, populique Genuenis, rerum domi, forisque gestarum historia, atque annales. Antverp. ex offic. Christoph. Plantini. 1579. in fol. *Liber rarus.*

BOCATII (Joan. de Certaldo) Genealogiæ Deorum cum demonstrationibus in formis arborum designatis. Etiam de montibus, & sylvis, de fontibus lacubus, & fluminibus, ac etiam de stagnis, & paludibus, nec non & de maribus, seu diversis marium nominibus. Venetiis per Au-

BULLA reformationis Officialium Romanæ Curiæ. Cum privilegio. Romæ 1512. in 4.

Opusculum *perrarum*. Conjuncta est Bulla: *in coena Domini*: prior est Julii Papæ II. data III. Kal. April. altera Leonis X. data X. Kal. Aprilis.

C.

CALLIMACHI (Cyrenæi) Hymni, & epigrammata. Excudebat Henricus Stephanus. 1577. in 4.

Freytagio Apparatus Tom. I. pag. 234. dicitur, *editio perrara.*

CALPHURNII (Titi) Siculi, & *Aurelii Nemesiani* Carthaginensis, poetarum Eclogæ, decoro diligenter observato, facilique sententiarum ubertate amabiles, lectuque dignæ. Tiguri apud Christoph. Froschoverum. 1537. in 8. M. *Editio rarius obvia.*

CALVINI (Joan.) Institutiones religionis Christianæ. Basil. per Thomam Platterum, & Balthas. Lazium. 1536. in 8.

Editionem hanc Engel, & Clement *albo corvo rariorem* appellant.

CAMDENI (Guiliel.) Annales rerum Anglicarum, & Hibernicarum, regnante Elisabetha. in 8. sine loco, & anno.

CASTRO-

CASTRONOVO (Vincentii de) Quæstiones disputatæ S. Doctoris Thomæ Aquinatis revisæ, & emendatæ. Venet. per Bonetum Locatellum Bergomensem. 1503. in fol. *Editio rara.*

CHESNE (Andreæ du) Historiæ Normannorum scriptores antiqui, res ab illis per Galliam, Angliam, Apuliam, Capuæ principatum, Siciliam, & orientem gestas explicantes ab anno Christi 838. ad annum 1220. Lutet. Parisiorum apud Robertum Fouet, & socios. 1619. in fol. *Liber perrarus.*

CHONIATAE (Nicetæ) Octuaginta sex annorum historia interprete Hieronymo Volfio. Basil. apud Joannem Oporinum. 1557. in fol. *Liber infrequens.*

CLAVASIO (Angeli de) De casibus conscientie cum additionibus noviter additis. Nuremberge per Antonium Koburger. 1498. in fol. *Editio rara.*

CONFESSIO fidei de eucharistiæ Sacramento, in qua ministri ecclesiarum Saxoniæ solidis argumentis sacrarum litterarum astruunt corporis & sanguinis D. N. Jesu Christi præsentiam in cœna Sancta, & de libro Joannis Calvini ipsis dedicato respondent. Impressum Magdeburgæ apud Ambrosium Kirchner. 1557. in 8. *Liber apud nos perrarus.*

D.

E.

rum veteris, & novi Testamenti, ex quibus Trinitatis dogma stabiliri solet. Hungarice. 1620. in 4. sine loci indicio.

Liber ut *perrarus*, ita pestilentissimus. Typus Transsilvaniam prodit. Opus est in Hungaricum per Matthæum Torozkay ex latino traductum, quam versionem Author *memoriæ Hungarorum &c.* ignoravit. Ut primum latina editio in Transsilvania vulgata est, pleraque exemplaria igni exusta sunt, in Imperio autem severissime prohibita. Hinc Latinorum exemplarium *summa raritas.*

ERASMI (Des. Roterod.) Fragmentum commentariorum Origenis in evangelium secundum Matthæum, opus antehac non excusum. Norimb. typis Frobenianis. 1526. in 8. *Opusculum rarum.*

D. EUCHERII Lugdunensis episcopi doctiss. lucubrationes aliquot non minus piæ, quam eruditæ, cura, ac beneficio Joan. Alexandri Brassicani Jureconsulti, recens editæ, quarum hæc est summa. In genesim commentariorum libb. III. in libros regum commentarior. libb. IV. Formularum spiritualium lib. I. adjectis iis omnibus, quæ in superiore editione quam plurima desiderabantur. Quæstiones in vet. & nov. Testamentum. Nominum hebraicorum, ac aliorum etiam, quæ in sacris litteris habentur, interpretatio. Epistola parænetica ad Valerianum cognatum suum de contemptu mundi, cum scholiis D. Erasmi Roterod.

F.

tractantur. Lutet. Parisiorum apud Michael. Vascosanum, via Jacobæa ad insigne fontis 1551.

Liber *parum obvius* : inscriptus est Eduardo VI. Angliæ, & Hiberniæ regi.

FINAEI (Orontii) In sex priores libros geometricorum elementorum Euclidis Megarensis demonstrationes recens auctæ, & emendatæ : una cum ipsius Euclidis textu græco, & interpretatione latina Bartholomæi Zamberti Veneti. Lutetiæ apud Simonem Colinæum. 1544. in fol. *Opus rarum, & nitidum.*

FIRMICI (Julii) Ad Mavortium Lollianum astronomicon libri VIII. per Nicolaum Pruckneruм nuper ab innumeris mendis vindicati &c. Basil. ex offic. Joan. Hervagii, mense Martio. 1533. in fol.

Editio *rara*, eique persimilis, de qua pag. 403. memoravi.

FLORI (Lucii) Libri historiarum IV. a Cuspiniano castigati &c. Viennæ per Joan. Winter. 1511. in 4.

Cedit hæc editio permultum typi & chartæ elegantia Singrenianæ, ut pag. 407. monui; ubi pro *editione Winteriana* substituendum est : editione *Winterburgeriana* : typographus enim nomen suum *Winterburger* contracte *Winter.* illic expressit.

FORCATULI (Stephani) de Gallorum im-

Editio *rara*: ex qua forte opinio Sauberti in Hist. biblioth. Noriberg. pag. 106. in append. de Joanne Faust firmari posset.

G.

GULDINI (Pauli) Sancto-Gallensis e Soc. Jesu, Centro-Barycæ liber I. de centri gravitatis inventione. Appendicis loco successerunt tabulæ numerorum quadratorum, & cubicorum decies millium una cum suis radicibus: earundem tabularum usus ad fabricandas virgas stereometricas, & instruendas militares acies. His præmittitur potestatum genesis, & analysis.

——— Liber II. de usu centri gravitatis binarum specierum quantitatis continuæ.

——— Liber III. De fructu ex usu centri gravitatis &c. qui est geometria rotundi.

——— Liber IV. De gloria ab usu centri gravitatis &c. Sive Archimedes illustratus. Viennæ Austr. formis Matthæi Cosmerovii in aula Coloniensi. 1635. — 1641. in fol. *Opus admodum rarescens.*

H.

in Palestina restituitur. Amstelod. 1678. in 4. cum figg.

Libri *raritatem* Bauerus ex Osmont commendat.

HESIODI Poemation de Herculis clypeo jam recens latino carmine redditum &c. Viennæ apud Joan. Singrenium. 1550. in 4.

Suspicabar pag. 501. librum hunc primum forte, qui integer græcis litteris Viennæ exscriptus sit, fuisse, quod vetustionem nuspiam memorari legissen. Monuit me tamen postea per litteras eruditissimus *Denisius* jam anno 1530. Genadii Scholarii dialogum περὶ της ὁδȣ της σωτηριας ἀνθρωπων per Hieron. Vietorem Viennæ fuisse editum.

S. HIERONYMI epistolarum partes omnes. Norimberge per Antonium Koberger. 1495. in fol. *Editio rara.*

HORNII (Georgii) Historiæ philosophicæ libri VII. Lugd. Batav. 1655. in 4.

Liber *rarissimus*, ut catalogus biblioth. Salthenianæ perhibet.

HOSII (Stanislai) Confessio Catholicæ fidei Christiana &c. Moguntiæ 1557. in fol.

Feceram hujus mentionem pag. 522. & Viennensem editionem anni 1560. cum illa comparans, ordine tertiam fuisse affirmavi. Id erroneum est: nam typographus solum fatetur, *tertium* ab authore recognitam. Re enim vera editionem Polonicam anni 1551.

I.

JOANNIS Grammatici in posteriora resolutoria Aristotelis Commentarius, græce. Venet. in ædibus Aldi, & Andreæ Asulani soceri. 1527. in fol. *Editio perrara*.

Romischer JUPITER, oder offenbahrter wider Christ. Gedruckt im Jahr. 1643. in 4. sine loci indicio, solior. 14. *Scriptum valde rarum, sed oppido insulsum.*

Errata præcipua.			Correcta.
Pag.	lin.		
22.	3.	Natarii	Notarii.
27.	5.	virtute	virtutem.
42.	24.	lignæ	ligneæ.
ib.	21.	prædiit	prodiit.
45.	18.	prædiisse	prodiisse.
46.	10.	reperti	reperi.
48.	7.	hæresseon	hæreseon.
51.	11.	finem	fine.
ib.	23.	Gryhpins	Gryphius.
56.	19.	Vrticano	Vaticano.
62.	26.	Massa	Missa.
64.	7.	eruditlonis	eruditionis.
ib.	15.	aber	über.
ib.	20.	Schlustred	Schutzred.
ib.	24.	Christino	Christianio.
66.	6.	Sic	hic.
ib.	17.	diu agentur	divagentur.
ib.	30.	intererunt	intererant.